This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 084 940 824

Digitized by Google

125

Bd Oct 1926

HARVARD LAW LIBRARY

Received MAY 4 1926

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BULLETTINO

DELL'ISTITUTO DI DIRITTO ROMANO

PUBBLICATO PER CURA DEL SEGRETARIO PERPETUO

VITTORIO SCIALOJA

Prof. di diritto romano nella R. Università di Roma

ANNO XII

ROMA

L. PASQUALUCCI, EDITORE

1900

Digitized by Google

BULLETTINO DELL'ISTITUTO DI DIRITTO ROMANO

Anno XII — Fasc. I-VI

SOMMARIO

Prof. Federico Patetta – Summa Perusina

Il *Bullettino* si spedisce gratuitamente ai soci effettivi dell'Istituto. Si pregano vivamente i soci che ancora non hanno fatto i versamenti a mettersi in regola coll'Amministrazione. La quota per l'anno 1901 è stata fissata in L. 20.

Il *Bullettino* si pubblica a liberi intervalli in 6 fascicoli di 3 o 4 fogli di stampa, cosicchè alla fine di ogni anno gli abbonati hanno un volume di almeno 320 pagine.

Prezzo d'abbonamento per un anno L. 15.

A chi acquista tutte le annate si fa lo sconto del 20 %.

Per quanto concerne la Direzione del *Bullettino*, rivolgersi al segretario perpetuo Vittorio Scialoja, professore della R. Università di Roma, Piazza Grazioli, 5, Roma. — Gli abbonamenti e le quote dei soci debbono inviarsi a L. Pasqualucci, editore, via Nomentana, 27, Roma.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BULLETTINO

DELL'ISTITUTO DI DIRITTO ROMANO

PUBBLICATO PER CURA DEL SEGRETARIO PERPETUO

VITTORIO SCIALOJA

Prof. di diritto romano nella R. Università di Roma

ANNO XII

ROMA
L. PASQUALUCCI, EDITORE
1900

Digitized by Google

MAY 4 1926

Roma, Tip. dell'Unione Cooperativa Editrice

Digitized by Google

ADNOTATIONES

CODICUM DOMINI JUSTINIANI

(SUMMA PERUSINA)

EDENTE

FRIDERICO PATETTA

ROMAE
SUMPTIBUS L. PASQUALUCCI
—
MDCCCC

Digitized by Google

Digitized by Google

MEMORIAE ET HONORI

CAESARIS NANII

OLIM

IN TAURINENSI ARCHIGYMNASIO

HISTORIAE IURIS ITALICI PROFESSORIS

MAGISTRI ET AMICI CARISSIMI

SACRUM

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

Codicis Iustiniani epitomen, quam denuo edimus, unicus servat liber ms. 18[1] bibliothecae capitularis Perusinae, de quo primus, ni fallor, breviter egit anno 1817 vir c. m. Niebuhrius, litteris ad Savignium datis.[2] Bluhmius deinde, anno 1823 mense Maio, librum excussit in usum Schraderi, qui tunc una cum Clossio et Tafelio corpori juris civilis edendo operam navabat, et rubricas quidem atque inscriptiones cum editione Codicis Iustiniani Amstelodamensi anni 1700 diligentissime contulit, constitutionum autem summaria ad unguem descripsit.[3] Postea G. E. Heimbachius

[1] Non 7, ut perperam scripsit Niebuhrius, neque *A* XVIII, ut voluit Heimbachius.

[2] *Nachricht von einem Breviarium des Justinianeischen Codex* (*Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss.*, III, 1817, p. 389-396).

[3] Cf. Bluhmii *iter italicum*, II, 1827, p. 209. Exstat Bluhmii exemplum in codice bibliothecae Universitatis Tubingensis Mc. 303. VI, f. 11-190. Praecedit, f. 3-10, collatio inscriptionum codicis Vaticani Palatini 762 cum editione Lugdunensi anni 1650; quae autem sequuntur, f. 191-196, adnotationes ad librum Perusinum atque ad ipsam Summam, quasi tentamina habendae sunt, nam neque plenae sunt neque in omnibus verae.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

Codicis Iustiniani epitomen, quam denuo edimus, unicus servat liber ms. 18[1] bibliothecae capitularis Perusinae, de quo primus, ni fallor, breviter egit anno 1817 vir c. m. Niebuhrius, litteris ad Savignium datis.[2] Bluhmius deinde, anno 1823 mense Maio, librum excussit in usum Schraderi, qui tunc una cum Clossio et Tafelio corpori juris civilis edendo operam navabat, et rubricas quidem atque inscriptiones cum editione Codicis Iustiniani Amstelodamensi anni 1700 diligentissime contulit, constitutionum autem summaria ad unguem descripsit.[3] Postea G. E. Heimbachius

[1] Non 7, ut perperam scripsit Niebuhrius, neque *A* XVIII, ut voluit Heimbachius.

[2] *Nachricht von einem Breviarium des Justinianeischen Codex* (*Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss.*, III, 1817, p. 389-396).

[3] Cf. Bluhmii *iter italicum*, II, 1827, p. 209. Exstat Bluhmii exemplum in codice bibliothecae Universitatis Tubingensis Mc. 303. VI, f. 11-190. Praecedit, f. 3-10, collatio inscriptionum codicis Vaticani Palatini 762 cum editione Lugdunensi anni 1650; quae autem sequuntur, f. 191-196, adnotationes ad librum Perusinum atque ad ipsam Summam, quasi tentamina habendae sunt, nam neque plenae sunt neque in omnibus verae.

Digitized by Google

Perusinam epitomen, quam ipse, Bononiensibus iurisconsultis morem gerens, Summam vocavit, Lipsiae edidit anno 1838 Ἀνεκδότων t. II. Sed neque Heimbachius rei palaeographicae satis gnarus fuisse videtur, neque diligenter editoris officium explevit: nam et in legendo saepe erravit, et non modo verba quaedam sed etiam integras leges omisit.[1] Id animadverti cum exeunte anno 1890 librum Perusinum obiter inspexissem; quamobrem, favente praesertim Victorio Scialoja antecessore Romano, epitomen denuo edere statui, et anno 1891 mense Augusto codicem cum editione Heimbachiana qua potui diligentia contuli. Sed antequam editionis meae subsidia atque consilium enarrem, operae pretium erit de codice Perusino deque Summae origine atque fatis fusius tractare.

1. Liber Perusinus, membranaceus saeculi x,[2] constat ex 26 quaternionibus sive, cum ultimum folium excisum sit, ex 207 foliis (mm. 283 × 208),[3] quae ipse numeravi;

[1] Desunt in editione Heimbachiana integrae leges 3, 43, 5; 4, 21, 8; 4, 38, 10; 7, 70, 1 cum 7, 71, *rub.*

[2] Codicem saeculo x ascribunt Niebuhrius, Heimbachius et Bethmannus (*Archiv der Gesell. für aelt. d. Geschichtk.*, XII, 1874, pag. 545), quibus assentior: eum contra saec. xi exaratum putat Belluccius (*Inventario dei mss. della biblioteca Dominicini di Perugia* in Mazzatinti, *Inventarii dei mss. delle biblioteche d'Italia*, t. II). Perperam Belluccius bibliothecam Capituli Perusini Dominiciniam vocat, nam bibliotheca, quam Antonius Dominicinius anno 1685 testamento reliquit, et plane diversa est et, saltem hodie, seiuncta custoditur. Cfr. tamen Bluhmii *iter italicum*, II, 208.

[3] Heimbachius, computato etiam folio scriptura vacante a bibliopega praefixo, librum 204 foliis constare dixit, quia, praeter duo posteriora folia quae scriptura vacant sed vere ad codicem pertinent, non computavit f. 84r, 95v, 134v, 136v, 137r. Nec minus improbanda sunt quae scripsit Belluccius l. l.: « n. 19. membr. s. XI. mm. 490 × 410 di ff. 199 non numerati... ».

Digitized by Google

nam librarius octo tantum priores quaterniones in imo extremae paginae margine numeris signaverat. Tectus est liber tabulis ligneis tineis exesis, et a tergo obductus corio maculato, quo in plerisque bibliothecae Perusinae libris reficiendis usus est bibliopega saeculi fortasse XVIII. Tegumento pittacium agglutinatum est, in quo recentior manus scripsit: 18. *sec. XI. Codicis iustiniani excerpta.* In unaquaque pagina lineae graphio ductae sunt fere vigintiquinque; versus autem uno contextu per integram paginam currunt, praeterquam in foliis 2ʳ-5ʳ, quae binis columnis exarata sunt. Scriptura ea est, quam vulgo minusculam romanam vel Carolinam dicimus: saepe autem, et praesertim in litterarum nexibus (*fi, li, ri, ro, sp, ti*), ad eam formam accedit, quam in diplomatibus et in chartis tabellionum invenimus, quamque Mabillionius forensem seu diplomaticam vocat. Unciales etiam litterae et litterarum nexus (*G, N, R, S, IS, VS*) minusculis nonnumquam admixti sunt, neque raro langobardicae scripturae ductus deprehendimus. In rubricis atramento vel minio pingendis usus est librarius interdum minutioribus quam in textu litteris, interdum uncialibus. Inscriptio indicis in f. 1ʳ capitalibus litteris exarata est, quibus una tantum *D* uncialis immixta est. Eiusdem paginae margines insignes sunt ornatu quodam haud inscite depicto. Praeterea in imo margine f. 156ᵃ est imago hominis digito demonstrantis. Inter scripturae compendia, praeter sollemnia, haec animadverti: *ā* = aut: *aū* = autem: *ān* = ante: ÷ = est: *īn ĩn* = in integrum: *pp.* = propter: *q.*, *q:*, *q;* = que: *s̄s̄* = suis: *ū*, *ul'*, *l'* = vel.

Transpositionis signa sunt *h' d'*, *h' p(er)*.[1] Verborum distinctio saepe nulla est, saepe falsa, praesertim in compositis;

[1] Vid. p. 233 n. 6 et p. 252 n. 2.

Digitized by Google

librarius enim scripsit ex. gr. *fide iubere, fide iussor, iuris dictio, manu mittere, manu missor, preter mittere, usus capio,* etc. Frequens est accentuum usus ad rectam verborum prolationem indicandam:[1] accentus autem fere semper acuti sunt, nonnumquam circumflexi.

Liber ab uno eodemque librario exaratus est a f. 1ᵛ usque ad f. 205ᵛ. Supererant tria posteriora folia, quorum duo scriptura vacant, tertium excisum est. Quod Heimbachius in adnotationibus suis contendit, multa posteriore manu addita esse vel emendata, id certe denegandum est, sed ipse librarius, saepe madentibus adhuc litteris, correctoris officio functus est. Patet igitur priores lectiones spernendas esse: et sane errorum emendatorum natura atque causae saepe in aperto sunt. Ceterum membranae crassae sunt et ita rudes et tactu asperae, ut evidenter appareat librum in bibliothecae cuiusdam latebris iam ab origine delituisse, nullumque fuisse eius usum. Utrum autem Perusiae exaratus sit, an aliunde in Perusini Capituli bibliothecam devenerit, omnino in incerto est. Id tantum animadvertendum est, in prima prioris quaternionis pagina, quae scriptura vacaret, saeculo demum XIII vel XIV additam esse inscriptionem *liber institutionum iustiniani imperatoris,*[2] eadem manu,

[1] Cf. *Nouveau traité de diplomatique*, III, p. 428: De Vaines, *Dictionn. de diplom.*, I, 1774, p. 40-41; C. Paoli, *Programma scolastico di paleogr. latina e di diplom.*, I, 1888, p. 45. Accentuum usum deprehendi in pluribus codicibus liturgicis, quos vocant, et in aliis nonnullis, puta in cod. ms. Vaticano Ottob. 38, saeculi XI, et in Vallicelliano B. 32 eiusdem antiquitatis. De codice legum langobardicarum olim Ravellensi hodie Matritensi cf. Bluhmium in *Monum. Germaniae historicis*, t. IV, p. XXVIII.

[2] Perperam Heimbachius, p. II, hanc inscriptionem, quam Niebuhrius posteriori aevo vindicaverat, ab eadem manu profectam

Digitized by Google

quae in prima pagina mutili codicis Evangeliorum saeculi IX, numero insigniti 19, scripsit: *liber evangeliorum veterum.*

Cum autem huiusmodi inscriptiones desint in reliquis bibliothecae capitularis codicibus omnibus, suspicor codices 18 et 19 in hanc bibliothecam ex alia quadam nobis ignota simul illatos esse.

2. Nunc videndum est, quid de codicis Perusini archetypo coniectura assequi possimus. Et primum quidem satis constat descriptum esse librum Perusinum, aut certe exemplar esse libri descripti ex archetypo non uno loco mutilo et in quo foliorum ordo nonnumquam turbatus esset.

Mutilum fuisse archetypum lacunae docent in indice titulorum post 3, 42 et in ipsa Summa post 5, 1, *rub.*, et post priora verba legis 8, 53, 8.

Index titulorum, qui continetur libri Perusini f. 1ᵛ-5ʳ, desinit in 3, 42; sed verisimile videtur indicem olim plenum fuisse, nonnulla autem folia in archetypo casu periisse. Haec coniectura, iam per se satis probabilis, magis magisque ex eo confirmatur, quod libri tertii duo tantum posteriores rubricae in indice desiderantur, et quod post indicem operis quoque vel saltem primi libri titulus excidit. Erunt fortasse, qui huic primae lacunae fines latiores constituant, scilicet qui etiam integros titulos I et II propter eam periisse putent. Equidem in libro Perusino prima tantum prioris tituli constitutio eaque integra servatur, secundus titulus deest, tertius autem et quartus numeris II et III insigniti sunt.[1] Si igitur rubricam et primam illam prioris tituli consti-

putat, quae totum codicem exaraverit. Idem perperam pro *institutionum* legit *cstitutionum.*

[1] Tituli V-XXVI in Summa genuinam numerationem retinuerunt, in indice autem prae se ferunt numeros IV-XXV.

Digitized by Google

tutionem a quodam librario additas esse statuamus, una iam erit lacuna. Cum autem secundi tituli rubrica in indice quoque desideretur, coniectari potest, titulorum I et II defectum non ex archetypo libri Perusini ortum esse, sed ex ipso Codicis Iustiniani libro, ex quo Summa Perusina primam originem duxerit. Si res ita se habet, exstitit olim liber Codicis antiquissimus, in quo priores duo tituli aut integri, aut prima fortasse constitutione excepta, interciderant. Huic coniecturae id etiam favet, quod liber Codicis Iustiniani ex quo Summa manavit, quod inferius monstrabo, proxime cognatus est cum archetypo Epitomes illius celeberrimae, quae aucta et emendata in libris Pistoriensi, Parisino, Darmstatensi et Pisaurensi servatur. In hac autem Epitome nondum aucta post rubricam aut post primam fortasse prioris tituli constitutionem [1] omnia desiderabantur usque ad rubricam tituli tertii; tituli autem tertius et quartus, pariter atque in Summa Perusina, numeris erant insigniti II et III, cum alias nulla sit lacunarum dissimulandarum cura. Adde quod constitutiones fere omnes, quae in *Excerptis Bobiensibus ad clerum pertinentibus* [2] inve-

[1] Krügerius, genuinam veteris Epitomes formam restituere conatus, prioris tituli primam et quartam constitutionem admisit; at prima constitutio in codice Pistoriensi a secunda manu suppleta est, quarta autem deest in omnibus codicibus, praeterquam in Pisaurensi, nec satis probabiliter restitui potuit ex vestigiis subscriptionis ante rubricam tituli tertii in codice Pistoriensi et Parisino conspicuis, quae fortasse referenda sunt ad subscriptionem ultimae constitutionis tituli II. Cf. Codicis Justiniani editionem Krügerianam maiorem, p. 7, 9 (adn. ad l. 24-25), * 50 n. 1 et * 58.

[2] Cf. Krügeri praefationem, p. VIII, et Conrat, *Gesch. der Quellen und Literatur des röm. Rechts im früh. MA.*, I, 1891, p. 210 seqq.

Digitized by Google

niuntur, ex titulis III et IV primi libri Codicis descriptae sunt, nullus contra fuit duorum priorum titulorum usus.[1] Utut res se habet, ad inceptum redeo.

Post 5, 1, *rub.* liber Perusinus habet summaria constitutionum 9 et 10 tituli noni numeris distincta 1 et 2, deinde constitutionem tertiam tituli primi, et titulum decimum et sequentes. Constitutionem tertiam tituli primi post summaria constitutionum tituli noni exstantem a librario additam esse nemo est qui non videat. Lacunam autem ex eo ortam puto, quod archetypum libri Perusini integri fortasse quaternionis iacturam passum sit: nam Krügeri[2] coniectura putantis lacunam repetendam esse ex libro Codicis, quo Summae auctor usus sit, ideo minus placet, quia post 5, 12, 11 summarium exstat constitutionis 5 Cod. 5, 1. Quomodo hoc summarium aberraverit, non satis constat, sed non desunt huiusmodi transpositionum aut repetitionum exempla; nam, leviora ut omittam, summarium const. 5 Cod. 3, 37 est in Summa Perusina 3, 33, 17; initium const. 16 Cod. 8, 40 in SP. 8, 35, 13; summarium autem const. 5 Cod. 1, 54 bis reperitur, in SP. 1, 53, 5 et 1, 54, 6.

Summa Perusina desinit mutila in 8, 53, 8, cuius priora tantum verba supersunt « *Si te absen* ... ». Cum autem liber Perusinus integer sit,[3] nisi librarium in medio verbo *ab-*

[1] *Legem romanam canonice comptam*, quam vocant, missam facio, nam eius auctori liber primus Codicis totus fortasse defuit. Cf. Krügeri praef. p. VIIII, et Conrat, o. l., I, 206. Ceterum constitutio 8 Cod. Iust. I, 1 praesto fuit Nicolao primo papae (Conrat, o. l., I, p. 16, n. 8), et const. 14 Cod. Iust. I, 2 exstat in collectione legum Gaudentiana (Gaudenzi, *Un'antica compilazione di dir. romano e visigoto,* Bologna, 1886, p. 207).

[2] O. l., p. XVI. Cf. infra p. XXXVI-XXXVII.

[3] Perperam Heimbachius, p. 144 n. 46, aliquot folia vel in libro

Digitized by Google

sen... sponte incepto destitisse credas, statuendum erit archetypum mutilum fuisse. Verisimile autem videtur Summam olim novem priores Codicis libros complexam esse; nam trium posteriorum librorum memoria ante saeculum XII fere obliterata erat.

Sunt et aliae lacunae, de quibus vix est ut certum iudicium proferri possit; quae tamen plerumque non ex archetypi defectu originem duxisse videntur, sed magis ex ipsa Summae compositione, de qua infra videbimus: numquam enim tanti momenti sunt, ut probabiliter statui possit, vel unum archetypi folium excidisse. Ut his lacunis explendis locus esset, spatium vacuum dimissum est, et post 5, 27, 1 *inscr.*, ubi desunt summaria constitutionum 1-9, et alibi saepius, scilicet cum deessent singularum constitutionum tum graecarum [1] tum latinarum [2] summaria, aut etiam propter minores lacunas in ipsis summariorum contextibus.[3] Huiusmodi autem sollertiam minime acceptam refero

Perusino vel in eo, unde Perusinus descriptus sit, temporum iniuria periisse scripsit: nam in libro Perusino, post ultimum quod nunc exstat summarium, maior pars folii 205ᵛ et sequentia folia scriptura vacant.

[1] Vid. p. 27 n. 5; 92 n. 1; 103 n. 2; 104 n. 1; 105 n. 5; 107 n. 1; 116 n. 5; 131 n. 2; 205 n. 2; 242 n. 2.

[2] Vid. p. 173 n. 2; 177 n. 5-6; 178 n. 2-6.

[3] Vid. p. 45 n. 1; 110 n. 2; 115 n. 4; 118 n. 4; 171 n. 2; 241 n. 3; 242 n. 1; 245 n. 1. Nonnullarum litterarum spatium vacat etiam post 4, 32, 24 *inscr.* Ceterum in pluribus summariis nonnulla verba desiderari videntur, quamquam nihil vacui relictum est. Vid. exempli gratia I, 9, 9: II, 1, 8; 3, 3; 7, 11; 11, 9, 15; 15, 2; 18, 7; 38, 2; 55, 6: III, 11, 2; 15, 1; 17, 1; 20, 1; 22, 6; 28, 21; 34, 13, 14; 36, 26; 43, 2: IV, 1, 10; 13, 1; 26, 11; 49, 6; 54, 4; 66, 2, 3: V, 14, 8; 16, 10; 18, 1; 31, 11; 32, 1; 42, 3; 54, 3; 57, 1; 62, 12, 13, 15, 16; 63, 2; 65, 2; 67, 1; 70, 3; 71, 7, 9: VI, 1, 7; 11, 2; 22, 8; 23, 13; 24, 14; 26, 11, etc.

Digitized by Google

librario codicis Perusini, sed magis ipsi Summae compositori, illi scilicet, qui summaria, olim in margine libri cuiusdam Codicis Iustiniani scripta, in unum quasi corpus collegit. [1]

In his igitur locis, ni fallor, liber Perusinus plerumque archetypi imaginem repraesentat. Id autem non omni ex parte dicendum est de lacuna in titulo 57 libri sexti. Post 6, 57, 13, id est post summarium const. 14 Cod. 6, 58, desiderantur summaria septem constitutionum (Cod. Iust. 6, 58, 15; 6, 59, 1-6), pro quibus liber Perusinus habet summaria constitutionum 7-11 Cod. 6, 59, praefixis numeris XIIII-XVIII. Librarius igitur ut alibi, ita hoc loco numeros ad seriem praecedentium mutavit; sed quia in archetypo spatium vacuum invenerat, integram paginam post 6, 58 *rub.* vacuam dimisit (f. 160^{v}).

Summae compositori tribuendas puto etiam adnotationes, quibus lacunae demonstrantur in 6, 22 et 3, 2. Post 6, 22, 8, pro summariis constitutionum 9-12, hoc tantum legitur « Et post ista septima lex suprascripta invenimus quarto legis in codicum »; quod sic restituendum puto « Et post istam VIII legem supra scriptam invenimus IIII leges in codice ». Graecarum autem constitutionum summaria post 3, 2, 2 desiderari docet adnotatio ita corrupta, ut de restitutione iam desperandum sit « Constitutio graeca hic in his titulo qui minus est in greco ».

De transpositione foliorum archetypi nulla oritur dubitatio. In libro Perusino post 1, 2 (3), 11 sunt leges 27-39, deinde leges 12-26. Leges 27-39 continentur quinque versibus folii 6^{r}, folio 6^{v} et quindecim versibus folii 7^{r}; leges 12-26 decem versibus folii 7^{r}, folio 7^{v} et sedecim versibus folii 8^{a}. Videtur igitur unum tantum folium transpositum esse in

[1] Vid. infra p. XVI.

Digitized by Google

archetypo fere eiusdem formae ac liber Perusinus. Pari ratione, cum duo folia archetypi forte fortuna aberrassent, factum est ut post 7, 65, 4 *inscr.* interiecti sint tituli 20-27, 12 libri octavi. Librarius autem lacunam suspicatus est et ad eam dissimulandam titulos 20-27 libri octavi [1] ad seriem titulorum libri septimi redegit, praefixis scilicet numeris LXVI-LXXII: postea, errore comperto, apposuit transpositionis signa et titulis 66-75 libri septimi veros numeros servavit.

De scriptura archetypi parum aut nihil certi coniectura assequi licet: nam cum Summa non semel descripta sit, [2] saepe in incerto est utrum corruptelae ab archetypo libri Perusini an ab aliquo antiquiore exemplari an denique ab ipso Summae archetypo manaverint. Antiqua exemplaria scriptura fere continua exarata esse evincitur ex eo, quod in libro quoque Perusino plurima verba perperam iuncta sunt vel perperam divisa; [3] item quia librarii saepe primam vel ultimam cuiusdam verbi litteram aut syllabam praecedenti vel sequenti verbo iunxerunt, et deinde nonnullas litteras perperam iteraverunt aut recte iteratas omiserunt aut aliter textus restitutioni consulere conati sunt. [4] Scripturae maiusculae

[1] Rubricam autem tituli 24 librarius, quae sua erat neglegentia, omisit.

[2] Vid. infra p. XXII et XL.

[3] Vid. ex. gr. 6, 49 (50), 19 *ab eo* pro *habeo* et *refundi te* pro *refundite;* 8, 38, 2 *Moeno philodotis* pro *Menophilo. Dotis.*

[4] En pauca huiusmodi corruptelarum exempla ex pluribus selecta: 2, 18, 24 *si quid anni* pro *si quid damni;* 2, 58, 1 *a. ad Demostheni* pro *a. Demostheni;* 3, 28, 18 *si filias sine* pro *si filia sine;* 3, 36, 18 *paterno nomine* pro *pater nomine;* 3, 40, rub. *eiusdem militis* pro *eiusdem litis;* 4, 6, 9 *libera aliquid* pro *liber aliquid;* 4, 38, 10 *mulierem* pro *mulier rem;* 5, 11, 5 *genere exigit* pro *gener*

Digitized by Google

vestigia quamvis incerta habes in 4, 30, 14 et 4, 65, 31:[1] item langobardicae in eo quod librarius scripsit *et* pro *ea* (7, 4, 9), *mortuus* pro *moratus* (2, 18, 8; 4, 34, 2), *amittere* pro *a matre* (3, 28, 15). Litterae *a* qualis saepe fuerit forma ex eo patet, quod haud raro cum littera *u* permutatur.[2] Permutantur etiam litterae *r* et *s*. Librarius enim scripsit *rerum* pro *servum* (3, 36, 22), *decoloratus* pro *decoloratur* (1, 2, 29), *datus* pro *datur* (3, 11, 3), *interpraetatus* pro *interpretatur* (6, 35, 9), *preces* pro *praeter* (4, 65, 24).[3] Ceterum incredibili pene inscitia atque negligentia librariorum factum est, ut Summa mendis scateat;[4] quae si quis ad certas series redigere velit, opus fere desperatum suscipiet et in quo facile falli poterit.

3. Diximus de libro Perusino et de eius archetypo. Videamus iam quid de Summae origine atque compositione sta-

exigit; 5, 34, 11 *etate tenet* pro *etate nec;* 5, 37, 4 *liber tutor* pro *libertus tutor;* 5, 51, 10 *tutores* pro *tutore res;* 5, 62, 20 *administratio nec curatione* pro *administratione curatione;* 5, 71, 6 *aput actam manifestet* pro *apud acta manifestet;* 7, 45, 16 *ne causiticus* pro *nec causidicus;* 7, 63, 5 *morso occupaverit* pro *mors occupaverit;* 8, 29, 1 *autem emptor* pro *aut emptor;* 8, 44, 4 *debitores* pro *debitor res;* 8, 47, 2 *habebis sit autem* pro *habebis ita ut.*

[1] Vid. p. 113 n. 1 et p. 135 n. 6.

[2] Vid. indicem s. « a *et* u *errore librarii permutatae* ».

[3] Hunc ipsum errorem habes etiam in summariis constitutionum Iustiniani a Iuliano epitomatarum apud Haenelium, *Epitome Iuliani*, p. 215 n. 342.

[4] Praesertim conferenda sunt ea, quae ex Codice Iustiniano in Summam transierunt, rubricae scilicet, inscriptiones et genuinae constitutiones vel constitutionum fragmenta; nam de corruptelis, quae in eis reperiuntur, nulla plerumque oriri potest dubitatio. Vid. etiam quae passim adnotavi, necnon indicem s. « *erroribus librariorum tribuenda videntur* ».

Digitized by Google

tuendum sit. Id igitur pluribus argumentis evincitur, summaria in epitome Perusina comprehensa, aut omnia aut certe pleraque, olim in margine libri cuiusdam Codicis Iustiniani singulis constitutionibus ascripta esse, postea autem ignoti sive iurisconsulti sive librarii opera collecta atque inscriptionibus locupletata [1] in Summam coaluisse. Et primum quidem nonnullis summariis iunctae sunt interpretationes verborum, quae in Codice Iustiniano exstant, in summaria autem non transierunt: [2] patet igitur has interpretationes, sive glossas, e margine libri Codicis una cum summariis in epitomen transiisse. Praeterea nonnumquam summariorum locum obtinent quaedam *notabilia* vel *lemmata,* quae aut nullius momenti sunt aut etiam intelligi nequeunt, nisi ipsae Codicis constitutiones adsint. [3] Summariis denique inscriptiones haud raro

[1] Inscriptiones non a Breviatore (quo nomine, brevitatis causa, summariorum auctorem indicabo), sed a Compositore additas esse patet exempli gratia ex 4, 23, 3, ubi, cum Breviator pro *Soterae* legisset *socerae,* verbum hoc ab inscriptione ad ipsam constitutionem transtulit et scripsit in summario *socre tue,* Compositor autem integram inscriptionem servavit.

[2] Cod. Iust. 6, 9, 8 *sciat sibi non obesse...*; SP. (6, 9, 7) *obesse impedire, obici, obviari* (cf. glossarium Taurinense apud Pflugk-Harttung, *iter italicum,* p. 362 «*obfuit impedivit*»): Cod. Iust. 6, 30, 18 *hereditas... delata;* SP. *velcata* (*delata?*) *demissa, relicta*: Cod. Iust. 6, 35, 9 *clandestinis insidiis;* SP. *clam occulte interpraetatus* (l.-*ur*): Cod. Iust. 6, 46, 6 *peremptum est;* SP. *peremptum absolutum:* Cod. Iust. 6, 56, 4 *infamiae abolitionem;* SP. *ubolṭiti*(*o*) *absolutio:* Cod. Iust. 7, 24, 1; vid. p. 230 n. 4. Cf. etiam p. 14 n. 2; 65 n. 7; 249 n. 3.

[3] Vid. exempli gratia SP. 1, 26, 1 *ordinationem facit Iustinianus augustus in Africa:* 1, 31, 1 *ordinatio officii magistri officiorum:* 2, 3, 17 *sine scriptura pactum valere:* 2, 6, 7 *de perequandis patrociniis:* 2, 7, 12 *duos annos fiant:* 2, 18, 23 *negotiorum actiones personalem esse:* 2, 19, 7 *instrumentum non valet:* 3, 1, 11 *ut inter*

Digitized by Google

iunctae sunt ab iis alienae, scilicet quia non animadvertit ignotus ille Summae compositor alicuius constitutionis summarium nullum exstare, aut perperam omisit, aut etiam duo summaria sub una inscriptione coniunxit.[1] Cum autem Compositor summaria cum genuinis constitutionibus conferre supervacaneum plerumque duxerit, facile potuit error ab una lege ad alias eiusdem tituli propagari.[2] Ceterum summariorum defectus saepe Compositorem latere non potuit, qui pro summariis integras constitutiones[3] vel earum frag-

tres annos causa finiatur et de poena iudicii et de inclamatione absenti et expensas litis reddentes hic sunt: 4, 32, 25 *unaquamque personam quantum det usuras:* 5, 12, 11... *quae et cause culpe hic posite sunt:* 5, 17, 8 *ex quibus causis datur repudius prese(n)s lectio declarat:* 5, 70, 7 *alia plurima sunt que iubet fieri:* 6, 26, 9 *ut non fiat talis testamentus*: 7, 15, 2-3 *sicut hic legitur:* 7, 35, 5 *quorum prescriptio obici non posse:* 7, 62, 23 *in designatas provincias ut apellatio suscipiatur:* 7, 62, 36 *que poena sit qui praeiudicat:* 7, 62, 38 *quae sit poena iudicibus potestatum, qui male iudicavit:* 8, 35, 14 *hic de violentia unius anni dicit.*

[1] SP. 1, 14, 2: 1, 26 (27), 1: 1, 31, 4: 6, 37, 24: 7, 32, 5 (ut videtur errore librarii: cf. enim p. 233 n. 6-7 et p. 234 n. 1): 7, 40, 2: 7, 71, 7: 8, 47, 1.

[2] Vid. exempli gratia 2, 12, 8-20: 3, 32, 20-27: 4, 30, 6-10: 5, 12, 24-29: 6, 37, 5-19: 8, 40, 14-23. De inscriptionum corruptela in 3, 36, 16-24 certum iudicium proferre nequeo: sed fortasse inscriptiones falsae olim inter lineas emendatae et librariorum inscitia emendationes pro supplementis habitae sunt.

[3] En tibi constitutiones, quae integrae, adiecta etiam subscriptione, in Summam transierunt: I, 1, 1; 57, 1: III, 37, 5: V, 37, 14: VI, 38, 3; 54, 2; 55, 8: VII, 16, 38; 72, 8: VIII, 35, 11, 13. Omissa autem subscriptione transcriptae sunt constitutiones I, 7, 5: II, 11, 10: III, 34, 12; 36, 11: IV, 2, 3; 8, 2; 32, 11: V, 1, 3; 17, 4, 6; 18, 4; 25, 2; 26, 1; 44, 4; 51, 12; 53, 1; 62, 25: VI, 2, 19; 21, 11; 24, 5, 12; 37, 4; 42, 20: VII, 1, 3; 5, 1; 27, 2; 74, 1: VIII, 16, 3; 35, 6, 8, 10 (SP. 35, 15, 17, 19); 41, 7; 46, 2.

Digitized by Google

menta [1] descripsit, aut tacite praetermisit [2] aut denique Codicem Iustinianum adire lectorem iussit. [3] Animadverten-

[1] Summariorum vicem obtinent fragmenta harum constitutionum: I, 28, 3; 37, 2; 38, 1; 51, 7-9: II, 3, 26; 4, 8; 7, 16: III, 12, 5; 34, 3-4, 9-11; 36, 1, 13, 17-18, 22-23, 25: IV, 30, 11; 35, 21; 49, 8; 65, 23: V, 27, 12 (§ 5); 62, 11, 15; 65, 2: VI, 18, 1; 22, 5; 25, 5, 7 (§ 2-3); 35, 11 (§ 2); 37, 26; 41, 1; 42, 31; 51, 1 (§ 15); 54, 5-6, 8: VII, 25, 1; 56, 2-3: VIII, 33, 1; 35, 7 (SP. 16), 9 (SP. 18); 39, 2; 40, 16 (SP. 35, 13); 46, 10; 47, 2. Praeterea aliquot summaria constant fere e verbis a genuinis constitutionibus depromptis, et ideo plerumque non antiquo Breviatori sed magis Summae compositori tribuenda videntur. Huiusmodi sunt leges SP. I, 2, 36; 32, 1; 36, 2; 37, 2; 39, 13; 54, 9: II, 1, 8; 4, 42 (cum subscriptione); 17, 4: III, 34, 2, 5, 7-8; 36, 2, 3, 7, 9, 11, 16, 24: IV, 10, 4; 54, 5: V, 44, 3: VI, 23, 26.

[2] Praetermissae sunt constitutiones I, 9, 5; 13, *ult.;* 14, 4, 11; 21, *ult.;* 22, 5; 28, *ult.;* 29, *ult.;* 32, *un.;* 33, 2; 51, 4; 54, 5; 55, 6: II, 1, 7; 3, 6; 4, 42; 7, 24, 26; 12, 8, 23: III, 1, 17; 23, *ult.;* 32, 20; 33, 17; 35, *ult.;* 38, 9; 41, *ult.;* 42, 7 (?); 43, *ult.:* IV, 6, *ult.;* 18, 3 (?); 30, 6; 32, 23; 49, *ult.;* 64, *ult.:* V, 12, 24; 37, 26; 39, 3; 52, *ult.;* 60, 2; 62, 1, 12; 65, 1: VI, 1, 3, 7; 2, 14, 17, 18; 23, 23; 42, 19, 30; 54, 3; 58, 5: VII, 50, *ult.;* 51, 2; 61, *ult.:* VIII, 35, 11; 48, 2. De graecis constitutionibus infra dicendum erit (p. XXXVI).

[3] Huiusmodi adnotationes passim reperies: *require legem* (3, 36, 15-25; 3, 37, 1; 8, 39, 2); *ipsam legem require* (7, 56, 2-3); *lege ipsam legem* (3, 36, 4; 6, 53, 6, 8; 8, 35, 13, 14, 16); *leg. lex* (!) *ipsa lege et alia multa invenies* (6, 50, 1); *de sportulis legem ipsam lege* (7, 51, 6); *ipsa lege relegit* (!) (7, 25, 1): *et reliquas arte(s) relege et invenis* (7, 7, 1); *ab isto loco utere legem* (6, 20, 19). Summae compositori tribuendas puto etiam sollemnes adnotationes *in ea* (*eam, ipsam*) *lege abet* (vel *dicit*), *in ea lege ad locum, in ea lege abet ad locum, in ea lege verba ipsa* et his similia. Post has adnotationes sunt plerumque quaedam verba ex genuinis constitutionibus excerpta; quamobrem patet Compositoris consilium fuisse locos designare, quibus summaria ascripta essent. Adnotatio *ut supra,* quae nonnumquam summarii vim obtinet (3, 1, 16; 3, 5, 1; 4, 56, 2;

Digitized by Google

dum est etiam quod accidit in titulo 35 libri octavi. Cum enim Compositor, nescio quo casu, inscriptiones constitutionum 7-12 Cod. 8, 40 summariis constitutionum 5-10, Cod. 8, 35 praefixisset, harum constitutionum summaria desiderari putavit, et ideo integras constitutiones sextam, octavam et decimam una cum initiis constitutionum septimae et nonae in Summam recepit. Eadem ratione erratum est etiam in aliis locis nonnullis, in quibus Codicis constitutiones in epitomen transierunt, quamquam exstabant summaria.[1] Praeterea Compositor nonnumquam unius constitutionis duo summaria recepit,[2] vel idem summarium bis descripsit.[3]

Quo autem titulo Summa nostra a Compositore insignita sit, patet ex indicis atque singulorum librorum inscriptionibus et subscriptionibus, quae exstant in libro Perusino. Sunt autem huiusmodi:

f. 1ᵛ. Incipit kapitula libri primi domni Iustiniani adnotationum codicum feliciter.

f. 24ᵃ. Explicit liber primus. Incipit liber constitutionum secundus adnotationum codicum feliciter.

5, 75, 4), antiquo Breviatori tribuenda est. Cf. *antiqua Summaria Codicis Theodosiani* (ed. Manentius, Senis, 1889), in quibus passim legitur *superiori similis, similis nonae, primae similis,* etc.

[1] S P. II, 3, 25 et 27: III, 33, 17 et 37, 5: IV, 30, 10 et 12: V, 27, 12 et 13; 52, 3 et 53, 1; 62, 11 et 12; 65, 1 et 2: VI, 2, 18 et 19; 23, 25 et 26; 37, 24 et 25: VIII, 47, 1 et 2.

[2] S P. I, 6, 4 et 7, 6; 14, 2 et 3, 4 et 5, 7 et 8; 21, 2 et 3; 22, 5 et 6; 30, 3 et 4; 31, 4 et 5; 40, 9-11 et 15-17; 50, 5 et 6; 54, 7 et 8: II, 1, 7 et 8; 3, 7 et 8; 7, 23 et 24; 12, 19 et 20, 22 et 23: III, 1, 15 et 16; 23, 1 et 2; 32, 27 et 28; 38, 9 et 11; 42, 6 et 7 (?): IV, 18, 2 et 3 (?): V, 12, 27 et 29, 31 et 32; 37, 26 et 28; 60, 1 et 2; 62, 1 et 2: VI, 1, 5 et 6; 42, 31 et 32.

[3] S P. I, 53, 5 et 54, 6: VI, 1, 7 et 8; 23, 28 et 29. Cf. etiam IV, 29, 1 et 2.

Digitized by Google

f. 51ᵃ. Explicit constitutionum liber II. Incipit constitutionum domini Iustiniani liber III feliciter. Deo gratias amen.

f. 73ᵃ. Explicit liber tertius feliciter. Incipit liber constitutionum adnotationum quartus.

f. 103ᵃ. Explicit liber quartus. Incipit liber V adnotationum domini Iustiniani.

f. 132ᵛ. Explicit liber quintum constitutionum domini Iustiniani feliciter. Incipit liber constitutionum sextus feliciter.

f. 162ᵛ. Explicit liber constitutionum VI adnotationum domini Iustiniani feliciter. Incipit liber constitutionum adnotationum domini Iustiniani VII.

f. 190ᵃ. Explicit liber VII adnotationum domini Iustiniani. Incipit liber VIII constitutionum domini Iustiniani, ut super. [1]

Ex his igitur testimoniis evincitur, ni fallor, Summae titulum fuisse *adnotationes Codicum domini Iustiniani:* nam verbum *constitutionum* aut interpolatum aut pro *adnotationum* perperam positum esse videtur. Quod autem Codex Iustinianus, Graecorum more, plurali numero designatus sit, mirum non est, cum saeculis IX et X haud ita rara fuerit apud Italos *libri Codicum* mentio. [2]

Libro Perusino, ut iam monui, index praefixus est titulorum, qui propter lacunam archetypi desinit mutilus in 3, 42. Index autem non eum repraesentat, quem verisimile est in genuinis Codicis exemplaribus exstitisse, [3] sed ad ipsam Summam restitutus est. In indice enim aeque atque in Summa desiderantur rubricae titulorum 2, 34 et 44 libri primi: contra iterata est rubrica tituli 45 *de officio civi-*

[1] Cf. inscriptionem codicis ms. Vallicelliani B. 32 (infra p. XLI et p. 259 n. 5) « Incipit liber VIII Codicus Iustiniani augusti. »

[2] Cf. ex. gr. Conrat, o. l., I, 26 n. 6; 54 n. 5; 62 n. 2; 206 n. 4; 213-214. Vid. etiam p. 379 n. 7.

[3] Cf. Krügeri praefationem, p. XX.

Digitized by Google

lium iudicum, et ex adnotatione *constitutio graeca et latina* novus titulus fictus est numero insignitus XXIX. Praeterea turbatus est ordo titulorum 40 et 41, et rubrica tituli 42 reperitur in fine libri, numero insignita LVII (LVI). Summa denique et index saepissime consentiunt in omissionibus et falsis lectionibus, ut his exemplis comprobatur:

I, 3 (4). S. et ind. omm. *et reverentiam pontificalem.*
» 15 (16). S. et ind. *de senatusconsultus.*
» 16 (17). Cod. Iust. *referuntur:* S. et ind. *referunt.*
» 26 (27). S. et ind. omm. *omni eiusdem dioeceseos statu.*
» 38 (39). Cod. Iust. *praetorum:* S. et ind. *pretoris.*
» 45 (47). Cod. Iust. *praestentur:* S. et ind. *presente(n)tur.*
» 52 (53). S. et ind. omm. *sine sanctione pragmatica.*
II, 15. Cod. Iust. *vel vela regalia:* S. et ind. *vel ad regalia.*
» 33 (34). Cod. Iust. *si adversus delictum:* S. et ind. *si a. dilectum.*
III, 4. S. et ind. omm. *dare.*
» 23. Cod. Iust. *cohortali aliave:* S. et ind. *coortalia vel.*
» 36. Cod. Iust. *familiae erciscundae:* S. et ind. *de familia herciscunde* (ind. *herciscundis*) *iudicium.*
» 40. Cod. Iust. *eiusdem litis:* S. et ind. *eiusdem militis.*

Cum autem index e Summae rubricis compositus sit, in aperto est in iis locis, in quibus Summa corruptas lectiones, index sinceras praebet, corruptelam recentiorem esse, antiquam autem Summae lectionem in indice tantum servari.[1] Saepe autem res aliter se habet: verae enim lectiones non in indice sed in Summa reperiuntur.[2]

[1] Vid. exempli gratia et confer titulos indicis I, 2 (3), 22 (23), 26 (27), 32: II, 1, 10.

[2] Vid. et confer titulos Summae I, 5 (4): II, 23, 28, 39 (38): III, 2, 8, 23.

Digitized by Google

Ceterum omissiones et errores, qui, composito iam indice, in eum vel in Summam irrepserunt, satis demonstrant Summam postea saepius descriptam esse: ex communibus autem omissionibus atque erroribus patet, quanta iam fuerit lectionum corruptela tunc cum index componeretur; quamobrem verisimile videtur eum non ab ipso Summae compositore confectum, sed ab aliquo librario additum esse.

Restat ut moneam, librarios in textum Summae, iam sua negligentia pessime habitum, coniecturis etiam saevisse. Ex ineptissimis enim coniecturis ortae videntur lectiones nonnullae, quales sunt *praesidibus* pro *heresibus* (1, 6, 4), *marito* pro *manumissoris* (2, 2, 1), *eunuchus* pro *ex cuius* (7, 63, 2), *norui suae* pro *Neroni. Si* (5, 18, 6), *annos* pro *menses* (6, 30, 22: cf. 6, 31, 6), *a secreto* pro *Asyncrito* (7, 32, 6). Pari ratione, cum librarius in 6, 2, 13 verbum *Domno* (*Domino*) perperam ab inscriptione ad summarium transtulisset, additum est verbum *defuncto.*

4. Transgredior nunc ad summaria, quae ante Summae compositionem Codici Iustiniano ascripta erant. Summaria igitur aut omnia, aut certe pleraque uni auctori tribuenda videntur: eadem enim est in omnibus latinitatis corruptela, eadem fere inscitia confecta sunt. De qua ut statim constet, libet exempla quaedam in medium proferre:

Cod. Iust. I, 4, 1 negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent...: S P. hereticum ad publicum pertinet.

» 4, 4 mimae et quae ludibrio corporis sui quaestum faciunt publice habitu earum virginum, quae deo dicatae sunt non utantur: S P. Deo dicata si turpe se egerit, infamis est.

» 4, 6 nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas vocant...: S P. quos synodus damnavit.

» 43, 1 nihil de capitalibus causis sua auctoritate statuere debent...: S P. personam quam occidat iudici manifestetur.

Digitized by Google

II, 3, 29 si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit non usurum fori praescriptione: S P. qui pactuant, ut secretum non publicetur...

» 11, 6 ad tempus in opus publicum dati: S P. pecunias datas in opus publicum.

» 33, 1 et tempora nondum praeterierint, intra quae legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem: S P. intra triginta annos.

» 34, 2 matri tamen, quae filiis tutorem aetatis *lubrico lapsa* non petiit...: S P. si mater *lupanar* effecta fuerit...

» 40, 2 adulescentiae tempus non imputari in id *quinquennium* liberis...: S P. minor etati si *quinque* filios abet...

» 41, 1 num is, qui se minorem annis laesum esse dicat, diligens *paterfamilias* fuerit: S P. minor aetate *uxoratus*...

» 42, 4 filiis familias minoribus: S P. minor etate, qui filios habet...

» 50, 3 quod tempore militiae de bonis alicuius possessum ab aliquo est, posteaquam is rei publicae causa *abesse desiit,* intra annum utilem amota praescriptione *temporis medii* possessionem vindicare permissum est: S P. si miles res alienas quas obtulit (*l.* abstulit), intra anno petitur restitutio; post eius *mortem* post *sex menses.*

» 53, 3 in contractibus, qui bonae fidei sunt, etiam *maioribus officio iudicis* causa cognita publica iura subveniunt: S P. *curialis* pro occupatione publica moratus debitum reddere, usuras illi non reputetur.

III, 26, 2 an pater tuus mortem sibi consciverit metu alicuius poenae ac propterea bona fisco debeant vindicari: S P. qui fiscalem hominem occisit, bonis eius fisco societur.

» 26, 7 dominicis colonis et patrimonialibus *gravitatem* tuam censuimus disceptatricem esse debere: S P. cholonos publicos ab *angarias* abstineantur.

» 31, 8 *liber* nec ne fuerit testator ante omnia disquiri debet: S P. requiri licet, si eius *propinquus* testavit.

» 32, 8 praeses provinciae... *partem aequitatis* non negabit: S P *medietatem* illi efficitur.

Digitized by Google

IV, 21, 7 si sollemnibus stipendiis honeste sacramento solutus es: S P. si per sacramentum solutum est.

» 55 (omnes huius tituli leges perperam intellectae sunt, quia Breviator minime compertum habuit, quid sibi vellet *exportandum venire*).

» 61, 11 sales ipsi una cum eorum pretio *mancipibus* addicantur: S P. ipse (qui sales tulerit) *in servitio* cum ipso pretio deveniat.

» 61, 12 effectu et viribus carere censemus: S P. in carcere mittatur.

V, 17, 1 matrimonium quidem deportatione vel aqua et *igni interdictione* non solvitur: S P. maritus pro *incendio* vel alio casu uxorem non dimittat.

» 30, 2 nisi capitis deminutionem sustinuerunt: S P. nisi crimine sit decoloratus.

» 37, 24 aurum argentumque et quidquid vetustate temporis non mutatur: S P. res vetustas.

VI, 35, 12 servos, qui supplicio adficiuntur sub eodem tecto commorantes et non suum auxilium domino per insidias occiso praebentes: S P. servum non licet in crimine domini sui credi, nisi sub examinatione.

» 36, 5 nec codicillos quidem *furentem* posse facere certissimi iuris est: S P. codicello *invito invitus* factos, invalidum est.

» 42, 26 ex repudiatione *fideicommissi* doli mali exceptio iusta causa intercedente tunc opponitur *etc.*: S P. *legata* repudiasti, adhire non potis.

» 49, 3 si per *fideicommissum* hereditas reipublicae relicta est: S P. testator si per *legatis* sine herede de bona sua deliberavit, nichil est.

VII, 9, 2 si decretum ordinis auctoritas rectoris provinciae comprobavit, quo is libertatem acceperat, cui postea fueras, ut proponis, matrimonio copulata...: S P. ancillam, quem manumisisti, postea eam in dotem conscripsisti...

» 10, 1 pretium eorum dominis, si hoc elegerint, dependat, quanti sua interest: S P. pretium reddat, quantum dominus vult.

Digitized by Google

VII, 13, 4 si desertorem servus prodiderit, libertate donetur: S P. servus advocatus liber effectus est.

» 29, 1-3 (ubi Codex Iustinianus habet *pro herede,* summariorum auctor posuit *coheredes*).

» 53, 5 etiam *nomen debitoris* in causa iudicati capi posse: S P. quem dixisti (addixisti?), nomen eius affige.

» 62, 39 ne tanti iudices *quasi vinculis praepediti* non possint legum veritati et iudiciali vigori per omnia satisfacere: S P. quae sit poena iudicibus potestatum, qui male iudicavit.

» 63, 2 tempora *fatalium dierum:* S P. post *obitum* eius.

» 63, 5 *fatalis dies:* S P. si mors occupaverit.

VIII, 1, 2 praeses provinciae in eum, qui eiusdem provinciae non est, nec ex interdicto potest cognoscere: S P. ex alterius provinciae iudex electus ad definiendum licet.

» 11, 5 intra urbem Romam veterem et novam nullus iudicum novum opus informet: S P. nova et vetera edes iudex sibi non applicet.

» 15, 6 quae praedium in filios a se titulo donationis translatum creditori suo dat pignori, se magis contrario pigneraticio obligavit iudicio, quam quicquam dominis nocet, cum *serviana* etiam actio declarat *etc.:* S P. filius viventes parentes creditori suo aliquid donavit, invalidum est, quia *servus familiae* fuit.

» 16, 5 spem eorum praemiorum, quae pro *coronis* athletis pensitanda sunt...: S P. a *colonis* res obligari non licet.

» 40, 26 *semenstres* tantum habere eum indutias: S P. medietatem quam constitutum fuerat accipit indutias.

Ex his exemplis, quae ex multis attuli, satis superque probatur summariorum auctorem non modo romanam iurisprudentiam, sed et latinum sermonem parum calluisse. Id temporum infelicitati praecipue tribuendum est: nam, quod inferius monstrabo, summaria saeculo septimo vel octavo confecta videntur, cum scilicet litterarum omnium miserrima

Digitized by Google

condicio esset. Minime igitur placet coniectura Niebuhrii,[1] qui putavit antiqua summaria secundum veram latinitatem conscripta ad vulgare dicendi genus quasi translata esse; nec magis assentior Tamassiae nostro,[2] qui graecos συντόμους κώδικας latine redditos esse contendit. Sane, cum tot exstarent egregia byzantinorum iurisconsultorum Breviaria,[3] vix credibile est tantae inscitiae monumentum aut in Oriente aut in illis Italiae regionibus ortum esse, in quibus graeci sermonis usus invaluit. Praeterea qui summaria Perusina cum ipsis constitutionibus conferet, facile sibi persuasum habebit ea ad ipsum latinum textum esse confecta, immo eorum auctorem nonnunquam Iustiniani Codicis verba et constructionem perperam retinuisse, quamvis ab oratione sua penitus abhorrerent.[4] Adde quod graecarum con-

[1] O. l. p. 391. Cf. Flach, *Etudes critiques sur l'hist. du droit romain au M. A.*, Paris, 1890, p. 72.

[2] *Archivio giuridico*, 40, 1888, p. 266-67, 405. Cf. *Per la storia dell'autentico*, Venezia, 1898, p. 16 (*Atti del R. Istit. Veneto*, serie VII, t. IX). Contrariam sententiam tulerunt Schupfer (*Riv. stor. ital.*, 5, 1888, p. 723-24: *le origini dell' Univ. di Bologna*, Roma, 1889, p. 37-38), Landsberg (*Zeits. der Sav.-Stift. für Rechtsgesch.*, Rom. Abth., 9, 1888, p. 426), La Mantia (*Riv. ital. per le scienze giurid.*, 8, 1889, p. 38 n. 48).

[3] Horum fragmenta, quae ad manus erant, passim cum epitome Perusina, ut sine spe, ita sine aliqua utilitate contuli.

[4] Ita factum videtur, exempli gratia, in his locis: SP. 1, 7, 6 catholicam ecclesiam vel *orthodoxe fidei* ammiserit (*C. Iust.* catholicarum ecclesiarum clerici vel *orthodoxae fidei* monachi): 1, 27, 4 prefecture urbane moderantur (*C. Iust.* praefecturae urbanae regi moderamine): 1, 32, 2 quinquaginta librarum auri inferat (*C. Iust.* ad q. l. a. illationem... teneatur): 1, 54, 9 actorum confectio a defensoribus fiat (*C. Iust.* a. c. a d. denegetur): 1, 54 (56), 2 magistratus *conficiendorum actorum* faciant (*C. Iust.* c. a. habeant

Digitized by Google

stitutionum summaria, quae nec in graecis Breviariis desiderari nec in latina versione consulto omitti poterant, omnino desunt in epitome Perusina. Et ego quidem Breviatorem graeca iam non intellexisse nullus dubito: nec enim verisimile videtur quod suspicari liceret, eum latinis constitutionibus latina summaria, graecis graeca apposuisse in Summa postea omissa, nec meae sententiae refragari puto, quod in S P. 2, 11, 17 unum graecum verbum exstat, ex genuina constitutione ideo descriptum quia non intelligeretur.[1] Ceterum in 1, 3, 5 Breviator pro *archigerontes et dioecetae ergasiotanorum* scripsit *guvernante rebus venerabilibus,* et in 2, 11, 16 graeca verba omnino praetermisit. Nullius autem

potestatem): 2, 3, 8 pactum... quod factum est, *per iudicem compellitur* (*C. Iust.* fidem pacto praestare p. i. c.): 2, 3, 19 si fratres invicem stipulati sunt, ut quis supervixerit *res eius* abeat (*C. Iust. res eius,* cui casus finem vitae adtulisset): 2, 12, 7 nec pro patre... agere non licet (*C. Iust.* n. p. p.... experiri oportet): 2, 39, 2 si bona paterna *omisit* (*C. Iust.* bonorum possessionem in paternis rebus *omissam*): 2, 51, 1 tempora illis *subveniunt* (*C. Iust.* temporalibus actionibus exclusis... *subveniri*): 3, 12, 7 nichil fiat preter *mancipandi et manumittendi* (*C. Iust.* emancipandi et m. cuncti licentiam habeant): 3, 13, 4 in *alterius iudicis* migrare non licet (*C. Iust.* alterius... iudicis imploret auxilium): 3, 15, 2 plagiarius est criminis (*C. Iust.* plagii crimen committit): 3, 28, 25 quia *providendum* bonum hoc fecit (*C. Iust.* putaverit providendum): 3, 32, 4 res tuas *male fidei* tenuit (*C. Iust.* a malae fidei possessoribus): 3, 33, 10 *certam* a servis accipere valebit (*C. Iust.* sub *certa* annua praestatione): 3, 34, 6 fonte aque... in aliorum predia non *iniurietur* (*C. Iust.* ad aliorum usum vicinorum *iniuria* propagari): 4, 19, 13 non per epistolas sanguinitatis probatur (*C. Iust.* non epistulis necessitudo consanguinitatis...): 6, 33, 2 si quis *se* dicit competere facultatem (*C. Iust.* quamvis quis *se* filium defuncti praeteritum esse adleget *etc.*).

[1] Cf. etiam p. 199 n. 1 et p. 286 n. 5.

Digitized by Google

momenti est, quod Heimbachius (p. XVII) quasi dicendi genus graeci sermonis proprium animadvertit, neutrius generis pluralem numerum cum singulari verbi numero in summariis nostris nonnumquam componi: nam masculini quoque generis pluralis numerus cum singulari verbi numero vel pluralis verbi numerus cum singulari cuiusvis generis iungitur. [1]

Ad Breviatorem ut redeam, quamquam is tam foede in pluribus summariis erravit, procul dubio iuri operam dederat, nec ei fortasse Iustiniani Institutiones et Novellae Constitutiones prorsus ignotae erant: nam ad male intellectas Inst. 2, 9, 5 fictum videtur summarium const. 1 Cod. 4, 27, [2] in summariis autem const. 20 Cod. 5, 12 et 10 Cod. 5, 14 immutatum est ius ex novella constitutione XCVII (*Epit. Iul.* XC). [3] In conscribendis autem summariis Breviator nonnumquam rationem habuit aliarum constitutionum Codicis, et nonnulla etiam addidit ex suo penu deprompta, plerumque quidem falsa. En tibi quaedam harum additionum sive interpretationum exempla *cursivis litteris expressa:*

[1] Vid. indicem s. « *numeri permutati* ». Cf. etiam indicem *libri Diurni* (ed. Sickel, p. 190).

[2] *S P.* « per extranea persona adquiri non potest, nisi per procuratorem »: *Instit.* « et hoc est, quod dicitur, per extraneam personam nihil adquiri posse: excepto eo, quod per liberam personam veluti per procuratorem placet... adquiri possessionem »: *C. Inst.* « excepta possessionis causa per liberam personam, quae alterius iuri non est subdita, nihil adquiri posse indubii iuris est ».

[3] *S P.* 5, 12, 20 « dotem factam si sponsalia similis non fuerit, de plus agi potest »: 5, 14, 10 « dos et sponsalia equalis summa scribantur, aut qui minorem partem maior detrahatur ».

Digitized by Google

II, 12, 5 « qui absenti causa agebat *si non spondit de ratiabitione* non illi respondis ». Cf. Cod. Iust. 2, 12, 1.

» 58, 2 « post narratione ut advocatus iuret. *Si causa mala cognoscit, deserat illum* (*l.* illam) ». Cf. S P. 2, 6, 6 et Cod. Iust. 3, 1, 14 § 4.

III, 32, 3 « res tuas mater aut pater [1] vendidit, absque pretium eas recipis, *si heres non est* (*l.* es) ».

» 33, 7 « usufructuarius sarci tecta ipse faciat: si quid a novo fecerit, *heredes eius* recipiunt ».

» 33, 16 « usumfructus a minore aetate relictus restituitur; *si quid expetit* (expendit?) *recepit* » (Fortasse ex male intellectis §§ 2-3).

» 35, 5 « pecora tua *vel alium animalem* ».

IV, 1, 9 « mandatus, *si de calumnia iuramentus non legitur,* firmum non est ». Cf. Cod. Iust. 2, 58, 2 § 3 « non ante licentiam habeat actor litem exercendam suo procuratori mandare, nisi prius actis intervenientibus in provincia qua degit sacramentum calumniae subeat ». Cf. etiam S P. ad h. l.

» 5, 11 « qui incerti per errorem debita solverint *et desuscepto muniti sunt,* repetere possunt ».

» 23, 1 « res prestitas ab hostibus tollatur, si non promisit suum periculum, non reddet. *Nam comparatas res non ita est.*

» 29, 25 « dotem *vel sponsalia* spondent, tenentur ».

» 31, 12, « qui plus debet si creditor accipere nollet, sequestra illum alibi *propter usuras* ». Cf. S P. 4, 32, 6.

» 34, 3 « aut *dupplum,* ut fuit (ut fur?) reddat ». (*Cod. Iust.* « quod *furti* eum actione non facias obnoxium »).

» 52, 5 « qui rem ignorat communem vendidit, emptori *dupplum reddat pretium* ». (*Cod. Iust.* « alienae portionis evictione secuta, quanti interest emptoris solves »). [2]

[1] Cod. Iust. habet « *mater tua vel maritus* ».

[2] Vix est monendum duplae stipulationem in instrumentis venditionum aevi barbarici passim reperiri. Vid. etiam S P. 8, 44, 6

Digitized by Google

IV, 54, 2 « venditam rem si convenit, ut pretium quocumque tempore recipiat, valet, *remota prescriptionem* ».

VI, 2, 21 « pro furtum, quem ammisit servus, dominus convenitur. Si liber ammisit furtum, *patronus convenitur* ». (Ex male intell. § 5?).

» 23, 32 « quinque (*testes*) *cum signaculis* [1] et subscriptionem ».

» 26, 6 « *quia filius minus de falcidia abere non potest* ».

» 30, 19 « cui hereditas per testamentum vel ab intestato competit, intra anno adire debet, et si non adibet, ammisit illa et ipse et heres eius. *Hoc non dicit de filio et nepotibus* ».

» 43, 1 « legatariis *exactio XXX annis* non excludent, quia non est personarum actio, sed in rem, qui et epothecaria dicitur. *De quadraginta inante alia invenisse lege* ». Ni fallor, remittitur lector ad const. 7 Cod. 7, 39.

VII, 28, 1 « res alienas mobiles in dote datas qui accepit, usucapio illi prode est *tres annis* ». Cf. Cod. Iust. 7, 31, 1 § 2.

» 32, 12 « per servum domini utilitas damnari non potest *nec testificari* ».

» 63, 1 « aut conquiescant aut *petant apostolos,* [2] *hoc est litteras ad iudicem,* qui appellationem requiret ». (*Cod. Iust.* « ad provocationis auxilium cucurrerit »).

» 63, 3 « si *intra biennium* apellationis tue rationem non reddideris » (*Cod. Iust.* « intra statutum tempus »). [3]

« qui alienum vendidit *dupplum* reddit, vel si non promisit » (*Cod. Iust.* « non dubitatur, etsi specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actionem »). Cf. infra ad 8, 4, 11 (p. XXXI n. 2).

[1] Cf. Georges, *Ausführl. latein.-deutsches Handwörterbuch* (7te Aufl.), et Dirksen, *Manuale latinitatis fontium iuris cir. Romanorum,* s. « signaculum ».

[2] Cf. S P. 7, 62, 5 « petiit epistolas ad ambulandum propter appellationem ». Verbum *apostholos* in S P. 7, 62, 31 ex ipsa Codicis constitutione sumptum est.

[3] Iustinianus, in const. 5 § 4 Cod. 7, 63, appellationum causas unius anni spatio finiri iubet, nisi aliqua iusta causa exigat, ut

Digitized by Google

VII, 66, 6 « post apellationem si unus mortuus est, heres eius alii quattuor menses *supra biennium* ei augeatur *reddere rationem apellationis* ». [1]

VIII, 4, 11 « intra XXX annos *dupplum reddat* [2] domino » (*Cod. Iust.* « his videlicet, quae super recipienda possessione a nobis disposita sunt, locum habentibus, si non ex die, ex quo possessio detenta est, triginta annorum excesserunt curricula »).

Ceterum, cum perpauca tantum summaria Codicis constitutionibus omni ex parte respondeant, nec editoris munus postulat nec mei propositi est epitomen Perusinam quodammodo reconcinnare, et iuris, nescio romani dicam an barbarici, syntagma ad eam componere, omnia scilicet accurate persequi, in quibus Breviator a iure Iustiniano discesserit. Quamobrem nonnulla ad ius publicum pertinentia tunc investigabo, cum de summariorum aetate quaestio erit, nunc autem id tantum quaeram, sintne in epitome quaedam immutata, ut clericorum honori atque utilitati consuleretur, alia, quae langobardici iuris notionem redoleant.

Quamvis igitur perdifficile sit ea secernere quae Breviator consulto aut inscitia vel negligentia immutaverit, haec tamen animadversione digna videntur. Qui ecclesiae privilegia violaverit in Codice Iustiniano (1, 3, 13) quinque librarum auri condemnatione plectitur, in Summa quinqua-

aliud annale tempus indulgeatur. In Novellis igitur constitutionibus (*Epit. Iuliani* XLIV, 1: LXXXVI; CXIII, 2) *biennium* nonnunquam memoratur, intra quod provocatio experiri debet. Breviator autem, a Novellis modo laudatis vel a const. 13 Cod. 3, 1 in errorem ductus, *biennii vel triennii* spatium indulgendum esse putavit: « intra biennium reddatur ratio apellationis; quot inevitabilis casus impediret, tertius addatur annus » (S P. 7, 63, 5).

[1] Cf. S P. 7, 63, 5; 7, 66, 1.

[2] Cf. Ruffini, *L'actio spolii,* Torino, 1889, p. 136-137.

Digitized by Google

ginta librarum. Item, pro triginta pondo auri condemnatione, *trecenti auri poena* indicta est ei, qui *episcopum pro criminali causa ad iudicium petierit iniuste* (S P. 1, 2, 22). Ea autem, quae contra episcopum a synodo *episcopali loco et nomine detrusum* et nihilominus sacerdotium rursus petentem statuta sunt, ad eum referuntur, qui *episcopum in sacrario suo sedentem conturbaverit* (S P. 1, 2, 14).

Praeterea si *religiosae* personae intestato decesserint, ecclesiae vel monasteria ad successionem vocantur, *propinquis* scilicet exclusis (S P. 1, 2, 20).[1] Nescio autem utrum lex 8 S P. 4, 1 « actoris relatio iuramenti *finis* iudicii est »[2] cum illa Beati Pauli Apostoli sententia conferenda sit « omnis controversiae eorum *finis* ad confirmationem est iuramentum »[3] et utrum lex 8 S P. 1, 5 in medium proferenda sit, in qua haereticorum in quatuor prioribus conciliis universalibus *damnatio* commemoratur.[4] Contra, errore tantum

[1] Contra mirum est, constitutionem 15 Cod. 1, 3 a Breviatore ad episcopum tantum relatam esse.

[2] *Cod. Iust.* « ad similitudinem iudicati in factum actio nascitur ».

[3] *Epistola ad Hebraeos,* 6, 16.

[4] « Qui damnatione quarta sinodarum non senserit, damnationem hereticorum, rebus amissis exilio deportentur *et c.* » Pro *quarta sinodarum* conieci in adnotationibus *quatuor synodorum,* quia *quarta* facile oriri potuit ex IIII: at licet quoque emendare *quartae synodi,* scilicet Chalcedonensis. Ceterum quatuor universalia concilia omnibus notissima erant et diuturna consuetudine coniuncta, immo a Iustiniano quoque memorabantur in Cod. 1, 1, 8 § 19 et in Nov. Constit. CXXXI, 1 (*Ep. Iuliani,* CXIX, 1). Quod ad *damnationes haereticorum* vid. ex. gr. Gregorii Magni Epist. I, 24 « quatuor concilia suscipere et venerari me fateor: Nicaenum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam

Digitized by Google

Breviatoris factum puto, quod pro servorum redemptione statuitur in S P. 7, 4, 6 « testator alienam ancillam libertam fecit et legata dimisit, si domina eius non adquievit, heres pro alterius redemptionem hoc legatum det »: haec enim, quamquam falsa, ab ipsis constitutionis verbis [1] facile deduci poterant.

Quod ad iuris langobardici vestigia pertinet, cum olim Tamassia Rothariani Edicti compositorem multa e Summa Perusina derivasse contenderet, [2] Landsbergius contra suspicatus est, Edictum summariorum auctori haud ignotum fuisse. [3] Tamassia autem, priore sententia reiecta, Summae Perusinae et legibus langobardicis nihil commune esse statuit, praeter locutiones aliquas ad vulgatum primis medii aevi saeculis dicendi genus pertinentes. [4] Et sane qui, exempli gratia, leges Burgundionum vel legem Romanam Raeticam Curiensem inspiciet, haud minorem inveniet huiusmodi

primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychetis Dioscorique pravitas reprobatur... » Cf. etiam Isidori *Originum* l. VI, cap. XVI.

[1] « ... nec deficit hoc debitum... quia possit tempore procedente, ubicumque occasio redimendae ancillae fuerit, praestari libertas. »

[2] *Archivio giuridico,* t. 40, p. 267.

[3] L. l., p. 427.

[4] *Le fonti dell' Editto di Rotari,* Pisa, 1889, p. VIII, n. 1. Niebuhrius, l. l. p. 391, epitomen Perusinam germanicis verbis carere scripsit. Bluhmius autem in adnotatiunculis suis (cf. p. V, n. 3), ad legem 5 S P. 2, 12 « si non spondit de ratiabitione, non illi respondis » scripsit « *Lang. Veron.* », eam scilicet contulisse videtur cum formulis langobardicis, tunc temporis ad solum codicem Veronensem, nunc Parisiensem 9656, editis, in quibus nonnumquam occurrit dictio « non tibi respondeo » vel « non debeo inde respondere » (ad Roth. 227, 228, 361; Grim. 4; Liutpr. 75, 78 *et c.*).

Digitized by Google

locutionum copiam.[1] Nihil autem inveni in Summa Perusina, quod re vera a iure langobardico deductum esse videretur. Hoc tamen animadvertendum est, quod cum in iure

[1] Cf. cum indice nostro indicem in leges Langobardorum (*Monum. Germ. histor.* LL. IV, 665 et seqq.) ad v. *absentare, actor, adpraetiare, amita, angariae, arbitrare, arbitrium, asto, causator, cautio, census, collegantes, conditio, contestatio, excepto, exhereditare, facultas, famis* (« pro ipsa necessitate famis » Liutpr. 149), *filiastra, finita causa, foris, infiscare, ingenium, intentio, iudex, iudicium, iustitiam iudicare* (Ra. 1; S P. 2, 13, 1), *legitima aetas* (S P. 5, 7, 1 « dum ad legitimam etatem venerit »: Liut. 58 « cum in legitima etate venerit »), *legitimus, libellus,* (add. *matrimoniare* Roth. 218, 222), *minare, negotium, obsequium, opinio, penetrare, placitum, potentes, provincia, publicus, pulsare, requirere, resecare, resedere, sacramentum, solacium, substantia, terra, unde, vicini:* item indicem in leges Burgundionum (*Mon. Germ. Histor.*, LL. sectio I, tom. II, p. I) ad v. *actor, amita, apparitor, auctoritas, beneficium, cassare* (?), *causare, cautio, census, commendare, commodare, commodum, commutare, coniunctio, conscribere, delegare, deputare, deputatus, designare, dimittere, discriptio, documentum, dos, examinatio, facultas, falcidia, fustigare, generare, hospes, ingenuitas, ingenuus, inimicus, inquisitio, intentio, interpellare, libertare, linea, maculatus, minare, obnoxius, obsequium, originarius, placitum, populus, praescriptio, praesentare, pravitas, probatoria, proheres, provincia, publicus, refragare, retentatio, sequestrare, sociare, substantia, terra, testare, textus, transitus, vicinus, votum;* indicem denique in legem Romanam Raeticam Curiensem (*Mon. Germ. Hist.*, LL. V, 445 et seqq.) ad v. *actor, ambulare, angaria, arbitrium, beneficium, cannones, capitaneus, carta, causa, causare, causatio, causator, cautio, censuales, census, curia, curialis, dilatare, dimittere, dos, exactor, facultas, falcidia, finire, fiscalis, induciae, ingenuitas, ingenuus, inquirere, intentio, iudex, iudicium, iussio, latinus, libertare, mancipare, mancipatio, linea* (?), *menare, migrare, negocia, originarii, placitus, potentes, potestas, privatus, provincia, publicus, sacramentum, scriba, scriptum, scripturae, sigillare, sportulum, suggerere, uxorare, verbum, vicarius.*

Digitized by Google

Iustiniano, ut omnibus notum est, puberes dicantur mares post decimum quartum annum, feminae autem post duodecimum, Breviator puerum duodecim annorum et puellam quattuordecim annorum [1] curatores accipere dixit (5, 60, 3): item pro « *pupillarem etatem excesserit* » posuit « *et vos super duodecim annis sitis* » (5, 28, 3) et pro « *usque ad pubertatis annos* » scripsit « *duodecim annorum puer* » (6, 17, 2). Id autem, quod ad mares attinet, cum antiquo iure langobardico [2] plane congruit, in quo statutum erat *legitimam aetatem esse, postquam filii duodecem annus habuerint (Roth.* 155). [3]

5. Exemplar codicis Iustiniani, ex quo summaria descripta sunt, non illud fuisse videtur, quod summariorum auctori praesto fuit; nam satis verisimile est, summaria ab archetypo in alia exemplaria Codicis translata vel fortasse una cum Codice descripta esse. De archetypo igitur fere nihil certi coniectari potest; exemplar autem, ex quo Summa Perusina orta est, proxime cognatum fuisse videtur cum archetypis codicum Epitomatorum et Bononiensium. Constitutiones Codici praemissae aut deerant, aut a Breviatore neglectae sunt, aut denique earum summaria propter lacunam perierunt. [4] Deerant constitutiones geminae, quas Krügerius restituit (1, 55,

[1] In 6, 26, 7 pro « *infra pupillarem etatem (filiae)* », summarium habet « *intra decem et septem annis* »; sed fortasse *decem et septem* (XVII) ortum est ex XIIII.

[2] Cf. quae congessit Grimm (*Deutsche Rechtsalterthümer,* p. 414), quibus adde legem Frisionum, *add.* III, 70, et Stat. Venetorum reformata a. 1242, II, 1.

[3] Vid. contra Liutpr. 19. Cf. tamen Liutpr. 117 et 129, expositionem langobardicam, quam vocant, ad Roth. 155 (§ 3-4), et Carolum de Tocco ad Lomb. II, 14, 3 (ed. anni 1537, f. 115ᵛ).

[4] Cf. supra p. IX.

Digitized by Google

11; 5, 61, 1; 8, 36, 4); deerant constitutiones graecae omnes aut fere omnes: plerumque enim tacite praetermissae sunt, numquam autem in Summa memorantur, quin earum mentio in codicibus quoque Epitomatis aut Bononiensibus reperiatur.[1] Quod autem in primo libro Summae nonnullae rubricae omissae, aliae transpositae sunt,[2] id Compositori imputandum est. Titulorum enim 34, 41, 42 et 44, qui graecis constitutionibus constant, rubricas omisit, quarum duo tantum, neque eae suo loco, restitutae sunt. Pari fortasse ratione factum est, ut libri tertii titulus 43, qui et ipse graecas tantum constitutiones continet, titulo 44 postpositus sit. Cum autem singularum constitutionum ordo interdum turbatus sit, errores bis terve libris Codicis communes sunt,[3] plerumque autem Summae compositori tribuendi videntur.[4]

Subscriptiones constitutionum, a Summae compositore plerumque praetermissae, in archetypo minime deerant: earum enim certa exstant vestigia.[5] Inscriptiones fere omnes mutilae erant, ut in omnibus qui exstant codicibus; integrae autem servabantur in libro quarto inde a titulo XXXI; quamobrem coniecit Krügerius,[6] libri quarti titulos poste-

[1] Vid. S P. I, 29: II, 7, 17: III, 2, 2; 9, 1; 44: IV, 20, 1, 13; 21, 16; 24, 1; 33, 1; 59, 1; 65, 34: VI, 48: VII, 45, 15; 51, 5; 62, 35; et confer adnotationes in editione Codicis Krügeriana maiori, congruentibus locis.

[2] Cf. p. XX-XXI.

[3] Vid. S P. 2, 3, 8-9 et 4, 27, 2-3.

[4] Vid. S P. II, 17, 1-2; 21, 3-5: III, 28, 20-22; 34, 13-14; 36, 11-12; 38, 9-11: IV, 20, 15-16; 37, 6-7; 65, 13-14: V, 12, 11; 43, 1-2: VI, 9, 4-5; 23, 10-15; 36, 5-6: VII, 16, 3-4; 19, 2-3: VIII, 11, 2-3; 16, 1-3; 44, 29-31.

[5] Vid. p. XVII, n. 3 et p. XVIII, n. 1. Cf. etiam p. 206, n. 2.

[6] O. l. p. XVI. Cf. supra p. XI. De coniecturis Zachariaei a Lingen-

Digitized by Google

riores in archetypo excidisse, suppletos autem esse e libro Codicis non mutilis inscriptionibus insigni.

In inscriptionibus et subscriptionibus compendia scripturae usurpata erant, quae in libro Perusino nonnumquam false interpretata sunt. Ita in subscriptionibus habemus *Constantino* pro *Constantinopoli* (1, 55, 1), *Marco* pro *Marciano (ibid.)*, *Nicea* vel *Nicena* pro *Nicomediae* (6, 54, 7; 7, 16, 38; 7, 72, 8). In inscriptionibus autem pro *c.* vel *cc.*[1] (*Caesar* vel *Caesares*) invenimus *centum* (1, 18, 5; 2, 43, 3), vel *consul, cons., consuli* (2, 4, 20; 2, 24, 5; 4, 6, 4; 8, 47, 6), vel *comiti* (7, 2, 12): pro *nob. c.* (*nobilissimus Caesar*) habemus *nobies, novies Cesar, novies p c., novies et consul, novies consulibus, novies VIIII, c. VIIII* (2, 3, 15; 3, 12, 1; 3, 28, 16; 4, 35, 8; 6, 9, 7; 7, 16, 6; 7, 71, 3): item pro *Imp. Impp.* librarii scripserunt *imperante* vel *imperantibus*[2] (7, 34, 1; 7, 35, 1-2), et *explicit* pro *exemplum* (7, 16, 40).

thal adeas, sis, ipsum Krügerium (p. XIIII et seqq.), qui eas plene refutavit. Hoc unum addam: quod Zachariaeus quasi libro Perusino proprium adnotavit, inscriptiones Iustinianarum constitutionum pro *Idem A.* plerumque plenum nomen imperatoris prae se ferre, id Bluhmius in aliis quoque Codicis exemplaribus se invenisse testatur. Scripsit enim in adnotatiunculis suis: «merkwürdig dass diés z. Th. auch in and. Hdss. vorkommt: nur nicht in dem Cod. Veron.».

[1] Raro tantum plene scribitur *Cesar, Cesares, Augustus* (2, 4, 4; 3, 11, 1; 3, 12, 1; 3, 28, 24).

[2] Ita enim saepe fortasse scriptum invenerant in instrumentis. Cf. exempli gratia *Neapolitani Archivii monumenta,* passim: Marini, *Papiri diplomatici,* n. 89, 94, 97, 106, 120, 122: Brunetti, *Cod. diplom. toscano,* vol. II, n. 55, 64, 65, 74-78, 83, 89: Troya, *Cod. diplom. longob.,* n. 874: *Cod. diplom. Langobardiae,* n. 96, 97, 109, 129, 157, 160, 162: *Chartarum* tom. I, n. 28, 29, 43, 44, 47, 60 et c. Huiusmodi igitur formulae inde a saeculo sexto in unaquaque Italiae regione usurpatae sunt.

Digitized by Google

Saepissime autem liber Perusinus in falsis lectionibus cum codicibus Epitomatis et Bononiensibus consentit, ut apparebit ex his exemplis sumptis e tribus prioribus Codicis libris, e posterioribus titulis libri quarti, quos ex alio fortasse exemplari suppletos diximus, e constitutionibus denique libri quinti, quae in fragmentis Veronensibus antiquissimis exstant.[1]

Cod. Iust. I, 3, 4 Idem a. (Constantius): *S C M* Constantinus.
» » » 40 Iustinus: *S P L R* Iustinianus.
» » 4, 2 p u.: *S P L C R M* p p.
» » 40, 14 cohortalibus: *S C R* coartalibus, cohartalibus.
» » 46, 4 limitum: *S C R M* militum.
» » 48, 3 Constantio: *S P L C R* Constantino.
» » 55, 8 Caeciliano: *S C R M* Cecilio.
» II, 3, 13 Maximinus: *S P M* Maximianus.
» » » 15 Pactumeio: *omm. S p L C R M.*
» » » 27 Aurelio: *omm. S C.*
» » 4, 25 et Cyrillae: *omm. S p L M.*
» » » 26 Dionysiadae: *S C* Dionisie.
» » 6, 5 Helladio: *S C M* Belladio.
» » » 6 p u.: *S L C M* pp.
» » » 8 Anthemius: *S M* Antoninus, Antonius.
» » 7, 1 Doloni: *S D R* Daloni.
» » » 17 centumquinquaginta: *S C R M* quinquaginta.
» » » 26 Theodoto: *S C R T* Theodoro.
» » 11, 1 Manilio: *S A C R M* Manualio, Magnualio, Munualio.
» » 12, 1 Severo: *S C R* Severus.
» » 18, 16 Gallus: *S P L C R M* Galienus (Gallianus).
» » 26, 3 et Philippus c.: *omm. S P L R M.*

[1] Explicatio notarum, quibus singuli Codicis libri manu scripti indicantur, exstat in editione Krügeriana, p. LX-LXI.

Digitized by Google

Cod. Iust. II, 30, 3 Marthonae: *S C M* Matronae.
» » 31, *rub.* vel divisionem: *S* vel depositionem: *P L* vel depositionem vel divisionem.
» » 42, 4 Livio: *S C R M* Libio.
» » 49, 1 Secundino: *S P L* Secundo.
» III, 12, 5 Albuciano: *S A P L C M R* Luciano (Luciniano).
» » 28, 19 Apollinari: *S R* Apolenari.
» » » 25 Menodoto *S R* Moenedote.
» » 29, 1 Papinianae: *S R* Papianae.
» » » 4 Aristaenetae: *S P L C R M* Aristinae.
» » » 6 Demetrianae: *S M* Dimitriae (Demetriae).
» » 30, 1 Ciliciae: *S C* Sicilie: *M* Cicilie.
» » 31, *rub.* petitione: *S P* repetitione.
» » 33, 17 Idem a: *S P L* Imp. Iustinianus.
» » 37, *rub.* Communi: *S P^b L C R M* De communi.
» » 38, 3 Severae: *S P L C R M* Severo.
» IV, 34, 5 Valerianus: *S R* Valerius.
» » 38, 13 Lolliano: *S D* Iuliano.
» » 43, 2 provincialibus suis: *S P L omm.* suis.
» » 44, 2 Lupo: *S A P^a C* Luppo: *R* Iuppo.
» » 49, 3 Serapodoro: *S C* Serapiodoro.
» » 51, *rub.* et de prohibita: *S R omm.* de.
» » 53, 1 Publiciae: *S C R M* Publice.
» » 61, 6 Florentium: *S C R M* Florum.
» » » 8 Gratianus Valentinianus: *S C R M* Valentinianus Gratianus.
» » 65, 13 Valerianus: *S C R* Valerius.
» » » 23 Prisco: *S M* Briso.
» » » 32 Adamantio: *S C R* Adamantium: *M* ad Damatium.
» V, 28, 3 Gorgiae: *S R* Cordie: *C* Gordie.
» » 33, 2 Imppp. Valent. Theod. et Arcad.: *S C R* Idem aaa.
» » 34, 2 Artemisiae: *S P L* Arthemesiae, Artemesiae.
» » 37, 18 Sotericho: *S C R M* Sotherico.

Digitized by Google

Ceterum haec accuratius persequi ideo supervacaneum duxi, quia ad illustranda Codicis Iustiniani fata exiguam tantum utilitatem habent, ad investigandas autem Summae aetatem atque patriam nihil prorsus conferunt.

6. Summam Perusinam saepius olim descriptam esse, docet, ut diximus, ipsa textus corruptio; et sane non desunt eius vestigia tum in antiquis quibusdam iuris libris tum in actibus forensium causarum.

In libro Vercellensi CXXII,[1] saeculi, ni fallor, decimi exeuntis vel undecimi ineuntis, post Iuliani Epitomen latinam novellarum Iustiniani et appendices, quae in aliis quoque codicibus nonnullis inveniuntur, addita sunt (f. 159ᵛ) quatuor capita numeris insignita DXCIII – DXCVI, quorum duo priora a Summa Perusina (5, 71, 4 et 1),[2] tertium ab Epitome Aegidiana, ultimum denique a collatione legum romanarum et mosaicarum derivata sunt. Desunt haec additamenta in codicibus Berolinensi lat. fol. 269 et Vindobonensi 2160, quos ex eodem ac librum Vercellensem archetypo fluxisse recte iudicavit Mommsenus: quamobrem aut in codice Vercellensi interposita sunt, aut, quod magis placet, in

[1] De hoc libro cf. Bluhmium (*Lex Dei,* Bonn, 1833, p. XXVIII: *Monum. Germ. histor.* LL. IV, p. XXI), Haenelium (*Iuliani Epitome latina novellarum,* p. VII) et Mommsenum (*Collectio librorum iuris anteiustiniani*, III, 110).

[2] « DXCIII. Lex IIII. Constitutio Metridiati. Pupillis vel adultis res suas nec vindi nec donari vel commutari licet nec cum fratre suo ».

« DXCIIII. Lex I. Imp. Antonino a. Muciano. Minor quod absque tutore vel curatore vindedit vel obligavit, dum at legitimam aetatem venerit restituitur illi ».

Cf. *Bullett. dell'ist. di dir. rom.* III, 1891, p. 299-300: Conrat, *Gesch.*, I, 629 (Nachtr. zu S. 130, n. 4).

Digitized by Google

eo exemplari, [1] ex quo liber Vercellensis descriptus est. Ubinam autem illa Summae Perusinae capita Iuliano addita sint, omnino in incerto est. [2]

Inscriptio libri octavi Summae Perusinae et lex 7 tituli quarti eiusdem libri reperiuntur in codice manu scripto bibliothecae Vallicellianae B. 32, scilicet in *lectione legum*, quam integram in appendice dedi (p. 294-296). Liber Vallicellianus, olim Verulanus, litteris langobardicis scriptus est, Verulis [3] fortasse aut certe in meridianis Italiae partibus, nam alibi nullus iam erat langobardicae scripturae usus. [4]

[1] Fuit id exemplar initio et fine mutilum. Deest enim in libro Vercellensi initium indicis capitulorum Iuliani, collatio autem legum mosaicarum et romanarum desinit in 16, 3, 13 (edit. Momms. p. 195). Ad lacunas dissimulandas nonnulla praefixa sunt ad theologiam et iurisprudentiam pertinentia, item in fine (f. 187) quaedam addita sunt praesertim ex Isidori originibus. Perperam autem Haenelius priorem libri Vercellensis quaternionem periisse et in eius locum septem folia interiecta esse dicit.

[2] Liber Vercellensis fuit fortasse Ambrosii cuiusdam iudicis, qui f. 162ᵃ descripsit legem Roth. 153 cum hac adnotatione «Ambrosius iudex hunc legem scrisi in hoc libro». Ambrosius autem, ni fallor, is non est, quem Bluhmius memorat (*Monum. Germ. hist.* l. l.), qui scilicet anno 892 iudex erat et advocatus monasterii S. Ambrosii Mediolanensis: nam additamentum libri Vercellensis saeculo demum undecimo tribuendum videtur. *Ambrosius* autem *qui et Paganus, iudex et missus domni tercii Henrici imperatoris,* memoratur in chartis Mediolanensibus et Bergomatibus ab anno 1086 ad annum 1095 (Lupi, *Cod. diplomat.*, II, 754, 771, 775, 787: Muratori, *Antiq. Ital. M. Ae.,* V, 268. Cf. Ficker, *Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens,* II, 47).

[3] Cf. *Bullett. dell'Istit. di dir. romano,* III, 302-303.

[4] Vid. quae scripsi in *Studi giuridici dedicati e offerti a Francesco Schupfer* (*Storia del diritto,* p. 122-123), et cf. etiam I. Giorgi in *Arch. della R. Soc. Rom. di Storia patria,* XX, 1897, p. 254 n. 1.

Digitized by Google

Ipsam quoque *lectionem legum* in iis Italiae partibus ortam esse, inscriptio docet ab Ecloga Leonis et Constantini, quamvis mendose, translata: vix enim est, ut leges ab imperatoribus iconomachis medio saeculo octavo latas in ceteris Italiae partibus receptas credamus.

Ceterum Summae Perusinae usum nusquam deprehendi, praeterquam in iudiciis Romae decimo saeculo exeunte vel undecimo ineunte habitis, quorum haec sunt testimonia:

A. 996 (Hartmann, *S. Mariae in Via Lata tabularium,* n. 24) « et monstraverunt capitula [*in quibus Iustinianus imperator praecipit: « litigator si se suptraxerit et tertio*] reclamatus (*inclamatus?*) fuerit, contra contumacem d[*at*]um iudicatum firmum est ». Audita ipsa sententia *etc.* ».[1] (Cfr. S P. 7, 43, 8-9).

A. 999 (Regesto di Farfa, n. 437: Hübner, *Gerichtsurk.* n. 1139): « Tunc ait domnus Otto imperator illis omnibus « date michi consilium de hoc quid faciendum sit ». Respondentes iudices dixerunt « secundum legem... quia Iustinianus imperator praecipit « contumacem tertia vice vocatum datum iudicatum firmum est »: item in alio loco idem imperator dixit « litigator si se suptraxerit et tertio acclamatus non apparuerit, inter absentes iudicium datum firmum est. ». His vero duabus sententiis expletis atque affirmatis, placuit domno Ottoni *etc....* neque ipsum brevem ad manum collationis[2] perducere, sicut lex praecipit romana... » (Cfr. S P. 4, 21, 19-20: 7, 43, 8-9).

[1] Quae cursivis litteris expressa et cancellis clausa sunt, ipse supplevi: nam editoris supplementa omnino reicienda sunt. Cf. Patetta, *La Summa Codicis e le questiones falsamente attribuite ad Irnerio,* 1897, p. 63 n. 1.

[2] Cf. *Regesto di Farfa,* n. 658 (a. 1012: Hübner n. 1185) « deinde domnus praefectus praecepit ut venirent aliae charte, in quibus esset ascripta manus nominati iohannis abbatis olim suprascripti monasterii, quas vulgo manus collationis dicimus, et modo videbimus si verae sint aut falsae.... ».

Digitized by Google

A. 1014 (*Regesto di Farfa,* n. 492: Hübner, n. 1200): «... romani et langobardi iudices tam ex iustinianae legis quam et langobardae videlicet capitulis hanc notitiam brevem omnimodo fieri decreverunt... Mox collatis iustinianae et langobardorum capitulis legis, talem inde adversus crescentium dederunt sententiam: si quis vocatus est ad iudicium et ille per suam superbiam venire noluerit, et iudex bene scrutatus fuerit causam et iudicaverit absente illo, hoc quod iudicatum est adimpleat, nec provocari audeat. Contumace tertia vice vocato, datum iudicatum firmum est. Et cum tantam auctoritatem legum pontifex audisset,... secundum supradictam constitutionem... propter iudicialis libri sententiam *etc.*» (Cfr. S P. 7, 43, 8-9).

En igitur barbara ineptissimi hominis Summa *legis Romanae, legis Iustinianae* vel *libri iudicialis* nominibus appellata, atque genuini codicis Iustiniani loco in iudiciis observata. Quamobrem, cum in quadam formula, Othonis III temporibus vulgo ascripta, imperator iudicibus suis imperet, ut *secundum librum Codicum Romam et Leonianam orbemque universum* iudicent, Conrati coniectura fortasse probabitur putantis haec non ad Codicem Iustinianum sed ad Summam Perusinam referenda esse: nisi quis forte opinabitur, formulam illam rhetoris cuiusdam inanem exercitationem esse, posterioribus temporibus vindicandam.[1] Sane quidem genuini Codicis usus vertente saeculo undecimo Romae iterum invaluit, ut patet ex chartarum testimoniis.[2]

[1] Cf. Patetta, *Delle opere recentemente attribuite ad Irnerio* (*Bullett. dell'Istit. di dir. rom.* VIII, 1895), p. 72, n. 1.

[2] A. 1060 (*Regesto di Farfa* n. 906: Ficker, *Urkunden,* n. 67: Hübner, n. 1404) « Hoc audito dominus papa quaesivit consilium a iudicibus quid super hac re fieri deberet. Qui omnes consona voce dixerunt capitulum libri codicis Iustiniani ita dicentis: Eius, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus

Digitized by Google

7. Patriam Summae Perusinae in iis regionibus quaerendam esse, quae Graecorum subditae essent imperio,[1] ea praesertim docebunt, quae de vestigiis iuris publici romani in Summa conspicuis infra disseram.

Ex auctoritate autem, quam Summa apud Romanos iudices obtinuit, satis probabiliter coniectare licet, eam Romae, vel saltem in regione Romana, originem sumpsisse; quod et de ipsis antiquis summariis dictum velim.[2] Nam mihi quidem minime probantur argumenta, quibus Summam Ravennae ortam ostendere conatus est Tamassia.[3] Eam enim e graeco in latinum sermonem versam esse iam denegavi: verbum

esset, condemnatus, negotium prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest (*Cod. Iust.* 7, 65, 1).... « secundum tenorem legis dicentis: Acta quae sunt translata in publicis monumentis perpetuam volumus habere firmitatem, nec etiam morte cognitoris perire publica fides (*Cod. Iust.* 7, 52, 6) »: a. 1072 (*Reg. di Farfa*, n. 1006: Hübner, n. 1443) « haec enim divus iustinianus perpendens, oportuna imperiali sanctione corroborans ait: Gesta, quae sunt translata in publica monumenta, perpetuam volumus habere firmitatem. Nec enim morte cognitoris perire debet publica fides (*Cod. Iust.* 7, 52, 6) ».

[1] Cf. Conrat, o. l., I, 186.

[2] Romae vel Romanorum mentionem a Codice Iustiniano receptam vel a Breviatore inductam invenimus in his locis: 1, 3, 11 « si Romanus Christianus de captivitate reversus fuerit » (*Cod. Iust.* « Romanos captivos »): 5, 33, 1 « in urbe ad filios inlustres ordinando tutore et curatore prefecti urbis interest »: 5, 66, 1 « in Roma » (*Cod. Iust.* « Romae »): 6, 23, 18 « in urbe Roma testamentum aput censuales reserentur » (*Cod. Iust.* « in hac urbe » scil. Constantinopoli): 7, 62, 19 « his, qui apellationem non suscepit, cum gravi infamio in urbe denuncietur » (*Cod. Iust.* « ad nos referri necesse est »): 8, 42, 8 « usuras, sicut in urbe, et in alio loco exigitur » (*Cod. Iust.* « usuras, quae quotannis in urbe numerandae sunt, promittere alio loco dependi.... exempli ratio minime sinit »).

[3] *Archivio giuridico*, 40, p. 266-267.

Digitized by Google

autem *causidicus* non eo, quo apud Ravennates, sensu usurpatur, sed potius quemadmodum in lege Baiuwariorum et in aliis aliarum regionum monumentis:[1] usus denique verbi *scholasticus,* quod apud antiquos quoque scriptores et in Codicibus Theodosiano et Iustiniano invenitur,[2] non est tanti momenti, ut ravennatem Summae originem demonstret. Ceterum in chartis ravennatibus non Summae sed genuini Codicis usus deprehenditur.[3]

Quod autem in 1, 28, 4 summarium Illyrici mentionem faciat, quamvis de illa regione sileat genuina constitutio, mirum non est;[4] nam Breviator hic, ut alibi, inscriptionis rationem habuit, et ideo quae *Iohanni magistro militum per Illyricum* mandabantur, ad milites Illyrici retulit. Contra

[1] Cf. indicem s. « causaticus »; *legem Baiuw.* XVII, 3 (*Monum. Germ. histor.* LL. III, 326 lin. 24 et 51; cf. 351 lin. 20, 438 lin. 6 et 36); Du Cange, *Glossarium* s. « causidicus ».

[2] Cf. Georges, Dirksen et Brissonium ad h. v.: Hartmann, *Byzantinische Verwaltung in Italien,* 1889, p. 32: Diehl, *Administration byzantine,* 1888, p. 182. Vid. etiam *Librum Pontificalem* ed. Duchesne, I, 330 et 359. Chartis ravennatibus a Tamassia laudatis adde Ficker, *Urkunden* n. 52 (a. 1032). Breviator, ni fallor, bis tantum usus est verbo *scholasticus.* Cf. indicem ad h. v.

[3] Cf. Conrat, o. l., I, 54, n. 5. Adde Fantuzzi, *Monumenti Ravennati,* III, n. 6 (a. 997) « legum etiam confirmat auctoritas et Divorum Augustorum sic precipiunt sanctiones, ut ea qui traduntur ad husum capionis possideant plus legem teneat vigore.... [*lacuna*] illa que nudis pactis transferuntur quasi simulata conci.... [*lacuna*] ». (Cf. *Cod. Iust.* 2, 3, 20 « traditionibus et usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur »: 4, 22, *rub.* « plus valere quod agitur quam quod simulate concipitur »).

[4] Cf. Conrat, o. l., I, 186, n. 5. In lege 9 S P. 1, 39, a Conrato laudata, verbum « *Illirici* » non summario sed inscriptioni iungendum est.

Digitized by Google

in 1, 39, 15 et 2, 7, 7, 9 Illyrici mentio et ab inscriptionibus et a summariis plane exsulavit.

8. Ex eo, quod de Summae compositione certis vidimus indiciis constare, duplex oritur quaestio, de aetate scilicet compositionis et de aetate summariorum, quae in Summam transierunt. Et primum quidem si ea perpendimus quae de libro ms. Perusino et de eius archetypo, quaeque de indice titulorum Summae praefixo adnotavimus, facile nobis persuasum habebimus, aetatem compositionis ante finem saeculi noni vel saltem in ipsis saeculi decimi primordiis quaerendam esse. Verisimile autem videtur Summam a Romanis iudicibus post medium saeculum nonum receptam esse, scilicet postquam imperator Lotharius, si qua tamen eius funebri laudationi [1] fides habenda est, genuinas leges Romanas *Romanis reddere causis studuerat,* itemque post tempora summorum pontificum Nicolai I et Johannis VIII, qui non semel [2] Codice Justiniano usi sunt.

Maioris momenti est nunc instituenda quaestio de aetate summariorum, quae fere omnia uni Breviatori tribuenda iam diximus.

Summariorum usum apud latinos iurisconsultos [3] anti-

[1] De Rossi, *Inscriptiones christianae urbis Romae saeculo septimo antiquiores,* II, 1, 1888, p. 302, n. 2. Cf. Patetta, *Delle opere recentemente attribuite ad Irnerio,* l. l., p. 70.

[2] Cf. Conrat, *Geschichte,* I, p. 16 et seqq.

[3] Latinorum summariis respondent Byzantinorum iurisconsultorum *indices,* quos verisimile est libris Iustinianis et praesertim Codici ascriptos esse, antequam in Breviaria coalescerent. (Cf. Zachariae von Lingenthal, *ueb. die griech. Bearbeitungen des Iust. Codex,* in *Zeits. für Rechtsgesch.,* X, 1872, p. 64). Cum graecis Breviariis et cum Summa Perusina conferendae sunt antiquae legis Romanae Wisigothorum epitomae, et praesertim illa, quae Epitome Monachi

Digitized by Google

quum fuisse, summaria docent Codicis Theodosiani ex libro Vaticano primum ab Haenelio, deinde a Manentio edita, *quae summam cuiusque constitutionis breviter exponunt vel digerunt.*[1] Eiusdem naturae sunt antiquissima summaria sive *lemmata* constitutionum a Juliano epitomatarum,[2] quemadmodum et inscriptiones quarundam constitutionum Authentici, quas tamen verisimile est una cum ipsis constitutionibus e graeco in latinum sermonem versas esse.[3] In Juliani epitomen exstant quoque summaria recentiora,[4] quae cum summariis Perusinis arctissimis analogiae et fere dixerim cognationis vinculis iunguntur,[5] pariterque in regione Romana orta videntur: item supersunt inter glossas medii aevi quaedam Codicis constitutionum summaria, quorum

dicitur, cuius consilium ab ipso auctore his verbis patefactum est: « volumus etiam omnia capitula legis huius integra admonitione contexere, ut si qua aliqua requirenda sunt, absque mora de hoc Breviario nostro possis in auctorem volumen transire ». (*Lex Rom. Wisigoth.,* ed. Haenel, p. 3).

[1] Manentius, o. l., p. 7. Cf. etiam summaria e codice ms. Parisiensi lat. 12445 edita apud I. Flach, o. l., p. 153 et seqq.

[2] Cf. Conrat, *Geschichte,* I, p. 125 et seqq.

[3] Cf. Conrat, o. l., I, p. 134.

[4] *Summaria capitum codicibus Vindobonensi et Haenelii I adscripta* ab Haenelio edita sunt in *Iuliani Epitome latina novellarum Iustiniani,* p. 208-217. Eorum nonnulla exstant etiam in codice Vercellensi iam laudato (Conrat, o. l., I, 202, n. 4). Codex Vindobonensis, Vercellensi proxime cognatus, per diversas, ut videtur, bibliothecas nobis ignotas migravit, antequam Salisburgi primum et deinde Vindobonae quiesceret (*Iuliani Epitome,* p. VI). Codex Haenelii, nunc Lipsiensis 3503, olim monasterii S. Mariae de Casamari, e Romana S. Crucis bibliotheca furto ablatus est; quod inanibus et futilissimis argumentis frustra denegavit Haenelius, o. l., p. XI.

[5] Cf. Conrat, o. l., I, 202-203).

Digitized by Google

specimina et inter glossas Pistorienses a Chiappellio editas [1] et in Appendice huic meae editioni subiecta reperies. Usus igitur summariorum nullum praebet indicium ad aetatem Breviatoris investigandam: quamobrem ipsa summaria diligentius consideranda sunt. In his autem perpauca [2] tantum, quae magis adnotationum naturam habent, ita concepta sunt, ut Iustiniani temporibus tribui possint; pleraque contra tantam ostendunt et iurisprudentiae et latinitatis corruptelam, ut saeculo septimo antiquiora esse nequeant. E converso ne ultra medium saeculum octavum procedamus, reliquiae suadent iuris publici romani in Summa conspicuae, quae viros doctos latuerunt, qui hucusque Italiae Byzantinae administrationem perscrutati sunt, sed in tanta monumentorum synchronorum, quos vocant, penuria, haud parvi faciendae sunt.

Et primum quidem, cum nonnulli scriptores, Hegelii sententias in maius celebrantes, curias ante medium saeculum septimum penitus defecisse putent,[3] eas Breviatoris tempore, quamvis corruptas, exstitisse plurima summaria docent.

Breviator pro *decurionatus* vel *decuriones* scripsit fere semper *curia* vel *curiales.*[4] Decurionum enim nomen iam

[1] *La glossa Pistoiese al Codice Giustinianeo,* Torino, 1885 (*Memorie della R. Accad. delle Scienze,* S. II, t. XXXVII).

[2] Vid. ex. gr. S P. I, 26 (27), 1 « ordinationem facit Iustinianus a. in Africa »: I, 31, 1 « ordinatio officii magistri officiorum ».

[3] Vid. ex. gr. Hartmann, o. l., p. 47 (« in der ersten Hälfte des 7. Jahrhunderts ist, wie Hegel nachgewiesen hat, die Curie völlig verschwunden): Solmi, *Le associazioni in Italia avanti le origini del comune,* 1898, p. 26 (« già nella prima parte del secolo vii la curia può dirsi pienamente scomparsa »). Cf. Diehl, o. l., p. 108: Hegel, *Storia della costituz. dei municipii italiani,* 1861, p. 198 et seqq.

[4] S P. I, 54, 2, 5: II, 7, 2; 11, 3, 5: IV, 13, 3: VII, 9, 3; 62, 7; 64, 3, 8 (cf. 4); 66, 4 *etc.* Decurionum mentio servata est in

Digitized by Google

longe antea ab usu fere remotum erat.[1] Curiales *administrare* dicuntur, quod tamen verbum Breviatori sollemne est.[2] Eorum autem officium in tributorum exactione praecipue, ut iam antea,[3] versabatur.[4] Id patet ex nonnullis

1, 2, 12 et 3, 23, 1. In S P. 1, 2, 12 (« curialis si clericus factus fuerit, ad curia revertetur: decurio clericus fieri non vetatur ») *curialis decurioni* opponi videtur, sed fortasse pro *vetatur* legendum est *vetabatur* (*Cod. Iust.* « ulterius legem prodesse non patimur, quae... decuriones clericos esse non vetabat »). Constitutionis autem 1 Cod. Iust. 3, 23 duo exstant summaria (S P. 3, 23, 1-2), quorum unum servat verbum *decurio,* alterum, quod solum fortasse Breviatori tribuendum est, habet contra « *curialis* ». Verbis *curia* et *curiales* plerumque procul dubio usus est Breviator ad decurionum ordinem significandum (cf. etiam 7, 71, 5 *honorem curiae:* Cod. Iust. *honorem municipalem*): tamen *curia* pro *tribunali* fortasse accipitur in S P. 4, 1, 12 « si longius est qui iuret, aput *curiam* loci iuret »: nam Codex Iustinianus pro « *aput curiam* » habet « *sub actorum testificatione* », verbum autem *acta* a Breviatore ad iudicia relatum esse videtur. Cf. enim S P. 7, 16, 24 « in iudicio » (*Cod. Iust.* « apud acta »): 7, 62, 6 « illi cui deferet acta et iudicatum » (*Cod. Iust.* « apud eum qui de appellatione cognoscit »): 7, 62, 13 « litigator quovis modo apellaverit, iudicatum et acta ad comitatum perducat » (*Cod. Iust.* « gesta ad c. omnia dirigantur »): 7, 62, 24 « intra triginta dies post iudicato accipiat acta » (*Cod. Iust.* « gesta una cum relatione litigatoribus convenit praestari »).

[1] Cf. Marini, *Papiri diplomatici,* p. 286, n. 25: Savigny, *Geschichte des röm. Rechts im M A.* (2te Ausg.), I, p. 40-41 n. *a*: Mommsen, *Ostgothische Studien* (*N. Archiv der Gesells. f. ält. d. Geschichtskunde,* XIV, 1889, p. 494).

[2] Cf. indicem s. « administrare ». Adde 1, 5, 7 « curialis quacumque religione sit administret publico »: 3, 23, 2 « curialis si se societ in alia terra, iudex eum revocat in suo loco, ut administret ». Cf. etiam S P. 2, 53, 3 « curialis *pro occupatione publica* moratus debitum reddere, usuras illi non reputetur ».

[3] Cf. Mommsen, l. l.,: Haegel, o. l., p. 82 et seqq., 96 et seqq.

[4] Hinc fortasse illustratur etiam lex S P. 1, 9, 8 « ut Iudei cu-

Digitized by Google

summariis, in quibus Codicis constitutiones a Breviatore male intellectae et ad tributorum exactionem curialibus demandatam relatae sunt:

SP. 4, 46, 2 « pro tributo rem tuam curiali vendidisti iusto pretio, repeti non potest ». [1] (*Cod. Iust.* « si deserta praedia.... ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta.... comparasti.... »).

» 4, 61, 10 « *curiales* pro exigendam canonem vel alia utilitatem *solacia* detur ». [2] (*Cod. Iust.* « vectigalia, quaecumque quaelibet civitates sibi ac suis *curiis* ad angustiarum suarum *solacia* quaesierunt.... firma his atque ad habendum perpetua manere praecipimus »).

» 5, 71, 13 « curialis propter censum [3] rem alienam sine (*ms.* sive)

riales sint inter eos » id est tributa a suis popularibus exigant. De curialibus legis Romanae Raeticae Curiensis, *qui fiscum aut publicum actum exigunt,* cf. Savigny, *Geschichte,* I, 451 et seqq.: Hegel, o. l., p. 203: Zeumer, in *Zeits. der Savigny-Stift. f. Rechtsgesch.,* Germ. Abth., XI, p. 19: Brunner, *Deutsche Rechtsgeschichte,* II, 1892, p. 199: Schupfer, *Il testamento di Tello,* 1889, p. 57 et seqq.: Zanetti, *La legge Romana Retica-Coirese o Udinese,* 1900, p. 110.

[1] Cf. S P. 4, 46, 3 « legitima etate pro tributo res suam (!) iusto pretio exactori vendedit, valet ». Ut in superiore lege *curialis,* ita hic *exactoris* mentio a Breviatore addita est.

[2] Hac lege, ni fallor, minime cavetur, ut curiales pro tributorum exactione et aliis sui muneris negotiis (cf. indicem s. *utilitas*) sportulas percipere possint: *solacium* enim a Breviatore non eo accipitur sensu, quo exempli gratia in rubrica cap. 291 Epitomes Iuliani « de solaciis iudicum », vel in cap. 532 eiusdem libri « quintam decimam videlicet partem pro solatio sibi retinentes » (cf. ex. gr. Felicis IV epist. II in *Bullar. Rom., App.,* I, 1, p. 469); sed contra pro *auxilium* vel *patrocinium* usurpatur. Cf. indicem s. *solacium.*

[3] Breviator pro *vectigalia* posuit fere semper *census* (4, 61, 1, 4, 6, 7, 12: 4, 62, 1-3), vel *canon* (4, 61, 5, 10). Item *census* inve-

Digitized by Google

iudici auctoritate vendere non licet ». (*Cod. Iust.* « etiam vectigale vel patrimoniale sive emphyteuticum praedium sine decreto praesidis distrahi non licet »).

SP. 5, 71, 14 « curiales res minorum sine decreto vendidit, si non constat debitus, cum fructibus restituatur » (*Cod. Iust.* « .... doli mali exceptionem oppone, pretium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cum usuris, quae fisco deberentur, pupilli non offerentes fundos provinciales citra decretum praesidis venumdatos cum fructibus petant »).

Ad tributorum exactionem referendam puto etiam legem 3 SP. 3, 11, qua, ni fallor, summariorum quoque insignis antiquitas comprobatur: « Si a delegatore datus (*datur?*) pitatius exigitur, quia administrat ». Equidem dormitabat Breviator cum haec scriberet, nam Codicis constitutio prorsus aliena continet:[1] at nihilominus maximi momenti est delegatoris et pittacii ab eo emissi mentio.

Delegatorum, qui Theuderici regis temporibus sortes, quas vocant, barbaricas Gothis *per pittacium deputabant*, mentio est apud Cassiodorum.[2] Item delegatorum, qui ro-

nitur pro *tributa* in SP. 4, 47, 1 et *canon* pro « *tributariae functionis* » in 7, 65, 4. Censualis professio recte intellecta est in 8, 53, 7: contra in 8, 14, 1 pro « *eorum qui censentur* » Breviator perperam posuit *censitoribus*. In 1, 2, 1 pro « *et vos et mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit* » exstat in Summa barbarum illud et corruptum « *clericus salariis cunariis salvari* ».

[1] « Sive pars sive integra dilatio fuerit data, eo usque iudicis officium conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula ». Pro *dilatio* Breviator, ut videtur, legit *delegatio*.

[2] *Var.* I, 18 « si Romani praedium... sine delegatoris cuiusquam pittacio praesumptor barbarus occupavit, eum priori domino

Digitized by Google

manis exercitibus comitabantur, officium novella Iustiniani CXXX explanatur.[1] Sed ad Breviatoris sententiam illustrandam magis confert Edicti Theuderici regis capitulum 126, quod ex deperdita Codicis Theodosiani constitutione pendere videtur, ut monuit Bluhmius: « nullus post haec *curialium* sive tabulariorum aut susceptorum in ecclesia residens *pictacia delegationis*[2] emittat; sed si quem fisco debitorem novit exponat eum extra ecclesiam constitutus, aut certe deleget, facturus cum eo, qui se debitorem negaverit, publice rationem ».

Ad exactionem quod attinet, hoc etiam memorandum videtur, pro *palatini* Breviatorem in 4, 44, 18 posuisse « *qui in exactione publica sunt* ». Equidem *palatini exactores* in Codice Iustiniano memorantur, et *palatinae exactionis enormitas* in Novellis Valentiniani III Constitutionibus damnatur.[3]

Curiales, ad quos tandem redeundum est, in SP. 5, 33, 1, aut quia talis consuetudo inoleverat, aut, quod magis placet, errore Breviatoris, deficientibus propinquis pupillorum

submota dilatione restituat ». Cf. *Var.* III, 35 « quicquid ex nostra ordinatione patricium Liberium tibi matrique tuae per pictacium constiterit deputasse... » De Liberio cf. *Var.* II, 16 et Ennodii, *Epist.*, IX, 23.

[1] « κελεύομεν τοίνυν, ὁσάκις πάροδος γένηται τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τε καί στρατευμάτων, delegatoras συνιείναι αὐτοῖς τοὺς τὴν φροντίδα ποιουμένους τῆς αυτῶν ἀποτροφῆς κ. τ. λ. » Cf. *Auth.* CXVIII: *Epit. Iuliani* CXXIII. Quod ad metatores, cf. S P. 2, 7, 20 « domus eius ab ospites excusetur »: *Cod. Iust.* « nec aediculas eorum *metatorum* onere molestari... ».

[2] Cf. Dirksen et Georges, s. *delegatio*: Hartmann, p. 93.

[3] *Cod. Iust.* 12, 60, 1: *Nov.* Valentiniani III, 7, 1 (ed. Haenel, p. 147). Cf. praesertim Hartmann, p. 77-78 et 95.

Digitized by Google

tutelam suscipere iubentur;[1] et contra in 2, 7, 2 et 3 cavetur ne *patroni causarum* sint vel *advocati.*[2]

Magistratuum municipalium memoria iam obliterata erat: ubi enim in Codice Iustiniano de iis sermo est, Breviator posuit plerumque *curia* vel *curiales*[3] et in 6, 9, 8 pro « *apud duumviros* » scripsit « *quoram duo testes* ».[4]

Defensores quoque civitatum fortasse defecerant, quamquam eorum nomen in titulo 54 (55) libri primi a Codice Iustiniano saepe receptum est.[5] Breviator enim in 1, 3, 16 et 7, 40, 2 pro *defensore* posuit *curialis* vel *curia;*[6] praeterea in 3, 1, 15 pro « *apud defensores locorum vel duumviros municipales* » scripsit « *aput municipes* »; verbum au-

[1] « In provinciis curiales suscipiant tutela, si non sunt propinqui ». Memoratu digna est etiam lex 20 S P. 1, 3 « si freneticus (*l.* frenetici filius) ad nuptias venerit, curator pro eo non spondeat, set ante curatorem et aepiscopum vel curialem et (*del.* ?) parentes ipsi spondeant ». In Codice Iustiniano nulla est curialium mentio, sed contra urbis praefectus et provinciarum praesides memorantur.

[2] Quod ad advocatos attinet cf. etiam leges 6 et 9 S P. 2, 7, quae Codicis constitutionibus minime respondent.

[3] S P. V, 32, 1 (apud ordinem curie); 34, 5, 6; 46, 1; 75, 1, 3, 5: VII, 1, 4; 16, 28. Magistratus et defensores cito defecisse iam Savignio probatum est, o. l., I, 375, 392. Cf. Hartmann, p. 46; Diehl, p. 110.

[4] Cf. S P. 7, 40, 2 « ut subscribant tres viri » (*Cod. Iust.* « cum trium testium subscriptione »).

[5] Pro *defensor civitatis* habemus nonnumquam plurali numero *defensores civitatis* (1, 54, 2, 6: cf. 5), quod fortasse librariis imputandum est. Cf. tamen Mommsen, o. l., p. 495, n. 5. In 1, 54, 3 « decet deiectis personis defensores solis solacia prestare » legendum videtur *defensores soli* (Cod. Iust. *defensoris locorum*).

[6] Cf. etiam summarium Epit. Iuliani 253, ubi est *curia* pro « *defensorem civitatis* ».

Digitized by Google

tem *municipes* eodem sensu usurpatum videtur, quo *curiales,* [1] nam in 7, 9, 3 pro « *municipum libertus* » Summa Perusina habet « *libertus si patrono suo curiali,* etc. ».

Magni momenti sunt etiam ea, quae ad *iudices* et ad provinciarum administrationem pertinent.

Verbum *iudex* (*i. publicus, i. provinciae*) a Breviatore saepissime usurpatur, cum in Codice Iustiniano sermo est de *praesidibus* [2] vel *rectoribus* [3] aut *moderatoribus* [4] provinciarum. Semel etiam *iudex provinciae* memoratur, ubi Codex habet « *procurator noster* », scilicet imperatoris (3, 34, 7). Contra verbum *rectores* bis quoque positum est pro *iudices* scilicet in 1, 26, 3 et 1, 39, 3. Rectores vero sive iudices provinciarum a praefecto *ordinabantur;* populares autem *electiones,* quarum procul dubio non deerant exempla, omnino damnantur. [5] Ex his omnibus patet iudices provinciarum

[1] Ceterum cf. Brissonium, Dirksen et Georges ad h. v.

[2] S P. I, 3, 21; 49, 1: II, 11, 19; 42, 4: III, 3, 2; 22, 1 (cf. 32, 17 et 36, 7): V, 34, 5; 49, 1; 50, 1; 70, 2; 71, 3, 5, 12, 13, 16; 72, 1: VII, 4, 11, 15; 40, 2; 43, 5; 45, 6, 7; 53, 3, 4, 9; 57, 6 (iudex si in pariete ponat scriptum: *Cod. Iust.* programma si quod a praeside propositum est); 62, 1; 64, 5 (i. provinciae): VIII, 1, 2; 13, 3, 11; 47, 4 (i. publicus). In S P. 1, 39, 1, 2, 4 Breviator pro *praeses* posuit *rector* vel *rector provinciae;* in 1, 50, 2, fortasse ab inscriptione in errorem ductus, scripsit *prefecto.* Praesidis nomen a Codice Iustiniano in paucas tantum Summae leges transiit, inter quas eae memorabiles sunt, quae de provocatione agunt a praeside *ad maiorem iudicem* lata (SP. 3, 1, 15: 3, 8, 1), scilicet, ut videtur, ad praefectum (cf. 1, 26, 3).

[3] S P. I, 2, 28: II, 13, 1: VII, 14, 5; 57, 2.

[4] S P. I, 39, 17: III, 3, 5 (i. provincie). Cf. I, 2, 30 et I, 52, 1 (*Cod. Iust.* provincias moderantibus). Moderatoris mentio e Codice in Summam recepta est ex. gr. in I, 39, 9, 11, 15; 50, 10: III, 25, 1.

[5] S P. 1, 26, 3 « Prefectus si in provincias rectores ordinaverit et male egeri(n)t, liceat in eis vindicare »: 3, 13, 3 « electio pu-

Digitized by Google

Breviatoris temporibus nondum defecisse:[1] minime autem constat eos pro militum ducibus habendos esse.[2]

In SP. 8, 47, 4 praeses provinciae *iudex publicus* appellatur. *Iudices* autem *publici* in Summa non semel memo-

pilli (*l.* populi) iudices non facit » (*Cod. Iust.* privatorum consensus iudicem non facit...). De motibus popularibus et seditionibus Byzantinorum temporibus ortis cf. ex. gr. Diehl, *o. l.*, p. 340 seqq., 357 seqq.

[1] *Vicarius iudicis* memoratur in S P. 1, 49, 1 (*Cod. Iust.* qui vice praesidis provinciae administrat); item *cancellarius* in 1, 52, 1 « nec cancellario nec domestico nec consiliariis » (*Cod. Iust.*, consentientibus *Basil.* 6, 3, 51 « domesticos et consiliarios ». Cf. Mommsen, o. l., p. 480). De consiliariis cf. etiam S P. 1, 50, 1 et 12 (« iudici liceat sibi facere consiliarium, *et si male agit multet illum* ». Cursivis litteris expressa a Breviatore addita sunt).

[2] Minime refragatur lex 1 S P. 1, 26 (27) « per singulas scrinias ordinationem annonarum et capitus prefecto Africae et ducibus et exercitui eius » (*Cod. Iust.* 1, 27, 1 § 43 « haec igitur quae pro disponendis civilibus iudicibus Africae eorumque officiis... statuimus, tua magnitudo (*scil.* pp. Africae)... ... effectui mancipari observarique procuret... Nam Deo iuvante de militaribus iudicibus et de officiis eorum et de alio nostro exercitu per aliam sanctionem statuimus »). In S P. 3, 8, 4 *iudex civilis* is dicitur, qui *civilem causam* cognoscit: in 3, 13, 5 *iudex* (*militaris*) est pro « *tribuni* (*militum*) *sive vicarii* »; in 7, 48, 2 *bellator iudex* pro *militaris iudex*. In lege 1 S P. 1, 44 « comes in causa privata non se misceat » comitis mentio ab inscriptione sumpta est « comitibus et magistris utriusque militiae » (*Cod. Iust.* « numquam omnino in negotiis privatorum vel tuitio militaris vel exsecutio tribuatur »). Memorabilis est etiam lex 3 S P. 1, 28 (29) « tributiorum causas iudex militum non exerceat, sed cui commissum est » (*Cod. Iust.* « eos, qui ultra statutos in officio magisteriae per Orientem potestatis militant, civilium quoque iudicum sententiis super quolibet negotio subiacere: ipsis quin etiam statutis in tributariis collationibus civilium quoque iudicum dispositionibus parituris »). Cf. Diehl, p. 138-140: Hartmann, p. 43-44 (« im Jahre 680... hatten aber jedenfalls die Civilstatt-

Digitized by Google

rantur et *iudicibus privatis* opponuntur, quemadmodum *publicum iudicium* opponitur *privato.* [1] *Privati iudices,* ut patet, ni fallor, ex SP. 2, 58, 2 et 3, 12, 6, [2] ii sunt, quos Breviator, plerumque improprie, etiam *arbitros* appellat, scilicet *iudices pedanei, compromissarii* et *extraordinarii.* [3] Refra-

halter schon zu existeren aufgehört. Die letzten Erwähnungen von Civilstatthaltern, die sich in nachgregorischer Zeit in von römischen Päpsten ausgehenden Schreiben vorfinden, fallen vor das Jahr 638 »).

[1] Cf. indicem s. *iudex, iudicium.* De *iudicibus privatis* legis Romanae Raet. Curiensis cf. Schupfer, *nuovi studi sulla legge romana Udinese,* 1882, p 33; *della legge rom. Udin.,* 1888, p. 32 et seqq.; *il testamento di Tello,* 1889, p. 7 et seqq.; Zeumer, in praef. editionis suae, p. 299: Brunner, *d. Rechtsgesch.,* II, 286, 307: Zanetti, o. l., p. 105. Vid. etiam Salvioli, *le giurisdizioni speciali,* I, 1884, p. 64, 160: II, 1889, p. 181.

[2] S P. 2, 58, 2 « ubi sine principalia sacramenta causa agi non potest apud privatos » (*Cod. Iust.* « omnes iudices licet ex compromisso cognoscant »): 3, 12, 6 « in omnes dies feriatos nichil a iudicibus fieri iniungantur a privatis (*l.* iniungatur privatis); quod factum fuerit, irritum sit » (*Cod. Iust.* « ut ne apud ipsos arbitros vel a iudicibus *flagitatos* vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgorum »). *Iudicis publici vel privati* mentio in S P. 7, 45, 14 orta est ex male intellectis verbis « non competens iudex... cuius enim in agendo observavit *arbitrium* ». Item in 5, 71, 18 verba « *in publico vel privato iudicio* » originem habuerunt ex falsa interpretatione verborum « si... debitis dumtaxat *fiscalibus* ingruentibus vel ex *privatis* contractibus reperiuntur obnoxii ». Hoc autem animadvertendum est, quod in lege Romana Raetica Curiensi *publici iudices* etiam *fiscales* dicuntur (I, 8 « omnes iudices, aut fescales sint aut privati »: cf. XII, 2, 3 « iudices publicos, qui fescales causas iudicant vel exigunt »).

[3] S P. 3, 3, 3 « deputatos arbitros » (*Cod. Iust.* « iudicibus si quos gravitas tua disceptatores dederit »); 3, 3, 4 « arbitres deputati » (*Cod. Iust.* « pedanei iudices »): 3, 3, 5 « arbitres liceat deputari » (*Cod. Iust.* « pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora

Digitized by Google

gari videtur lex 3 SP. 2, 46 « de minorum restitutionum omnes iudices publicos vel privatos audiri liceat »: nam genuina constitutio *compromissarios iudices vel arbitros ex communi sententia electos vel eos qui dantur a iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem,* a restitutionum causis omnino repellit. Ni autem fallor, dicendum est summarium et genuinam constitutionem inter se pugnare, quia Breviator fortasse primam tantum constitutionis partem perspexit, in qua iudex, cui aliqua iurisdictio est, *pedaneo* opponitur. Ceterum iudex pedaneus *privatus* dicitur etiam in summario cap. 291 Epitomes Iuliani « privatus iudex si causam audit supra centum solidos, quaternos solidos accipiat »; quod summarium ideo maiore animadversione dignum est, quia in Epitome Iuliani nulla est pedanei mentio, at re vera de eo agitur, ut patet ex graeca constitutione et ex Authentico.[1]

Quod ad *arbitrorum* sive *iudicum privatorum* iurisdictionem attinet, Breviator statuisse videtur, eos criminales causas instruere posse, sententias autem a iudice pu-

disceptent »): 3, 11, 2 « de arbitriorum iudicio » (*Cod. Iust.* ad extraordinarium iudicem): 4, 20, 18 « arbitrum » (*Cod. Iust.* « compromissarii iudices »). Pedanei nomen servatum est in S P. 3, 1, 13. *Arbiter* et *iudex publicus,* vel *qui in cingulo positus est,* opponuntur in S P. 7, 17, 1 et 62, 31. Cf. etiam 7, 61, 1 « iudex si non inter partes *iudicavit,* set *arbitrare* voluerit... ». *Arbiter datus a magistratibus* in 7, 45, 2 *iudex* appellatur.

[1] *Epit. Iuliani,* LXXVI, 9 « unusquisque iudex ab utraque parte binos solidos in litis contestatione accipiat et binos in termine litis, nisi forte litigium motum intra centum solidos sit »: *Nov. Const.* LXXXII, 9 « ὅπος δ'ἂν μὴ ὁ περὶ ταύτα πόνος ἄμισθος τοῖς ἡμετέροις γένηται διαιτηταῖς... *Auth.* LXXXIII, 9 « ne autem circa haec labor sine mercede nostris fiat pedaneis... ».

Digitized by Google

blico ferendas esse.[1] Nullius autem momenti est, quod in SP. 3, 1, 9 legitur « iudex inprimis requirat diligenter causam (*cod. ms.* cum), et post sepius interroget, si postulant iudicari ». Nam, nisi fallor, non ideo interrogabantur partes, ut iudicis auctoritatem aut probarent aut refellerent, sed ut constaret utrum aliquid addere vellent an causam satis instructam putarent.[2]

Restat ut moneam, *iudicis* nomen a Breviatore nonnumquam latiore vel etiam indefinito sensu accipi, ut patet ex his locis:

SP. I, 2, 30 « notum faciat iudici et civium »: *Cod. Iust.* « tam in iudicio quam extra iudicium.... praesentibus publicis personis, id est tabulariis, aut intervenientibus gestis in hac quidem inclita urbe apud virum perfectissimum magistrum census, in provinciis vero apud moderatores earum vel defensores locorum.... ».

» » 50, 1 « iudex »: *Cod. Iust.* « Magistratuum maiorum.... praefectorum tam praetorio quam huius inclitae urbis.... magistrorum militum.... magistri officiorum.... ».

» » 54, 8 « iudicum »: *Cod. Iust.* « praefectos praetorio.... magistros equitum et peditum, magistros etiam officiorum et comites tam sacrarum largitionum quam rerum privatarum ».

» II, 11, 3 « iudex »: *Cod. Iust.* « proconsul ».

» » » 4 « iudices (*l.* iudicis) »: *Cod. Iust.* « proconsulis ».

» V, 31, 2 « iudicem »: *Cod. Iust.* « praetorem ».

[1] S P. 3, 8, 3 « si arbitres criminales causas audet, et post competens iudex sententiam finet » (*Cod. Iust.* « cum civili disceptationi principaliter motae quaestio criminis inciderit vel crimini prius instituto civilis causa adiungitur, potest iudex eodem tempore utramque quaestionem sua sententia dirimere »).

[2] *Cod. Iust.* « iudices oportet... utramque partem saepius interrogare, ne quid novi addere desiderent ».

Digitized by Google

SP. V, 75, 6 « iudicis »: *Cod. Iust.* « praetoris ».
» VII, 1, 4 « ante iudicem »: *Cod. Iust.* « apud consilium nostrum vel apud consules praetores praesides ».

Nunc quae ad imperatorem atque ad maiores magistratus pertinent, paucis absolvam.

Imperator etiam *princeps* [1] dicitur: praeterea ad eum indicandum Breviator saepe usus est verbo *imperium.* [2] Relatio ad principem missa in 7, 61, 2 recte *suggestio* appellatur: [3] principis responsum *sacra* dicitur. [4] Inter fiscum et privatum principis aerarium nihil interest: nam cum imperatores in Codicis constitutionibus de procuratoribus suis loquuntur, Summa habet *procurator fisci, procurator publicus* vel etiam *iudex provinciae:* [5] item servi vel coloni rei privatae *publici* vel *fiscales* dicuntur. [6] Hoc autem animadversione dignum est, quod cum in Codice Iustiniano 7, 62, 19 *contra eum iudicem, qui appellationem non receperit,* ad im-

[1] *Subprinceps,* errore librarii, memoratur in 1, 39 *Ind.* et *rub.* Cf. indicem ad h. v.

[2] Cf. indicem ad h. v.

[3] Cf. indicem s. *suggerere* et Diehl, p. 185. Utrum ad imperatorem referendum sit verbum *comitatus,* quo perperam usus est Breviator in S P. 2, 7, 25, in incerto est.

[4] Cf. indicem ad h. v.

[5] S P. III, 26, 1, 3, 9; 28, 10; 34, 7. In 3, 22, 2 et 3, 26, 4, 8 Summa habet tantum *curator* vel *procurator,* omissa scilicet principis mentione: in 2, 46, 1 et 3, 13, 1, fortasse librarii errore vel inepta coniectura, legitur « *procurator tuus, procuratores vestros* » ubi in Codice est « *procuratore meo, procurator noster* ».

[6] S P. III, 26, 8, 11: VI, 4, 2. In 3, 26, 9 pro « *ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore* » Summa habet « *publicus procurator vel servus* ». Hic animadvertendum est, in 1, 2, 4 Summam habere « *servus fiscalis* » pro « *officiales rationales* ». Rationales autem etiam *actores* dicebantur. Cf. Brunner, o. l., II, p. 123, n. 42.

Digitized by Google

peratorem *referendi* necessitas imponatur, in SP. contra statuitur iudicem *in urbe denunciandum esse.* Cum igitur parum verisimile sit aut *urbem* pro Constantinopoli habendam esse,[1] aut imperatorem tunc cum summaria scriberentur Romae resedisse, fortasse statuendum erit, huiusmodi causas ab imperatore ad praefectum urbi vel ad alios Romanos proceres esse translatas: at si res ita se habet, summaria procul dubio in regione Romana conscripta sunt.

Ad quaestorem quod attinet, Summa Perusina (1, 30, 4) recte habet « *de officio questoris* », cum in Codice *viri devoti* commemorantur *in sacro scrinio memoriae militantes.* Equidem scrinium memoriae *sub cura* erat quaestoris: hoc autem ex anterioribus constitutionibus facile cuique patebat. Ceterum Breviator satis compertum habuit, quid esset *officium,* nam in 7, 65, 3 hoc verbo usus est pro « *officialium* », et ex male intellecta constitutione 3 Cod. 1, 46, qua cavetur, ne ii, qui in officiis ducum militassent, scholae agentum in rebus sociarentur, novam iuris regulam effinxit: « qui spectabiliorum militiam precesserunt, post minorem militiam adquisieri(n)t, tertiam partem bonorum adscribantur ».

In SP. 7, 62, 37 « apud questores cartularios audiatur » fortasse legendum est « *quaestoris chartularios* ». Codex Iustinianus habet « apud virum sublimissimum magistrum officiorum nec non virum excellentissimum nostri palatii quaestorem communi audientia praeposita in sacro auditorio more consultationum viris devotis *epistularibus* excipientibus ventilari ». Epistolares inter *quaestoris adiutores* connumerantur in novella Iustiniani constitutione XXXV. Breviator autem pro *epistularibus* posuit *chartulariis* etiam in 7, 63, 5; et

[1] Cf. supra p. XLIV, n. 2, et praesertim S P. 6, 23, 18 ibi aludatam.

Digitized by Google

sane epistolarium nomen post Iustiniani aetatem ab usu recessisse videtur, chartularii contra saepissime memorantur.[1]

In SP. 3, 13, 6 perperam Breviator *magistri officiorum* mentionem facit, cum verba Codicis « *magisteriae potestati* » ad magistrum militum referenda sint.

In 3, 26, 11 est « apud comitem sacrarum audiatur » pro « tui culminis (*id est* praepositi sacri cubiculi) ac viri spectabilis comitis domorum petatur examen ». Videtur igitur legendum « *sacrarum domorum* ».

In 3, 26, 6 pro « comitem rerum privatarum » invenimus « comitem privatorum »; quod librario imputari potest.[2] At ex 7, 62, 26 satis constat, Breviatorem comitis rerum privatarum sedem et officium penitus ignorasse, aut, quod magis placet, praepositos rerum privatarum prae oculis habuisse comitiva dignitate fortasse insignitos, sed per provincias constitutos et comiti subiectos in consistorio principis astanti.[3] Scripsit enim « apellationem te (*scil.* comitem r. p.) inquiri iubemus, ne pro longinquitatem itineris ad rectorem provinciae tuae eos dirigas ».[4]

Quod Zachariaeus[5] ex Byzantinis iuris fontibus animadvertit, praefectorum praetorio dignitatem aut sub He-

[1] Cf. Hartmann, p. 33-34: Diehl, p. 153-155.

[2] Cf. Gregorii Magni, *Epist.* XIII, 26 (ed. Ewald et Hartmann, II, p. 391) « Beatorem, qui quasi comes privatarum dici vult... ». Nonnulli codices mss. et priores editiones habent « *privatorum* ».

[3] Cf. Hartmann, o. l., p. 77 « daher begegnen uns auch in 6. Jahrhundert in Italien noch ein comes privatarum und ein comes patrimonii, Unterbeamte jener centrales comites... ».

[4] *Cod. Just.* « ut si mediocritas negotii aut longinquitas regionis ad iudicium tuum (*scil.* comitis r. p.) litigatores venire non patitur, iudicio rectoris provinciae, quem ipse probaveris, negotium deleges ».

[5] *Geschichte,* p. 353, 365.

Digitized by Google

raclio imperatore aut paulo post defecisse, ideoque constitutiones quae ad praefectum praetorio attinerent, ad praefectum urbi esse relatas, id in Summa Perusina nondum deprehenditur. Equidem Breviator cum in Codice Iustiniano aut praefectus praetorio commemoraretur aut praefectus urbi, scripsit fere semper *praefectus,* nulla addita designatione;[1] itemque constitutiones 5 et 7 Cod. 2, 7, in quibus de variis praefecturis sermo est, aut non intellexit, aut fideliter ad compendium redigere noluit. Sed nihilominus ex 1, 26, 3 patet rectores provinciarum a praefecto *ordinatos* et sub eius disciplina positos esse, quod procul dubio non praefecto urbi sed praefecto praetorio tribuendum est. Hoc autem summarium ideo maximi momenti est, quia Codex Iustinianus non *provincias* neque *rectores* sed *iudices* tantum commemorat.[2] Praeterea in SP. 1, 26, 2 *forma a praefecto praetorio data* recte *probatoria* appellatur. Ceterum Hartmannus[3] praefectum praetorio per Italiam circa medium saeculum septimum adhuc exstitisse verisimile autu-

[1] In S P. 7, 65, 5 praefecti mentio a Breviatore addita est, quae ad praefectum praetorio referenda videtur « prefecto qui iniuste apellavit, quinquaginta libras argenti det pena ». Lex inscripta est « *ad Thalassum proconsule(m) Africae* ». In 2, 7, 10 ex male intellecta Codicis constitutione *consiliarii praefecti* mentio orta est. Inscriptio autem est *ad Palladium praefectum praetorio.*

[2] S P. 1, 26, 3 (vid. p. LIV, n. 5): *Cod. Iust.* « si quos iudices... sublimitas tua inutiles esse reppererit, his ab administratione remotis et vice eorum aliis subrogatis furibusque poenis legitimis subactis ad nostrae mansuetudinis scientiam non crimina sed vindicta referatur ».

[3] O. l., p. 41: « Leider sind aber unsere Quellen zu lückenhaft, als dass wir einen festen Zeitpunkt für das Erlöschen der Praefectur angeben könnten.

Digitized by Google

mat; Diehlius [1] vero eum exeunte saeculo sexto praefecti praetorio nomen amisisse putat, dignitatem autem usque ad saeculum septimum exeuntem permansisse. Id Diehlii iudicio comprobatur ex libri Diurni cap. LXII, [2] *iudicibus Ravennae* inscripto, in quo (quod minime constat) sub *eminentissimi consulis* nomine praefectum per Italiam latere putat; item ex ravennatibus testimoniis de duobus *praefecturiis,* [3] Theodoro scilicet qui et Calliopas ante annum 642 et Flavio Parsinio a. 681. Quamvis autem doctissimi Duchesnii [4] alio-

[1] O. l., p. 157, 166.

[2] Ed. Sickel, p. 57.

[3] Marini, *Papiri diplomatici,* n. CXXXII (p. 198-199): Fantuzzi, *Monumenti Ravennati,* VI, p. 263-264 (vel Troya, *Codice diplom. longobardo,* II, p. 559-562, n. CCCXLVII).

[4] *Liber Pontificalis,* I, p. 519, n. 76 « ce titre se rattache évidemment à l'administration du *praefectus urbi:* il ne signifie pas un ancien préfet, mais un employé de la préfecture: c'est l'analogue du terme *praefectianus* du v° siècle » (Cf. Diehl, p. 129, 166, n. 2). Contra, mea quidem sententia, *praefecturius* dicitur, quemadmodum *consularis* et *praetorius* vel *praetoricius.* Hoc enim sensu usurpatur verbum *praefectorius* in codicibus Theodosiano et Iustiniano necnon a iurisconsultis et a Sidonio Apollinari (cf. Brissonium, Dirksen et Georges ad h. v.). Quod ad Theodorum attinet, qui et *praefecturius* et exarchus appellatur, animadvertendum est apud Schlumberger, *Sigillographie de l'empire byzantin,* 1886, p. 211 (Diehl, p. 166, n. 2), eius fortasse sigillum exstare cum hac inscriptione « Θεόδωρος ἀποεπάρχων καὶ ἔξαρχος Ἰταλίας ». *Praefecturius* igitur idem esset ac ἀποεπάρχων. Vid. etiam Gregorii Magni, *Epist.* IX, 15 (*Mon. Germ. Histor., Epistolarum* II, 120) « Eutychum virum magnificum, qui se inlustrem praefecturium esse memorat », scilicet, ut videtur, qui olim praefecturam gessit. Cum autem sermo magis magisque corruptus sit, factum est postea, ut verbum *praefecturius* in nonnullis Italiae regionibus sollemne esset et saeculis nono et decimo eodem sensu acciperetur ac *praefectus* (*Codex Caietanus,* p. 20,

Digitized by Google

rumque refragetur auctoritas, puto *praefecturium* non eum fuisse, qui ad praefecti officium pertineret sed qui ipse praefecturam gessisset, urbanam scilicet vel praetorianam. Hanc igitur Flavius Parsinius etiam longe ante annum 681 gessisse poterat, *praefecturii* autem nomen servare cum praefectorum praetorio dignitas iam abolita esset.[1] Ceterum ultima praefecti praetorio Orientis mentio facta est, ut videtur, anno 629,[2] praefecti praetorio Africae anno 645,[3] in Italia vero vir *praefectorius* anno 681 vita adhuc fruebatur;[4] quam-

22, 53, etc.: *Registrum Epistolarum Johannis VIII pp.* et alia vetera monumenta apud Marini, o. l., p. 364, n. 14: Camera, *Memorie dell'antica città e ducato di Amalfi,* I, 1876, p. 93, 94, 113, 122, 125: Ciccaglione, *Le istituz. politiche e sociali dei ducati napoletani,* 1892, p. 108). In libro quoque Perusino invenimus *prefecturio* pro *praefecto* in inscriptione legis 3 S P. 3, 11; quod librario quidem imputandum est at nihilominus memorabile.

[1] Ad praefectum urbi quod attinet, cf. Diehl, p. 127-129 et Hartmann, p. 44-45.

[2] *Heraclii imp. novella constitutio de clericis conveniendis* (*Ius graeco-rom., pars* III, *Novellae constit.* ed. Zachariae a Lingenthal, *Coll.* I, *nov.* XXV, cap. 2). Cf. Zachariae, *Geschichte,* p. 353, n. 237: Diehl, p. 165, n. 3. Hartmannus (p. 146) praefectum praetorio Orientis saeculo decimo adhuc exstare coniecit ex Constantini Porphyrogeniti libro *de caerimoniis aulae Byzantinae* (ed. Bonnensis, I, p. 61).

[3] Diehl, p. 165.

[4] Perperam Calisses (*Il governo dei Bizantini in Italia* in *Riv. stor. ital.,* II, 1885, p. 290-291) exarchos praefecti nomine designatos esse dicit, nam Longinus, de quo plura congerit veterum et recentiorum testimonia, non exarchus erat sed praefectus (Hartmann, p. 144-145), Theodorus autem, in charta iam laudata, non praefectus sed *praefecturius* dicitur, idque ut videtur ante adeptam exarchi dignitatem. Cf. quae de Theodori sigillo attuli p. LXIII, n. 4. Perperam quoque Calisses praefecti Italiae dignitatem exstare ex formulis libri Diurni evincere conatus est, ut iam monuit Diehlius, p. 165, n. 1.

Digitized by Google

obrem constat praefectorum dignitatem circa medium saeculum septimum adhuc exstitisse, verisimile autem est eam ante huius saeculi finem vel certe octavo saeculo ineunte defecisse. At si res ita se habet, aetas quoque detegitur summariorum; quae si quis circa medium saeculum septimum confecta putet, minime adversabor, saeculo vero octavo medio antiquiora esse, propter ea omnia, quae hucusque disserui, firmissime assevero.[1] Nolim autem mireris nullam esse in Summa Perusina exarchi vel alicuius Byzantinae dignitatis mentionem. Nam summaria ideo confecta sunt, ut Codici ascriberentur; Breviatoris igitur consilium fuit sin-

[1] En tibi aliquorum scriptorum de aetate Summae Perusinae iudicia: Niebuhr, l. l., p. 391 « wahrscheinlich also in der Zeit vom 7.ten bis 9.ten Jahrhundert verfasst »: Heimbach, *Prolegomena,* p. XVIII « neque Italici sermonis vestigia, quae apud nostrum scriptorem habentur, saeculo octavo antiquiora sunt » p. XXIX « intra septimum nonumque p. Chr. n. saeculum »: Böcking, *Pandekten,* 2te Ausg., I, 1853, p. *15 « spätestens im 9 Jahrh. »: Krüger, *Kritik des Justinianischen Codex,* 1867, p. 32 « frühstens in 7 Jahrhundert » (cf. *Geschichte des Quellen,* 1888, p. 372): Flach, *Études,* p. 72 « du viie au ixe siècle »: Calisse, *Manuale di storia del diritto italiano,* I, p. 133 « nell'epoca barbarica »: Salvioli, *Manuale di storia del diritto italiano,* 3^a ed., p. 87 « posteriore all'epoca bizantina »: Landucci, *Storia del diritto romano,* 2^a ediz., I, 1895, p. 336, n. 8 « al più del vii secolo »: Conrat, *Geschichte der Quellen,* I, 187 « in die Periode von Mitte des 7 bis in den Ausgang des 9 Jahrh.... etwa in den Anfang derselben »: Schupfer, *Manuale di storia del dir. ital.,* 2^a ed., 1895, p. 166 « probabilmente fu redatta tra il secolo vii ed il x »: Scalvanti, *Inventario-regesto dell'archivio universitario di Perugia,* 1898, p. 170 n. 3 « un tempo si credette opera del secolo xii, ma ormai non v'è dubbio, che appartiene al ix secolo ». (Scalvantius, a membranarum asperitate in errorem ductus, scripsit, p. 172, Summae textum olim glossis instructum fuisse postea cultro abrasis; quod omnino denegandum est).

Digitized by Google

gulas constitutiones in compendium redigere, non autem iuris, quod tunc vigeret, breviarium proponere; quamobrem in interpretandis constitutionibus ea interdum omisit, quae suis fortasse temporibus minime congruebant, vel ita intellexit, ut illius aevi et illius negligentiae homini par erat, consulto autem perraro tantum immutavit, et quae post Iustinianum statuta Codici adversarentur, nusquam adnotavit.

9. Eae quam nuper exposui de aetate summariorum sententiae minime refragari videtur sermo, quo usus est Breviator. Nam si ea demas, quae librariis imputari possunt, et praeterea nonnulla insolentia composita,[1] verba quae in Summa occurrunt optimis scriptoribus incognita, plerumque in corpore quoque iuris civilis inveniuntur vel apud scriptores cadentis latinitatis, ita ut raro tantum pro latinae linguae thesauris Cangii glossarium vel huiusmodi scripta adeunda sint.[2]

Ceterum en tibi quaedam in nonnulla verba in indice meo relata adnotationes ex Brissonio, Cangio, Dirksen, Forcellinio, Georges aliisque[3] conflatae:

[1] Puta: *admutescere, peradimplere, praedeliberare, prosignare, recomparare, recomputare, reexigere, superexpendere,* etc.

[2] Haec verba a Georges minime relata sunt: *adfiscare, fiscare* et *infiscare* (*l. Lang., Sal.*); *adquestus; capitaneus* (cf. *l. Cur.*); *causator* (*l. Lang., Cur.*) et *procausator; causaticus* (*l. Baiuw.*); *collegas* (*l. Lang.*); *fragiare* (*l. Lang.*); *fustare; hereseus; infructibilis; inventaneus; iuvator; libertare* (*l. Burg., Rip., Wisig., Cur.;* Troya, 5, 129, 168, etc.); *matrimoniare* (*l. Lang.*); *obnoxiatio; pactuare* (v. *pactuor* exstat apud Forcellinium ex Anon. Vales. excerptum); *penetrare* (= *perpetrare; l. Lang.*); *proheres* (*l. Rom. Burg.*); *retentatio; singillanter; superbitas; usuare.*

[3] Praeter laudatos contuli etiam C. Longo, *Vocabolario delle costituzioni latine di Giustiniano* (*Bull. dell'Ist. di dir. rom.,* X):

Digitized by Google

aborsum (aborsus): *Tert.*, *Apul.*
absentare: *Cod. Theod.*, *interpr.*, *eccles.*, *Sidon.*, *l. Lang.* (*Liutpr.* 54).
acceptor: *inscrip.* (Orelli, 3199 et 7205).
actio (= actus, administratio): *Cassiod.*, *Greg.* I, *lib. diurn.*
actor: *iurisc.*, *Cod. Theod.*, *Cod. Just.*, *inscrip.*, *Tac.*, *Plin. ep.*, *Cassiod.*, *Greg.* I, *l. Lang.*, *Burg.*, *Cur.*, *Form.*
adiacere: *Cassiod.* (adaciet vobis eligere).
adimplere: *iurisc.*, *eccles.*, *Cassiod.*, *Greg.* I, *lib. diurn.*
adpretiatus: *Tert.*, *interpr.*, *l. Lang.*, *Sal.*, *Rib.*, *Alam.*
ambulare (= ire): *Auth.*, *Greg.* I, *l. Lang.* (*Liutpr.* 83), *Alam.*, *Cur.*
angaria: *naves angariari* dixit Ulpianus (*Dig.* 49, 18, 4), quae ad onera publicae utilitatis causa vehenda astringerentur. Huius fortasse usus memoria inest in SP. 4, 33, 4. (Cf. *orig. gentis Langob. in SS. rerum Langob.* p. 5 « *navem angarialem* » et *hist. Langob. Cod. Goth.* ibid. p. 10 « *angareas* » scil. *naves*). In 1, 33, 2 et 3, 26, 7 verbum *angariae* recte usurpatum videtur ad ministerium indicandum publica necessitate impositum, [1] quod

Gradenwitz, Kuebler, Schulze, *Vocabularium iurisprudentiae romanae* (*fasc.* I-III): Tamassia, *Per la storia dell'autentico*, p. 545-558: praeterea indices in Cassiodori Varias (ed. Mommsen), Gregorii I registrum epistolarum (ed. Ewald et Hartmann), librum diurnum (ed. Sickel), librum pontificalem (ed. Duchesne et Mommsen), itemque indices in leges nationum germanicarum in Monumentis Germaniae historicis editas, et in legem Salicam (ed. Kern). In adnotationibus autem inter cetera his compendiis usus sum: *Auth.* = *Authenticum*: *cls.* vel *cliurisc.* = *cadentis latinitatis scriptores* vel *iurisconsulti*: *Cur.* = *lex Romana Raetica Curiensis*: *D C.* = Cangii *glossarium*: *eccles.* = *scriptores ecclesiastici*: *Form.* = *Formulae merowingici et Karolini aevi* (ed. Zeumer): *interpr.* = *interpretatio in legem romanam Wisigothorum*: *inscrip.* = *inscriptiones* (a Forcellinio vel a Georges laudatae): *Iustinianus* = *constitutiones Iustiniani* (ex indice a Longo confecto). Latini scriptores laudantur fere ex Georges: fides apud auctorem erit.

[1] Ingenue confiteor Breviatorem a me iniuria lacessitum esse, cum et in Indice (s. *angaria*) et supra (p. xxiii) coniecerim eum in S P. 3, 26, 7 verbum *angarias* ex male intellectis verbis *gravitatem tuam*

Digitized by Google

Suidas, apud Brissonium, δημοσίαν καὶ ἀναγκαίαν δουλείαν vocat. (Cf. Agnelli *librum pontificalem* c. 168 in *SS. rerum Langob.* p. 387). At saltem inde ab octavo saeculo *angariae* dictae sunt etiam *operae,* quae privatis vel ecclesiis deberentur. Cf. Troya n. DX (a. 736): Marini, *Papiri diplom.,* p. 371, n. 3. In Troya n. DXCIV (a. 746) *angaria* idem videtur esse ac *consuetudo* paulo antea laudata. In *pactione Sicardi* a. 836, c. 14, *angariae* distinguuntur, quas *tertiatores* reipublicae aut privatis debebant.

annositas: *Cod. Theod., Iustinianus* (nov. 36 pr.), *Cassiod., lib. pontific.* I, 374.

aptum habere: cf. DC. s. *aptificare.*

arbitrare(-ri): *iurisc., Auth., l. Lang.*

artifex navium (*Iust.* magister navis): animadversione dignum est Breviatorem pro *magister navis* (scil. *navi praepositus*) posuisse *artifex navium.* Hinc confirmari videntur quae scripsit Solmius, o. l., p. 56-57.

asto animo: verbum *asto (asto animo),* quod in legibus Lang. saepe invenitur, nonnulli latinum putant, alii, perperam ut videtur, germanicum. Cf. Forcellini et Georges s. *astus:* Meyer, *Sprache und Sprachdenkmäler der Langobarden,* 1877, p. 291: Brunner, o. l., II, p. 544, n. 3: Tamassia, *Per la storia dell'aut.,* p. 546.

auctoritas (= edictum, rescriptum): *Cod. Theod., Cassiod., Greg.* I, *lib. diurn., lib. pontif., interpr., auctoritas Alarici regis, l. Burg.*

audientia: *Cod. Theod., Cod. Iust., Cassiod., Greg.* I., *l. Burg.*

auditor (deputatus a iudice): *Cod. Theod.*

augmentare: *Nov. Valentin.* III, *Iustinianus, cls., Greg.* I., *lib. pontif.*

beneficium (= privilegium): *iurisc., Cod. Theod., Cod. Iust., Cassiod.:* cf. *l. Burg., Cur.*

canaba (= horrea): *inscrip.* (?); cf. Georges ad. h. v., Marquardt,

derivasse. Contra lex illa, qua cavetur ut *coloni publici ab angariis* liberi sint, respondet genuinae constitutionis verbis « duces enim et praepositos limitum et castrorum et rectores provinciarum evocandis et arcessendis colonis abstinere oportet ».

Digitized by Google

L'amministrazione pubblica romana (trad.), I, 1887, p. 21 n. 3.

canon: *Cod. Theod., Iustinianus, cls., Cassiod.*

canonicarius: *Nov. Maiorani, Cod. Iust., Epit. Iuliani, Cassiod.*

c(h)araxare (= obliterare, expungere): *cls., Greg.* I. A nonnullis cls. accipitur etiam pro *scribere.* Cf. Brunner, *Zur Rechtgesch. der Urkunde,* 1880, p. 159 et seqq.

cassare: *cls., eccles., Cassiod., Greg.* I., *lib. pontif.*

causa: *Auth., Cassiod., l. Cur.*

causare, causari: *Salv., Cassiod., Greg.* I., *l. Burg., Cur.*

causatio: *Auth., Salv., Ps. August., Cassiod., Greg.* I, *l. Cur.*

censitor: *iurisc., Cod. Theod.,* Orelli *inscr.* 208, *Cassiod.*

censualis: *Cod. Theod., Epit. Iuliani, Iul. Capitol., Symm. ep.*

cingulum: *Cod. Theod., Iustinianus, Auth., Cassiod., Greg.* I.

collegium: hoc verbo usus est Breviator ad *societatem* significandam negotiationis causa constitutam: ei autem *collegiorum* sive *corporum* notionem minime defuisse patet ex duobus locis in Indice laudatis s. *corpus.*

colludium: *cl. iurisc., l. Burg.*

commendare (= deponere): cf. Georges ad h. v. I, *Greg.* I, *l. Burg., Cur.*

commodum (= stipendium, sportula): *Cod. Iust., Auth., Cassiod.,* Felicis IV pp. ep. II (*Bullarium Rom.* App. I, 1, p. 468): *Greg.* I, *l. Burg.*

concuba: *Epit. Iuliani, cls.*

conditio, conditionalis: *Epit. Iuliani, Cassiod., S. Leonis pp. ep.* Cf. DC. et praesertim Heineccium ad Brissonium s. *conditionalis.*

conductela: *interpr.*

coniugium: *Cod. Theod., Epit. Iuliani:* cf. Georges ad h. v. (II b).

consignificare: *Cassiod.*

damnificare: *Iustinianus, Auth., Epit. Iuliani, eccles.*

decolorare: *Cod. Theod.* 6, 2, 44 = *Cod. Iust.* 1, 3, 19; *Cassiod.*

deportari exilio: *Auth. nov.* 134 (123), 8 (cf. *Greg.* I, ep. XIII, 50): *Greg.* I ep. XI, 53.

deputare: *cls., Cassiod., Greg.* I; cf. *Auth., lib. diurn., l. Burg.*

Digitized by Google

desusceptum: *Auth., Greg.* I, *lib. pontif.*, Marini, *Papiri diplom.* n. CXXXIX (p. 205: cf. p. 372 n. 1). Pro *desusceptum* in ravennatibus posterioris aevi monumentis invenimus verbum *deacceptum*. Cf. Brunner, o. l., p. 65.

detentator: *Cod. Theod., Iustinianus, Greg.* I, *lib. diurn.*

deteriorare: *Nov. Theod., Iustinianus, cls., Cassiod., Greg.* I.

documentum: *Cod. Theod.* (?), *Iustinianus* (?), *Auth., Cassiod., l. Burg. Cur., Form.*

dos (= donatio): cf. Brunner, *Die fränkisch-romanische dos* (*Sitzungsber. der k. Ak. der Wiss. zu Berlin*, XXIX, 1894, p. 545 et seqq.).

dubietas: *Iustinianus, cls., Cassiod., Greg.* I, *lib. diurn.*

duplare: *iurisc., Cod. Theod.*

evolare (« evolare fecit debitum »): cf. *Plaut.* (apud Georges) « cistella mihi evolavit ».

executor (= apparitor): *iurisc., Iustinianus, Greg.* I, *l. Burg.*

exemplaria: *Iustinianus, iurisc., eccles., Greg.* I.

exhereditare: *Salv., Boët., l. Lang.*

exhonorare: *eccles.*

expeditus: *Cassiod.*

extraneare: *Cassiod.* (apud Forcell.): *Reg. Sublac.* n. 124 (a. 961) et 194 (a. 1005). Cf. *Apul.* (apud Georges) et DC.

facere (cum infinitivo): *Greg.* I, *lib. diurn.*

facultas: *iurisc., Iustinianus, Auth., Cic., Cassiod., Greg.* I, *l. Lang., Burg., Cur.*

falcidia: ut Breviator scripsit in S P. 6, 49 (50), 6, *f. quarta pars est ex omni substantia.* Hinc patet Breviatorem aut novellam Iustin. XVIII ignorasse, aut, cum Codicis tantum constitutiones in compendium redigere vellet, eius nullam habuisse rationem. Ceterum vetus falcidiae significatio minime oblivione dimissa est: nam ipse Breviator, cum in Codice Iust. 6, 20, 20 quarta portio memoraretur, scripsit *quartam portionem falcidiae,* in monumentis autem Neapolitanis et Caietanis falcidii nomine venit quarta bonorum pars a marito uxori donata (*R. Neapol. Arch.*

Digitized by Google

monum. XVII, a. 932; CXLIII, a. 970: Federici, *Degli antichi duchi e consoli o ipati della città di Gaeta,* Napoli, 1791, p. 187: *Codex Caietanus,* passim). Cf. etiam quae de falcidia congesserunt qui de aetate atque patria legis Curiensis vel si mavis Utinensis disputaverunt Schupfer, Zeumer, Zanettti (o. l., p. 120-121).

falsare: *Dig.* 48, 10, 32: *eccles.*

feneus: *Cod. Theod.* 11, 28, 3, *Auth.* Cf. Georges ad h. v.

ferramentum (= instrumentum aratorium): *fragm. Catonis* (apud Georges) « vir colendi peritus, cuius ferramenta splendent ».

fidedicere: *interpr.* Cf. Forcellini et Georges s. *fidedictor.*

fiducia: *Auth.,* Marini, *Papiri diplom.* p. 128. Cf. DC. III, p. 492 col. 2.

fustigare: *interpr.* (non *Cod. Theod.* 9, 29, 2, ut perperam asserit Georges), *l. Burg., Alam.*

generare: *Iustinianus, iurisc., Cod. Theod.*

gentes: *eccles., Cassiod., Greg.* I.

gravamen: *Iustinianus, Cassiod., Greg.* I.

gregarius servus: *Colum., Apul.*

gubernare: *Iustinianus, iurisc., Cod. Theod., Auth., Cassiod., Greg.* I. Cf. Georges ad h. v.

imminentia: *eccles., Nigid., Greg.* I.

immunitas: in S P. *immunitas* usurpatur pro *onus* vel *munus publicum,* quod nusquam alibi deprehendi.

imperatrix: cf. Georges ad h. v.

imperium (= imperator): *Greg.* I; cf. Georges ad h. v. § C; Forcellini § 9.

inclamatio: *Cod. Theod., Tertull.*

inculpare: *Boët., l. Sal., Rip., Burg.*

indemnitas: *Iustinianus, iurisc., Cod. Theod., Amm.*

indutiae: *iurisc., Cod. Theod., Auth., Cassiod.*

infamium: *Ennod., Isid.*

ingenuus: cf. quae scripsi in commentatione mea « *sui frammenti di dir. german. della collez. Gaudenziana* », 1894, p. 37-38.

iniuriare: *Auth., eccles., Cassiod., Greg.* I.

Digitized by Google

innovatio: *Iustinianus, Cod. Theod., Epit. Iuliani, eccles., Cassiod.*

intentio: *Iustinianus, cl. iurisc., Cassiod., Greg.* I, *l. Lang., Form.* Cf. Patetta, *il Breviario alariciano in Italia,* 1894, p. 25-26.

iussio: *iurisc., Greg.* I, *lib. diurn., lib. pontif.*

lectio: *Iustinianus, Amm., cls.*

linea: *iurisc., Cod. Theod.*

manus conlationis: *Cod. Theod.* 2, 27, 1 § 1 (« non sola manus collatione »). Cf. Georges s. *manus* II, 2: *Widonis cap. Lang.* 6.

minorare: *iurisc., eccles., Greg.* I.

momentum: *Cod. Theod., Greg.* I.

mortalitas: v. Georges, ad h. v. A, 1: *Greg.* I., *lib. pontif.*

necessare: *Ven. Fort.*

necessitas: *iurisc., Cod. Theod., Cassiod., Greg.* I, *lib. diurn., lib. pontif.*

nutricia: *Hieron.*

obnoxiare: *eccles.*

obviare: *Iustinianus, iurisc., Cod. Theod., cls., Cassiod.*

opinio: *iurisc., Cod. Iust., Auth., lib. diurn.;* cf. Georges ad h. v.

opponere (*scil.* pignori): dictio a Catullo, Terentio, Seneca usurpata, quae tamen, ut videtur, apud iurisconsultos desideratur.

pervasio, pervasor: *Iustinianus, Cod. Theod., eccles., Cassiod., Greg.* I.

pit(t)acium: *Cod. Theod., Cod. Iust., edict. Theud., Cassiod.,* Marini, *Papiri diplom.,* p. 373 n. 7.

possibilitas: *Nov. Postheod., Cod. Iust., eccles., Greg.* I., *lib. pontif.*

posteriores: *iurisc.*

praegerere: *Apul.*

praesentare: *Cod. Theod., Cod. Iust., cls., Cassiod., Greg.* I, *lib. pontif., l. Burg.*

pulsatio: *Cod. Theod.* 2, 14, 1. Cf. Tamassia, o. l., p. 556: *Cassiod.* et *Greg.* I *ind.* s. *pulsare:* Georges s. *pulsare.*

ratiocinium: *Iustinianus, iurisc., Cod. Theod., Cassiod., Greg.* I.

rationabiliter: *Cod. Theod., Gai epit. Wisig., cls., Cassiod., Greg.* I.

salvare: *Iustinianus, August., Cassiod.* Cf. Tamassia, o. l., p. 556.

Digitized by Google

scriptura: *Cod. Iust., Auth., Cassiod., Greg.* I. Cf. Georges ad h. v. II B 2 securitas: *iurisc., Cod. Theod., Cod. Iust., eccles., Cassiod., Greg.* I. sigillare: *Fulg. myth., lib. pontif.*

solacium: cf. supra p. L, n. 2.

sponsalia: *Cod. Theod., Cod. Iust., Greg.* I (VI, 12).

substantia: *iurisc., antiqua summ. Cod. Theod.* (ex. gr. 14, 4, 1; 16, 5, 54: substantiosi 12, 1, 52), *Iustinianus, Auth., Epit. Iuliani, Cassiod., lib. pontif.*

uxoratus: *August.*

votum, vota: *Iustinianus, iurisc., Cod. Theod., Auth., Ed. Theud., Cassiod., l. Lang., Form.*

10. Superest ut editionis consilium explicetur eiusque adornatio exponatur. Cum igitur Summa adeo mendose tradita sit, ut probabilem vel saltem tolerabilem textum consequi plerumque ultra humanas vires positum videatur, malui librum Perusinum, quoad eius fieri potuit, ad unguem repraesentare,[1] coniecturas autem tum Heimbachii tum meas, si quae ipsae ultro occurrerent,[2] in adnotationibus

[1] Attamen compendia scripturae servare nolui, quia typis exacte repraesentari nequeunt. Praeterea ordinem titulorum et legum propter transpositiones foliorum in archetypo turbatum necnon numeros errore immutatos restitui. Numeri legum notis arabicis, quas vocant, expressi sunt: item in notis romanis scriptum est IV pro IIII et IX pro VIIII. Quia autem liber Perusinus persaepe habet *e* pro *ae*, compendium p̄ interpretatum est *pre* et numquam *prae*. Denique pro *e* cauda, ut palaeographi aiunt, insigni (ę) posui *ae*, et perraro etiam *oe* (ex. gr. in 1, 52, 1 *Moenae*).

[2] Dum ad componendum indicem Summam iam typis expressam iterum retractarem, nonnulla conieci vel emendavi. Has autem novas coniecturas hic subiectas considerare ne pigeat: 1, 2, 2 *ab executore:* 1, 2, 17 *poena plectitur:* 1, 2, 21 dat quod (?): 1, 2, 27 *se probaverit:* 1, 9, 16 *officio muniatur* (*Iust.* offici iauctoritate mu-

Digitized by Google

ascribere. Nulla autem ex Summae lectione utilitas percipi potest, nisi Iustinianus Codex semper prae oculis sit, cum Summa perpetuo conferendus; quamobrem supervacaneum plerumque duxi Codicis locos apponere, sed ut collatio facilius instituatur, cum Summae et Codicis numeri inter se discrepent, titulorum Codicis, constitutionum et interdum etiam paragraphorum numeros cancellis clausos addidi. Cancellis itidem clausi sunt, praefixa litera *f.*, numeri, quibus singulae libri Perusini paginae indicantur.

Cursivis literis, titulorum tantum inscriptionibus exceptis, ea expressa sunt, quae a Codice Iustiniano in Summam

niti): 1, 19, 7 *impetrata:* 1, 26, 3 *egerint:* 1, 54, 10 *si ausu proprio* (cf. p. 132 adn. 3): 2, 3, 2 *pulsatus de re:* 2, 4, 3 verba *positam de* perperam iterata videntur: quaedam praeterea exciderunt: 2, 4, 4 *Si legitima:* 2, 6, 8 *preter Christianos advocatos:* 2, 7, 7 *dignitate frui:* 2, 23, 1 *Minor aetate:* 2, 41, 2 *Minores adversus personas:* 3, 1, 7 *Servus tibi:* 3, 11, 3 *datur:* 3, 13, 6 *privatorum:* 3, 33, 15 *adquisierit... nec deminuatur:* 3, 38, 8 *etate inter vos:* 3, 42, 8 *quod si tu non:* 4, 7, 1 *respondet « non secundum cautionem accepi a creditore »*: 4, 21, 19 *edi subscripta:* 4, 31, 7 *sed pretium:* 4, 32, 7 *quod intendit cartis probare:* 4, 44, 2 *restitutas res pretio:* 4, 44, 7 *Res ante* (vel *a te... potes*): 4, 49, 6 *stat venditio:* 4, 49, 9 *proponit* (?): 4, 49, 14 *in se abeat* (?): 4, 51, 2 *actio in rem:* 4, 63, 6 *Qui innovat* (?): 5, 12, 10 *augmentasti, recipis:* 5, 17, 7 *Maritus profectus in:* 5, 28, 4 *facit rationes:* 5, 28, 5 *libertare* (?): 5, 37, 3 *claruerint:... bona fide creditur* (?): 5, 46, 3 *tutore, tunc* (?): 5, 51, 8 *officit:* 5, 51, 10 *feneus:* 5, 51, 11 *rationem facit:* 5, 53, 3 *quantum... iurare ausus fuerit fuisse:* 5, 71, 12 *propter censum:* 5, 72, 2 *interrogare* vel *inde rogare* (?): 5, 75, 6 *curia intercessit:* 6, 1, 5 *occultat:* 6, 17, 2 *de statu suo:* 6, 23, 8 *minori numero testium* (?): 6, 28, 4 *aliter:* 6, 44, 1 *probata:* 6, 46, 2-3 *deserueris... deseruerit:* 7, 32, 5 *annositas possessionis:* 7, 53, 6 *cassatus:* 7, 58, 4 *falsis allegationibus:* 7, 70, 1 *iudicium:* 7, 71, 4 *Chiloni. Si:* 7, 72, 10 *pluris... debeatur:* 8, 16, 9 *quas habiturus ero.*

Digitized by Google

fluxerunt, constitutionum inscriptiones et subscriptiones, integrae constitutiones vel earum fragmenta, dictiones vel etiam singula verba memorabilia; praeterea adnotationes a Summae compositore additae.

Libri Perusini priores lectiones ab ipso librario emendatae in adnotationibus referuntur, praefixa nota S[a].[1] Nota autem *S.* significatur liber Perusinus, *H.* Heimbachius, *Kr.* Krügerius, *Iust.* Codicis Iustiniani editio Krügeriana maior.

Librorum iuris et documentorum iam laudatorum, in quibus nonnulla Summae fragmenta insunt, ratio in adnotationibus habita est.

Heimbachii falsas lectiones vel omissiones singillatim adnotare, puerilis ineptiae fuisset. Contra Bluhmii exemplum, anno 1892 mense Maio e Tubingensi bibliotheca Berolinum liberaliter transmissum, diligenter inspexi et si quae a Bluhmio aliter quam a me lecta sunt, eius lectiones praefixa littera *B.* in adnotationibus descripsi. Nunc autem, editione mea iam absoluta, iterata libri Perusini collatione meos et typothetarum errores perscrutatus sum, quos lectoribus emendandos proponam. Ita factum est etiam, ut Bluh-

[1] Cum librum Perusinum nuper iterum conferrem, in prioribus lectionibus investigandis admodum curiose versatus sum. Quamquam igitur quae de iis scripsi (pag. VIII) plene firmanda duco, libet nonnulla addere in adnotationibus omissa, ad inscriptiones praesertim pertinentia: 1, 11, 4 *Apollodore;* 2, 12, 15 *Cornifico;* 2, 21, 6 *Sententio;* 3, 22, 4 *Sisinne;* 4, 2, 12 *Theophanie;* 4, 39, 3 (ut videtur) *Theomote;* 5, 16, 9 (ut videtur) *Erigeni;* 5, 16, 23 *Ceciliano;* 5, 37, 12 *Octaviane;* 6, 23, 23 *textum sacramenti;* 6, 42, 16 *Numerus;* 7, 2, 12 *Phizozi;* 7, 4, 17 *pretium servum;* 7, 8, 1 *licet;* 7, 58, 4 *iudicatus et actio;* 7, 61, 1 *voluit;* 8, 14, 2 *Poculo;* 8, 29, 4 *Evonomio:* 8, 32, 1 (ut videtur) *Clasio;* 8, 47, 10 *testamento.*

Digitized by Google

mianae lectiones in trutina ponerentur, quas tamen plerumque réiciendas duxi.

Appendicis loco sunt quaedam ex variis libris manu scriptis excerpta, in quibus constitutionum Codicis summaria insunt, item iuris fragmenta, quae *lectio legum* inscribuntur, et quorum duo capita ex Summa Perusina derivata sunt. Haec omnia, et a me et ab aliis iam edita, ad libros manu scriptos iterum recognita sunt et adnotationibus instructa.

In calce vero voluminis index est a me compositus, quem alicuius utilitatis futurum esse confido etiam ad Summae leges recte intelligendas et restituendas. In eo autem, ut par erat, nullam rationem habui verborum, quae Breviator et Summae compositor a Codice Iustiniano recto tramite deduxerunt. Contra perpetuo adhibui summaria capitum Epitomes Juliani, quae cum Summa arctissimis analogiae vinculis iuncta asserui, quaeque libenter iterum edidissem nisi lex ab Haenelio testamento data librum olim Romanum nunc Lipsiensem, in hac re praestantissimum, italas revisere oras vetaret.

Quia autem, in componendo praesertim indice, peregrinus atque advena alienam provinciam ingressus sum, restat ut philologos rogem ne in hospitem saeviant, immo ut hoc opus meum, qualecumque sit, benigne accipiant.

Senis, die XII Febr., MDCCCCI.

Digitized by Google

Emendanda et addenda:

pag. VI *lin.* 16 ultimum: *scribe* penultimum
» VII » 16 Mabillionius: *scribe* Mabillonius
» VII » 21 uncialibus: *adde* vel capitalibus
» VIII » 7 *Re accuratius considerata perpaucis in locis et praesertim in nonnullis foliis ultimi quaternionis, alienam manum deprehendi.*
» XII » 21 maior: *del.*
» XXIII » 29 *cf. pag.* LXVII *adn.* 1
» XXVI » 12 nonnunquam: *scribe* nonnumquam
» XXXVI » 25 maiori: *scribe* maiore
Ind. 1, 2 orphanotrophis: *S.* orphanatrophis
» 1, 39 permittatur: *S.* permitatur
S. 1, 1, 1 *ab ipso: haec verba, teste Krügerio, desunt in apographo Bluhmiano.*
» 2, 6 Presbiter: *scribe* Presbyter (*S.* prb'r)
» 2, 18 Idem a: *scribe* Idem a.
pag. 10 *lin.* 6 *adde* [f. 6 v.]
S. 1, 2, 31 sed: *S.* set
» 3, *rub.* quae: *S.* que
» 10, 1 *Euacrium: scribe Evacrium*
» 15, 1 *Arcadius: S.* Arcad
» 16, 1 *Theodosius: S.* Theod
» 18, 4 *Impr.: S.* Imp
» 19, *rub.* imperatori: *S.* imp
» 22, *rub.* utilitatemve: *adde* publicam
» 23, 3 insinuetur: *S.* insinuentur
» 39, 2 requirat² si potest: *scribe* requirat si potest²
» 40, *rub.* praefecti: *S.* prefecti
S. 2, 3, 4 auctor-: *scribe* auctori
» 3, 8 *Idem.: scribe Idem*

Digitized by Google

S. 2, 4, 42 *subscriptio cursivis litteris exprimenda erat.*

» 11, 9 *Idem a: scribe Idem a.*

pag. 44 *lin. ult. adde numerum adnotationis, scilicet 1*

S. 2, 12, 8 Quod: *S.* Qui

» 18, *rub. S. om. compendium, quo verbum Titulus significatur, scilicet* T.

» 19, 2 adserit: *scribe* adserit,

pag. 55 *dele adnotationem 1*

S. 2, 29, 2 *fratrer: scribe frater*

» 42, *rub. S. om. compendium, quo verbum Titulus indicatur, scilicet* T.

» 58 *in f.* [§ 8] Iudicis: *S.* Iudices

S. 3, 2, 1 vel: *S.* ut

» 3, 5 iudicem, provincie: *scribe* iudicem provincie,

» 4, 1 competit: *S.* conpetit

» 11, 2 compromissu: *S.* conpromissu

» 14, *rub.* popillos: *S.* pupillos

» 17, 1 *Fideicommissum: S.* fideicomissum

pag. 74 *dele adnotationem 3*

pag. 79 *dubito utrum adnotatio 5 delenda sit an non. Cf. indicem s.* dos

S. 3, 31, 11 *Eternali: S.* Aeternali

» 32, 1 servos: *S.* servo

» 32, 4 fieri: *S.* fidei

» 32, 22 praeiudicio: *S.* preiudicio

» 33, *rub.* habitationem: *S.* abitationem

» 33, 8 *Hieronine: S.* Heronine

» 33, 17 *Ioh.: S.* Ioh(ann)i

pag. 86 *in adnotatione 6 lege: S*[a] *B. add.* pp.I. *vel* ppi.

S. 3, 36, 19 Pactumie Lisygratiae: *S., ut videtur,* pactum lelisygratiae

» 36, 20 *Familiae: S.* Familie

» 38, 10 *post legis inscriptionem adde* [11]

» 42, 8 sit: *S.* sis

Digitized by Google

S. 3, 43, 2 sepulcrum: *S.* sepulchrum

pag. 92 *in adnotatione 1 lege* Post verbum *Greg.* quinque versuum spatium vacat: sexto versu legitur *Greca* et septimo *lex,* deinde octo versus vacant.

S. 4, 1, 8 *Idem.: scribe Idem*

» 2, 4 feneravit, tuis nominis: *fortasse scribendum est* feneravit tuis nominis,

» 2, 10 pecuniam: *S.* pecunias

» 5, 7 *Dionisye: S.* Dionisyae

» 5, 6 potes: *S.* potis

» 5, 8 creditore: *S.* creditore si

» 8, 2 *Aristineto: S.* Aristincto

» 14, 6 ne: *S.* nec

» 19, 4 sed: *S.* set

» 19, 16 probetur: *S.* probet

» 21, 12 removeri: *S.* removi

» 21, 20 collationis: *S.* conlationis

» 24, 8 *Philuppus: S.* Philippus

pag. 109 *adn.* 1 *ex gr.: scribe ex . gr.*

S. 4, 30, 14 *verba* Pecunie penitus opponi *e Codice sumpta cursivis litteris exprimenda erant.*

» 33, 2 que: *S.* qui

» 33, 3 constitum: *S.* constitutum

» 40, 4 transmittur: *S.* transmittitur

» 54, 2 quocunque: *S.* quocumque

» 56, 1 vocem ingenuitatis, iudicem: *fortasse* vocem, ingenuitatis iudicem

» 58, 2 *Gordianus: S.* Gordianus a.

» 65, 22 *post inscriptionem adde* [23 ?]

» 66, *rub.* emphiteutico: *S.* enphiteutico

pag. 144 *lin. 12 adnotatio* [f. 114] *ponenda est in fine lin. 10*

S. 5, 30, 5 *Demostheni: S.* Demosth

» 34, 10 alio pe: *scribe* alio pe-

» 36, 4 sit: *S.* fit

Digitized by Google

S. 5, 37, 4 possessiones: *S.* posessiones
» 37, 23 praedia: *S.* predia
» 38, 3 comsumptas: *S.* consumptas
» 42, 2 egit: *S.* agit
» 46, 1 *Curie*. Periculus: *scribe* Curie periculus
» 46, 3 Dioclitianus: *S.* Dioclit
» 58, 2 condemnatus: *S.* condempnatus
» 62, 12 *tota haec lex debuit cursivis litteris exprimi*
» 66, 2 computentur: *S.* conputentur
» 71, 3 *Thoodosiano: S.* Theodosiano
pag. 167 *adn.* 7 adultis: *scribe* pupillis.... adultis
S. 5, 71, 15 frutibus: *S.* fructibus
» 72, 3 praeter: *S.* preter
» 75, 5 *Dioclit: S.* Doclit
S. 6, 1, *rub.* cuiuscunque: *S.* cuiuscumque
» 1, 7 tuae: *S.* tue
» 1, 8 praefecto: *S.* prefecto
» 1, 8 ancillae: *S.* ancille
» 3, 1 Quod si non [5]: *dele adnotationem 5 et scribe* Quod si non,
» 3, 12 ingratitudine: *S.* ingraditudine
» 6, *rub.* praestandis: *S.* prestandis
» 6, 5 praestaret: *S.* prestaret
pag. 176 *lin.* 28 *adnotatio* [f. 136 v.] *ponenda est post lin. 29*
S. 6, 9, 7 potere petest: *scribe* petere potest
» 21, 5 *S. habet* Sozomeno militi. Testamentum.
pag. 182 *adn.* 1 quam: *scribe* quomodo
S. 6, 23, 11 *Constantinus: S.* Constantinus a.
» 23, 21 *Teod.: S.* Theod
» 24, 13 Exercitas res [2]: *scribe* Exercitas [2] res
» 24, 14 nomem: *S.* nomen
pag. 188 *lin.* 1 IV: *scribe* VI
S. 6, 25, 9 *Iust.: S.* Iustinianus
» 31, 6 patri: *S.* patris
» 36, 1 praetermissa: *S.* pretermissa

Digitized by Google

S. 6, 36, 6 *a. et c.: S. om.* c.
» 37, 22 *Iustinianus: S.* Impr. Iustinianus
» 42, 12 *Philippus a.: S.* Phillippus a.
» 52, 1 *Horsmide: S.* Hormisde
» 55, 6 *Florentino: S.* Florentio
» 57, 6 *Lamnio: S., ut videtur,* Iamnio
pag. 214 *adn.* 6 voluerit: *scribe* noluerit
S. 7, 2, 4 reddet: *S.* redd' (reddit?)
» 4, 1 potest:[6] *dele signum adnotationis*
pag. 220. *adn.* 2 *scribe* manumissori, aut
S. 7, 13, 4 *Impr.: S.* Imp.
» 14, 9 *Lex* 9: *S.* Lex X
» 16, 38 reapublicae: *S.* reapublice
» 16, 38 *k. lan.: S.* k. Jan.
» 39, 1 *Max.: S.* Maximianus
» 62, 5 appellationem: *S.* apellationem
» 64, 9 militiia: *S.* militia
S. 8, 10, 6 *Impr.: S.* Imp.
» 17, 3 *Uvarro: scribe Vvarro*
pag. 285 *lin.* 1 VI: *scribe* VIII
S. 8, 47, 2 *provinciae: S.* provincie
» 50, 3 *Uvaro: scribe Vvaro*
pag. 292 *adn.* 10 *adde:* Augustini *quaest. in Heptateuchum* III, 20 (Migne, XXXIV, 681) « unde etiam legem a legendo id est ab eligendo latini auctores appellatam esse dixerunt ».
» » *adn.* 12 *adde: Dig.* 22, 5, 2 « dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est ».
» 298 adn. 6 IV; 12: *scribe* IV, 12
» 294 adn. 1 *adde*: Cf. E. Seckel in *Zeits. der Savigny-Stiftung,* R. A., XX, 241.
in indice s. angaria *in f.*: Cf. contra pag. LXVII adn. 1
» » *post* caballum *adde:* calumnia: *App.* IV, 6
» » *s.* « *coniugatio* » *adde*: 5, 43, 3 removuntur; 7, 62, 19 volet
» » *s.* executor *adde*: 1, 2, 2 (*Iust.* exactionis)

Digitized by Google

in indice s. indemnitas *adde* salva indemnitatem vestram 2, 30, 3
» » *s.* municeps *adde:* Cf. 7, 9, 3 curiali (*Iust.* municipum)
» » *s.* publicus *adde:* neque publica (pubblico?) solvat 1, 2, 2:
» » *post* pulsatio *adde:* querela, querella: 1, 2, 6; 6, 23, 2.
» » requiri: *scribe* requirere
» » *s.* « *vocabula, quae diverse scribuntur* » *adde* epistola, epistula. *Quia autem librarius perraro tantum scripsit* epistola (*ex gr.* 4, 19, 13) *et saepe contra* epistula (5, 29, 2; 6, 23, 5; 6, 35, 4; 6, 42, 22; 7, 6, 1), *cum compendiis usus est, puta in* 5, 62, 5; 8, 40, 13 *et* 8, 53, 5, *ipse minus recte, sollemni verbi forma relicta, posui* epistola.

Digitized by Google

ADNOTATIONES

CODICUM DOMINI JUSTINIANI

(SUMMA PERUSINA)

Digitized by Google

Digitized by Google

INCIPIT KAPITVLA LIBRI PRIMI [f. 1 v.]

DOMNI IVSTINIANI ADNOTATIONVM CODICVM FELICITER

Kap. I. De summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.

K. II. De episcopis et clericis orphanotrophis et brefotrophis et exenedochis et asciteriis et monachis et privilegiis eorum et castrensis peculio et de redimendis captivis et de nuptiis clericorum vetitis vel permissis. [f. 2]

III. De episcopali audientia et de diversis captivis, que ad eius curamque pertinet.

IIII. De ereticis et Manicheis et Samaritis. de quibus rebus supplicare licet.

V. Ne sanctum baptismum iteretur.

VI. De apostatis.

VII. Nemini liceat signum salvatoris Christi humi vel in silicibus aut in marmore sculpire vel pingere.

VIII. De Iudeis et celicolis.

VIIII. Ne Christianum mancipius vel hereticus paganus vel Iudeus abeat vel possedeat aut circumcidat.

X. De paganis sacrificiis et templis.

XI. De his, qui ad ecclesia confugiunt vel ibi exclamant.

XII. De his, qui in ecclesiis manum mittuntur.

XIII. De legibus et constitutionibus principum et edictis.

XIIII. De mandatis principum.

XV. De senatusconsultus.

XVI. De veteri iure enucleando et de auctoritate iurisprudentium, qui in digestis referunt.

XVII. De iuris et facti ignorantiam.

XVIII. De precibus imperatoris offerendis et de quibus rebus supplicare liceat vel non.

Digitized by Google

XVIIII. Quando libellus principi datus litis contestationem facit.
XX. Ut lite pendente vel post provocationem aut definitiva sententia nulli liceat imperatori supplicari.
XXI. Si contrarius utilitatemve publicam vel per mendacium fuerit quid postulatum vel imperatum.
XXII. De diversos rescriptis et praugmaticis sanctionibus. [f. 2 v.]
XXIII. De statuis et imaginibus.
XXIIII. De his, qui ad statuas confugiunt.
XXV. De his officio prefectorum pretorii Orientis et Yllirici.
XXVI. De officio pp. Africae et de.
XXVII. De officio prefecti urbis.
XXVIII. De officio magistri militum.
XXVIIII. Constitutio greca et latina.
XXX. De officio questoris.
XXXI. De officio magistri officiorum.
XXXII. De officio comiti sacrarum.
XXXIII. De officio comitis rerum privatarum.
XXXIIII. De officio proconsulis et legati.
XXXV. De officio comitis Orientis.
XXXVI. De officio prefecti Augustalis.
XXXVII. [1]) De officio vicarii.
XXXVIII. De officio pretoris.
XXXVIIII. Ut nulli patrie sue administratio sine speciali permissu subprincipis permittatur.
XL. De officio rectoris provincie.
XLI. De officio prefecti vigilum.
XLII. De officio civilium iudicium.
XLIII. De officium iudicum militari [2]).
XLIIII. De officium civilium iudicum.
XLV. De comitibus rei militaribus vel tribunis lavacra presententur.
XLVI. De officio diversorum iudicum.
XLVII. Ut omnes tam civiles quam militares iudices post administrationem depositam per L. dies in civitatibus vel certis locis permaneat.
XLVIII. De officium eius, qui vicem alicuius iudicis optinet.
XLVIIII. De assessoribus et cancellariis iudicum.
L. De annonis et capitis administrationum vel assessorum aliorumve publicas sollicitudines gerentium vel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates. [f. 3.]
LII. De contractibus iudicum vel eorum, qui sunt contra eos et inibendis donationibus et in eos faciendis et ne administrationis tempore propia sedes edificent.

[1]) *S.* VII.
[2]) *B.* militarium.

Digitized by Google

LIII. De modo multarum, que a iudicibus infliguntur.
LIIII. De defensoribus civitatum.
LV. De magistratibus et municipalibus.
LVI. De officio iuridici Alexandriae.
LVII. De quadrimensuum tam civilium quam militarium.
Explicit liber primus.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

I. De edendo.
II. De in ius vocandum.
III. De pactis.
IIII. De transactionibus.
V. De calculi errore.
VI. De postulando.
VII. De advocatis diversorum iudiciorum.
VIII. De advocatus fisci.
VIIII. De errore advocatorum vel libellum seu preces concipientium.
X. Ut que desunt advocationis partium, iudex suppleat.
XI. De causis, ex quibus infamia alicui inrogatur.
XII. De procuratoribus.
XIII. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus prestare vel actiones in se transferre.
XIIII. De his, qui potentiorum nomine titulos prediis affigunt vel eorum nomina in lite pretendunt.
XV. Ut nemo privatus titulus prediis suis vel alienis imponat vel ad regalia suspendat.
XVI. Ut nemini liceat sine iudicis auctoritate signa inpremere rebus, quas alius tenet. [f. 3 v.]
XVII. De fiscus vel respublicas procurationem alicui patrocinii causa in lite prestet.
XVIII. De negotiis gestis.
XVIIII. De his, que vis metuve causa gerunt.
XX. De dolo malo.
XXI. De in integrum restitutione minorum XXV annis.
XXII. De filiofamilias minore.
XXIII. De fideiussorum minorum.
XXIIII. Si tutor vel curator intervenerit.
XXV. Si in communi eademque causa in integro restitutio postuletur.
XXVI. Si adversus rem iudicata.
XXVII. Si adversus vinditione.

Digitized by Google

XXVIII. Si adversus donatione.
XXVIIII. Si adversus libertatem.
XXX. Si adversus transactationem vel depostionem minor restitui velit.
XXXI. Si adversus solutionem ad debitorem vel a se facta.
XXXII. Si adversus dotem.
XXXIII. Si adversus dilectum suum.
XXXIIII. Si adversus usus capionem.
XXXV. Si adversus fiscum.
XXXVI. Si adversus creditorem.
XXXVII. Si ut se hereditatem abstineat.
XXXVIII. Si ut omissam hereditatem vel bonorum possessionem vel apud aliud adquiratur.
XXXVIIII. In quibus causis in integro restitutio necessaria non est.
XL. Qui et adversus quos in integrum restitui non possunt.
XLI. Si minor se maiorem dixerit, vel probatus fuerit. [f. 4.]
XLII. Si sepius in integrum restitutio postuletur.
XLIII. De his qui veniam etatis impetraverunt.
XLIIII. Si maior factus ratum abuerit.
XLV. Ubi et aput quem cognitio restitutionis agitanda est.
XLVI. De reputationibus, que fiunt in iudicio in integro restitutionis.
XLVII. Etiam et per procuratorem causam in integrum restitutionis agi potest.
XLVIII. In integrum restitutione postulata ne quid novi fiat.
XLVIIII. De restitutione militum et eorum, qui reipublice causa adfuerunt.
L. De uxoribus militum vel eorum, qui reipublice causa absunt.
LI. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum aliorum quis personarum, que restitui possunt, quam heredum eorum.
LII. Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.
LIII. De alienatione iudicii mutandi causa facta.
LIIII. De receptis.
LV. De satisdando.
LVI. De formulis et inpetrationem actionum sublatis.
LVII. De iureiurando propter kalumnia dando.

Explic. kap. libri II.

Digitized by Google

INCIP. KAP. LIBRI III.

I. De iudiciis.
II. De sportibus et sumptibus in diversis iudiciis faciendis et de exsecutoribus litium.
III. De pedaneis iudicibus.
IIII. Qui pro sua iurisdictione iudices darive possunt. [f. 4 v.]
V. Ne quis in sua causa iudicet vel sibi ius dicat.
VI. Qui legitima persona in iudiciis abent vel non.
VII. Ut nemo invitus agere vel accussare cogatur.
VIII. De honore iudiciorum.
VIIII. De litis contestationibus.
X. De plus petitionibus.
XI. De dilationibus.
XII. De feriis.
XIII. De iurisdictione omnium iudicum et de foro competenti.
XIIII. Quando inperator inter pupillos vel viduas vel miserabiles personas cognoscat et ne exibeantur.
XV. Ubi de criminibus agi oportet.
XVI. Ubi de possessione agi oportet.
XVII. Ubi fideicommissum peti potest.
XVIII. Ubi conveniatur, qui certo loco dare promisit.
XVIIII. Ubi in rem actio exiberi debet.
XX. Ubi de ereditate agatur et ubi scriptum heres in possessionem mitti postulare debet.
XXI. Ubi agi oportet de ratiociniis tam pubblicis quam privatis.
XXII. Ubi causa status agi debet.
XXIII. Ubi quis de curiali vel de coortalia vel conventione convenitur.
XXIIII. Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur.
XXV. In quibus causis militantes foris perscriptionem uti non possunt.
XXVI. Ubi cause fiscalis vel divine domus hominumque eius aguntur. (f.5.]
XXVII. Quando liceat sine iudice unicuique vindicare se vel publicam devotionem.
XXVIII. De inofficioso testamento.
XXVIIII. De inofficiosis donationibus.
XXX. De inofficiosis dotibus.
XXXI. De repiditione hereditatis.
XXXII. De rei vindicatione.

Digitized by Google

XXXIII. De usumfructum et abitationem et ministerium servorum.
XXXIIII. De servitutibus et de aqua.
XXXV. De lege Aquilia.
XXXVI. De familia herciscundis iudicium.
XXXVII. De communi divid'.
XXXVIII. Communia utriusque iudicio tam familie erciscunde quam communi dividundum.
XXXVIIII. De finium regundorum.
XL. De consortibus eiusdem militis.
XLI. De noxialibus actionibus.
XLII. Ad exibendum.

Digitized by Google

TITULUS I. De summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.

Lex. 1. Impr. pp. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. ad populum urbis Constantinopolitane. Cunctos populos, quos [f. 5 v.] *clementie nostre regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum apostolum tradedisse Romanis religio usque ad nunc ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi clarat et Petrum Alexandrie episcopum virum apostolicae sanctitatis, hoc est ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam patris et filii et spiritu sancti unam deitatem, maiestatem et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque iudicantes heretici dogmatis infamiam sustinere, divinam primum vindictam, post etiam motus nostri, quem ex celesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendo. Dat. VI. Kl. Mar. Grat. Val. et Theod. AAA.*

TITULUS II [III]. De episcopis et clericis orphanotrophis et brefotrophis et exenodochis et asciteriis et monachis et de privilegio eorum et de castrense peculio et de redimendis captivis.

Lex 1. Impr. Constantinus aug. sal. Clericus salariis cunariis salvari et ospites. .

Digitized by Google

Lex 2. Idem aug. Felici episcopo. Clero et executore non conveniatur, neque publica solvat, et negotium gestum rogatio eorum pauperes profici, nec angarias publico prestent.

Lex 3. Idem aug. Tauro pp. Possessiones.

Lex 4. Constantinus et Constans aa. ad Taurum pp. [f. 6] Servus fiscalis [1] si factus est clericus, in servitium revocetur.

Lex 5. Impr. Iobianus a. Secundo pp. Qui sacratas virgines rapere temptaverit, capiti puniatur.

Lex 6. Impr. Valentinianus et Val. et Gratian. aaa. ad Cataconium. Presbiter expars [2] sacrorum diac. subdiaconi atque exorcistas set et lectores ostiariis omnem officium aecclesiae sine querela vel opinione sint.

Lex 7. Impr. Theodosius a. dixit. Episcopus ad testimonium non veniat, quia persona et dignitas gravatur.

Lex 8. Idem a. Paulino prefecto Augustali. Presbyteri cum honore testimonium dicant: clerici ad testimonium veniant.

Lex 9. Impr. Valentinianus et Theodosius aa. Tatiano pp. Diac. [3] LX. annorum fiat.

Lex 10. Impr. Arcadius et Honorius aa. Theodoro pp. Qui ministros aecclesiae in ipsa ecclesia iniuriaverit, capite puniatur.

Lex. 11. Idem a. Eutichiano pp. Clericus ex ipso vico ordinetur.

Lex 12. [4] *Idem a. Eutichiano pp.* Curialis si clericus [f. 7] factus fuerit, ad curia revertetur. Decurio clericus fieri non vetatur.

Lex 13. Idem a. Sapidiano pp. Qui privilegia ecclesie violaverit, quinquaginta [5] librarum auri comdempnetur.

Lex 14. Idem a. Tritiano pp. Sedentem episcopo in sacrario suo quis ille ad superbitate ingressus ad conturbandum eum pro quacumque utilitate, exilio centum milia deportentur. [f. 7 v.]

Lex 15. Idem a. Studio pr. u. Episcopus conventicula extra ecclesia in proprium domum non faciat; si fecerit, domum privetur.

[1] *S.*[a] servus clericus fiscalis. [2] *Lege* expers. *Iust.* munerum expertes. [3] *Lege* Diaconissa. [4] *Legum ordinem ex transpositione foliorum archetypi turbatum restitui. Cfr.* § 2 *Praef.* [5] *Iust.* quinque.

Digitized by Google

Lex 16. Impr. pp. aug. Honorius et Theodosius Anthemio pp. Si clericum censum minimum est, sacerdos ad locum accedat honera privilegia relevet.

Lex 17. Idem a. Monaxio pp. Nullus religiosus cum publico comixtus sit vel in curia vel in extraneis causis: nam poena amplectitur.

Lex 18. Idem a Monaxio pp. Sexcenti viri sint, qui hominibus debiles curas agant.

Lex 19. Idem a. Palladio pp. Clerici aliorum relictas uxores non accipiant: nam domum gubernandum pro castitatem abeantur.

Lex 20. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. ad Taurum pp. Omnes religiosos vel religiosas, qui secula solitaria vetant,[1] intestati decesserint, nullus propinquos illi succedat, preter ecclesia aut monasterius illi coniunctus, preter que si ad curiam pertinet vel ad patronum si abuit.

Lex 21. Idem a. Thome pp. Curialis inluster factus et post diaconus at[2] quem competit curiae et non administrat.

Lex 22. Idem a. Florentiano pp. Siquis episcopus pro criminalem causam ad iudicium petierit iniuste, trecenti[3] auri penam [f. 8] det fisco. Privilegia religiositati salvetur.

Lex 23. Impr. Valentinianus et Martianus aa. Palladio pp. Eutichiti memoriam abultra[4] Flaviani episcopi memoriam laudetur.

Lex 24. Idem a. Palladio pp. Quod pauperibus per testamentum relinquitur, firmum est.

Lex 25. Impr. Martianus aug. Constantino pp. Clericus si noluerit ante episcopum causam dicere non conpellatur. *In ea legem abet: Lite pulsatus det executori.* Ubi clericus iurare proibetur et plus de duos solidos non det sportulo vel procuratori suo amplius commodo.

Lex 26. Impr. Leo a. Bebiano pp. Crucem vel reliquias nullus monachus in terris publicis vel privatis ponat absque episcopo.

[1] qui seculum solitarii vitant? *H. con.* qui in solitaria vita. [2] dat? [3] *Iust.* triginta. [4] *H.* ab ultra: *idem con.* aboleatur.

Digitized by Google

Lex 27. Idem aug. Eritrio pp. Si milex expleta militia [f. 6] clericum se reprobaverit, qui minime permaneat, excepto militia primipilarum.

Lex 28. Idem aug. Nicostrato pp. Captivorum redemptionem per testamentum aut in verbum reliquerit, adimpleatur. Curas episcopi sit exigendi, et iudici ratione edat.

Lex 29. [30] *Idem a. Armacio pp.* Episcopalis actio omnium iudicum innotescat, et non decepta sit dignitas. *In ea legem abet: Tam venerando antistis sedem.* [1] *Idem in ipsam legem abet:* Qui pro episcopati electione premium acceperit, infamiam decoloratus.

Lex 30. [31] *Idem a. ad Dioscoro pp.* Orphanotrophiis est que [2] fideiussore res minorum et omnem utilitatem vindicet, que et notum faciat iudici et civium.

Lex 31 [32] *Idem a. Eritrio pp.* Nullus religiosus ad iudicia publica non vocentur in longinquiora terra, sed aput locum propinquum. *In ea legem abet:* clericus nullus persecutor [3] iniuriose conveniat vel convitia inroget. Qui hoc presumpserit, amittat honorem et substantiam. *In eam legem abet:* Clericum vel religiosum qui iniuste ad iudicium ducit, omnes expensas ei reddat.

Lex 32. [33] *Idem aug. Eritrio pp.* Episcopus si superstitem abeat fratrem quando decesserit, liceat de rebus suis testari.

Lex 33. Idem a. Eretrio pp. [34] Omnes privilegias locis venerabilibus serventur.

Lex 34. [36] *Idem a. Sevastiano pp.* Liceat, si vult dominus dare servo suo libertatem, ut fiat clericus.

Lex 35. [37] *Idem a. Sevastiano pp.* Cum domini per- [f. 7] missum servus monachus fit. Si post aliam causam redierit, ad servitium reportetur.

Lex 36. [40] *Impr. Iustinianus a. Archelao pp.* Si quis clericus *si peritus sit vel in disceptatione esse forensium, feriendis temeratoribus huius sanctionibus poenam quinquaginta librarum auri* multetur. [4]

[1] *Iust.* hanc sanctam et venerandam antistitis sedem. [2] *L.* Orph. absque. *H. ex coniectura* qui orphanotrophus est absque... [3] *S*[1] executor. [4] *Iust.* peritos se velint disceptationum... sanctionis.

Digitized by Google

Lex 37. [48] *Impr. Iustinianus a. Iohannes pp.* Ecclesia vel episcopus qui tota bona sua pauperes aut pro captivis erogandas per testamentum gessit, filius [1] exinde falcidia consequatur. Episcopis sit distributio.

Lex 38. [49] *Impr. Iustinianus aug. Ioh. pp.* Episcopus, presbyter, diaconus de adquisitione sua deliberet quomodo vult.

Lex 39. [50] *Impr. Iustinianus aug. Ioh. pp.* Ubi foris perscriptionem non potuit ut hii, qui in documentum reanuntiaverit. [2]

Lex 40. [51] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Episcopus et [f. 8.] cunctus clerus et monachi testari liceat, et omnibus debiles tutelam inpendere.

Lex 41. [53] *Impr. Iustinianus a. Ermogeni magistri officiorum.* Raptores sacrarum mulierum decollentur, et qui se ibi commiscuerunt. Res raptorum loca venerabilia, in qua fuerat dedicata, abeant in perpetuum, et exinde usumfructum mulier consequatur.

Lex 42. [54] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Sponsata [f. 8 v.] femina si post deo sacrata esse voluerit seu vir arrasque data fuerit, simplas recipiatur. *In ea legem abet: sine inminutione* maritus vel uxor res suas recipiant, et a parentibus non exeredentur. *Idem in ea legem abet:* Siquis deum servire dedicavit post seculum declinaverit, res ipsius ad locum venerabilem pertineant. *Idem in ea legem abeat: Quodsi inventi tali.* Iudeus, paganus, hereticus servo Christiano non abeant. Si abuerint, liberi fiant.

TITULUS III. [IV] De episcopali audientia et de diversis kap., quae ad ius curam pertinet.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. c. Iuliano comiti Orientis. Hereticum ad publicum pertinet. In negotium Christianis non ledatur.

Lex 2. Idem aug. ad Claudium pp. Clericus causa [3] finita episcopo apellaverit, [4] quinquaginta libras argenti poenam det.

[1] *Pro* filius *lege* nullus. [2] *Lege* non potuit uti, qui.... renunt. [3] *Adde* non. [4] *B.* appellaverit.

Digitized by Google

Lex 3. [3-4] *Impr. Gratianus et Valentinianus aa. Rufino pp.* [4] Deo dicata si turpe se egerit, infamis est.

Lex 4. Impr. Theod. Archad.et Honorius aaa. Rufino pp. [3] Die Pasce omnes a vinculo exsolvantur.

Lex 5. Impr. Honorius Arcadius aa. Gennadio pp. Guvernante rebus venerabilibus in obsequio Christianos abeant.

Lex 6. Idem a. Rufino pp. Quos synodus damnavit, nullus clericus vel monachus presumat defendere, sed imperatoris suggerat. [f. 9]

Lex 7. Idem aug. Eutuchiano pp. Que ab episcopo iudicata fuerit, non solvantur.

Lex 8. Impr. Arcadius, Honorius et Theodosius aaa. Theodoro pp. Episcopi in iudicio non apelletur.

Lex 9. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ceciliano pp. Dominico die de carcere persone non educantur iudex.

Lex 10. Idem a. Ceciliano pp. Mathematicis si codices non ante episcopo incenderint, foris civitate sit non docendo; nam exilio deportentur.

Lex 11. Idem a. Theodoro pp. Si Romanus Christianus de captivitate reversus fuerit, non iniurietur.

Lex 12. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. Liceat audire episcopum pro culpa rogantem.

Lex 13. Impr. Martianus a. Constantino pp. Religiosis aput episcopum determinent causas.

Lex 14. [15] *Impr. Leo et Antonino aa. Nicostrato pp.* Scolasticus non proferatur, nisi fuerit Christianus. Quodsi sub ingenio hoc fecerit, centum libras auri multetur, et alia poena, que iudici vel patroni eius sit.

Lex 15. [16] *Idem a. Eritrio pp.* Sponsa vel sponsus si a deo converti voluerit, simplas arras reddant.

Lex 16. [19] *Idem a. Eustacio pp.* Ut curialis catholicus sit.

Lex 17. [21] *Impr. Iustinianus a. Moene pp.* Qui a iudice in [f. 9 v.] provincia directus est erogari solidum et non accepit, contestetur ab alio iudice.

Lex 18. [24] *Impr. Iustinianus a. Demostenis pp.* Qui ex liberi

Digitized by Google

vel libertini nascuntur, vel si ab aliquo nutritus fuerit, liber permaneat.

Lex 19. [27] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Qui filiis suis curatorem constituit sive [1] fidemiussionem administret, prestito sacramento, ut fideliter agat, et sub inventaneum res suas recipiat. *Idem in ea legem abet:* Evangelia in omnes causas creandi sint.

Lex 20. [28] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Si freneticus [2] ad nuptias venerit, curator pro eo non spondeat, set ante curatorem et aepiscopum vel curialem et parentes ipsi spondeant.

Lex 21 [31] *Idem a. Iohanni pp.* Debitorem contra pupillum si abeat actionem, iudici petat illi constituere procuratorem aut episcopum petitionem porrigat.

Titulus V. De hereticis et Manicheis et Samaritanis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Dracilianum. Ubi nulla privilegia heretici sunt concessa.

Lex 2. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. ad Sperium pp. Que interdicta sunt heretici si [3] non removeantur; nec eorum iudicia valeant.

Lex 3. Impr. Arcadius et Honorius aa. Dearche pu. Heretici [f. 10] nichil suis ecclesiis vel dignitatibus defendat, si letanias die vel in nocte fecerint.

Lex 4. Idem a. et Theodosius a. Senatori pp. Manacheus puniatur de rebus suis nichil predeliberare. Filii si Christiani fuerint, liberi fiant.

Lex 5. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. Omnibus heresibus proibitum sit templum abere vel servo sibi libertare.

Lex 6. Idem aug. Leontio pp. Nestoriana secta [4] qui usus fuerit aut scribserit, substantiam amittat.

[1] *Lege* sine. [2] *Lege* frenetici filius. [3] *Lege* hereticis non....
[4] *Lege* nestorianae sectae libris.

Digitized by Google

Lex 7. Idem a. Florentio pp. Curialis quacumque [1] religione sit, administret publico.

Lex 8. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. Qui damnatione quarta sinodarum [2] non senserit damnationem hereticorum, rebus amissis exilio deportentur, et de militiam dignitatis cadant.

Lex 9. [10] *Iustinianus a. Eritrio pp.* Si quis heretica templa terra vindedit, ecclesie catholice efficiatur.

Lex 10. [19] *Impr. Iustinianus a. Demostenis pp.* Orthodoxis filiis heresiis patribus etiam nolentibus succedunt. *In ea legem abet: tamen easdem res:* hereticus si nullo propinquo Christiano reliquid, fiscus substantiam eius occupet. *Idem in ea legem* [f. 10 v.] *abet:* dum sui *patrimonii:* ubi filii hereseos patres secundum patrimonii quantitatem abere iubentur. [3]

Lex 11. [21] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Ubi non licet hereticis dare testimonium in causis, nisi contra hereticos.

Lex 12. [22] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Ubi non liceat hereticum heredem vel legatarium demittere in nullis penitus testamenta.

Titulus VI. Ne sanctum baptismum iteretur.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Gratianus et Valens aaa. Florianum vicarium Asiae. Qui fidem apostolicam non sequitur, hereticus est.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. Qui rebaptizat, puniatur.

Lex 3. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. Testamenta hereticus non faciat.

Lex 4. [I, 7, 6] *Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp.* Religiosus si in doctrina presidibus [4] declinaverit, tormentis exercetur.

[1] *S*[a] qualumque. [2] *Lege* damn. quatuor synodorum. *Verba* damn. heret. *glossam sapiunt.* [3] *Lege* ubi filios heresii (*i. e.* heretici).... alere iub. *Priora verba* dum sui patrimonii *ex genuinae const. verbis* secundum vim patrim. *prodierunt.* [4] *Lege* heresibus, *vel quid simile.*

Digitized by Google

TITULUS VII. De apostatis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Tauro pp. Si Christianus Iudeus factus fuerit, res ipsius infiscetur.

Lex 2. Impr. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. [f. 11] *ad Ypatium pp.* Ubi Christiana facultatis [1] si fuerit Iudeus effectus, publicentur.

Lex 3. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Flaviano pp. Si Christianus ereticus fuerit, nec ad testimonium veniat nec Christiani res adquirat.

Lex 4. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Basso pp. Christianus si ereticus factus fuerit, res suas non abeat potestatem extraneare, sed Christiani illi succedant heredes.

Lex 5. Impr. Theodosius et Valentinianus aa.Florentio pp. Quicumque servus seu ingenuum invitus res usuasione [2] plectenda ex cultu Christiane religionis in effandam sectam statumque traduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum censemus.

Lex 6. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio prefecto. Que catholicam ecclesiam vel orthodoxe fidei ammiserit, etiam fieri [3] ammissio puniatur.

TITULUS VIII. Nemini licet signum salvatoris Christi humi vel in silice aut in marmore sculpire vel pingere.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Theodosius aa. Eudexio pp. Crucem in turpis locis qui fecerit, suppliciis adfligatur. [f. 11 v.]

TITULUS IX. De Iudeis et celicolis.

Lex 1. *Impr. Antoninus a. Claudio Triphonino.* Ubi dicit, quod Cornelia Aquilia quod in Antiochia legavit, solvi non potest.

Lex 2. [3] *Impr. Constantinus a. ad Esigravio pp.* Si Iudeus a

[1] *Lege* Christiani facultates. [2] *Lege* invitum vel suas. [3] *Lege* imperii: *Iust.* extra imperii solum repelli.

Digitized by Google

Christianitate converti voluerit et Iudeis condempnaverit, igni eos iubemus concremari.

Lex 3. [4] *Impr. Valentinianus et Valens aa. Renagie magistro officiorum.* In sinagoga ospites dentur. [1]

Lex 4. [5-6] *Impr. Valentinianus, Gratianus et Theodosius aaa. Ginegio pp.* [6] *Ubi dicit:* ne Christianus abeat uxorem Iudeam et Iudeus Christianam.

Lex 5. [7] *Idem a. Infantio comiti Orientis. Ubi dicit:* Nullus Iudeus *iuxta legem suam nuptias sortiatur.*

Lex 6. [8] *Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Eutichiano pp.* Christiani cum Iudeo vivendi nichil commune abeant.

Lex 7.]9] *Impr. Arcadius et Honorius aa. Iudeis.* Ut nullus eis pretia ponat.

Lex 8. [10] *Idem a. Eutichiano pp.* Ubi Iudei curiales sint inter eos.

Lex 9. [11] *Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp.* Iudeis festivitates incendere et Christi cruce dedicare. [2]

Lex 10. [12] *Idem a. Iobio pp. Celicolarum nomen inaudito.* [f. 12] *Quicquid a fide* Christiana *discrepat,* contra legem est.

Lex 11. [13] *Idem a. Ioh. pp.* Sabbato die Iudeus nec Christianus inquietetur pro causa Iudei.

Lex 12. [14] *Idem a. Filippo.* Iudeus si non contra legem Christianam temptaverit, non inquietetur nec sinagogam eius.

Lex 13. [15] *Idem a. Aureliano pp.* Si Christianus cum Iudeo causam abuerit, publice cum eo dicat.

Lex 14. [16] *Idem a. Asclepiodoro.* Si Iudeus Christianum circumciserit, exilio damnetur.

Lex 15. [17] *Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Ioh. comiti sacrarum largitionum.* Omnes Iudeis pro sinagogis suis reditibus censum solvat.

Lex 16. [18] *Idem a. Florentio pp.* Iudeus nullus officium mutatur, et qui synagoga edificaverit, quinquaginta libras poenam det.

[1] non dentur? [2] *Adde e. g.* non licet.

Digitized by Google

TITULUS X. Ne Christianum mancipium hereticus vel paganus vel Iudeus abeat vel possedeat aut circumcidat.

Lex 1. Impr. Constantinus ad Euacrium pp. Nullus hereticus Christianum servum abeat, et qui in lege sua eum fecerit, occidatur.

TITULUS XI. De paganis sacrificiis et templis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Taurum pp. Templa paganorum distrui et maleficos occidi et res eorum fiscari.

Lex 2. Impr. Gratianus Valentinianus et Theodosius aaa. Ginegio pp. Pagani puniantur. [f. 12 v.]

Lex 3. Impr. Arcadius et Honorius aa. Macropio et Proculiano vicariis. Ornatum publicum non dissipari absque iussione principis.

Lex 4. Idem a. Apollodoro proconsuli Africae. Voluptatis ludum publice celebrentur absque sacrificium.

Lex 5. Imp. Honorius et Theodosius aa. populo Cartaginensis. Fiscalia mura, si necesse fuerit, ecclesia vindicetur Christianus.

Lex 6. Idem a. Asclipiodoto pp. In Iudeis et paganis Christiani non inruant predare. Qui hoc presumpserit, dupplum reddat.

Lex 7. Impr. Valentinianus et Marcianus aa. Palladio pp. Qui sacrificant idolis puniantur.

Lex 8. Imp. Leo et Anthemius aa. Dioscoro pp. Sacrificia non fiant. Qui enim dederit locum, in quo templum paganis fiant, ab honore dignitatis cadat, et acro [1] fisco solvitur.

TITULUS XII. De his, qui ad ecclesia confugiunt, vel ibi exclamant.

Lex 1. Impr. Arcadius et Honorius aa. Archelao prefecto Augustalis. Iudeus si crimen vel debitum ad ecclesiam fugerit et Christianus factus fuerit, absolvatur a debito et a culpa.

[1] sacro?

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ioviano pp. Qui de ecclesia hominem traxerit, puniatur.

Lex 3. [4] *Idem a. Hemerio pp.* Servus si armatus in ec- [f. 13] clesia fugerit, requisitus dixerit pro timore culpa cedatur. Si enim confidens in ecclesiam armatus se defendi, exinde tradatur.

Lex 4. [5] *Impr. Martianus a. ad populum.* Qui seditionem in ecclesiam fecerit, ad supplicium veniat.

Lex 5. [6] *Imp. Leo a. Eritrio pp.* Qui de ecclesia hominem traxerit vel tradiderit, occidatur. *In ea lege dicit:* Ubi ea, que sunt necessaria corpori, fugacibus sacrosanctis ecclesiis non posse denegari, et intra secta ecclesiae abitare liceat et procuratore pro se ordinare.

Titulus XIII. De his, qui in aecclesia manumittuntur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Protegene episcopum. Ubi in ecclesia manumittuntur servi, ut scriptura fiat.

Titulus XIV. De legibus et constitutionibus principum et edictis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Bassum pp. Omnibus liceat leges conspicere.

Lex 2. Imp. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [2-3] Lex, que in una persona data est, in cunctis proficiat. Concessa beneficia penitus retractari non liceat.

Lex 3. Idem a. ad Senatum. [2] Omnes iussiones imperiales, que ex petitione vel ex cause date sunt, in ipsis solis personis ut leges valeant, non in aliis causis.

Lex 4. Idem a. ad Volusianum pp. [5] Ubi poene, [1] qui excludentes sensum verba pro parte proferunt.

Lex 5. Idem a. Florentio pp. Qui contra lex agit, [f. 13 v.] penis subiacebit. Quid autem contra leges factum fuerit, scriptura

[1] *Supple e. g.* statuuntur contra eos.

Digitized by Google

vel sacramenta pro infectis abeantur. *In ea lege dicit: Lege contrahere proibentes. Idem in ea lege dicit:* Quod lex fieri non vult, proibuit. *Idem in ea lege: Quasi expressa legis. Idem in ea lege:* Ubi lex quod non proibet, ammitti. *Idem in ea lege: proibente censuimus, certum est.* Ubi contra leges pacta penitus non valeant.

Lex 6. Idem a. Florentio pp. Beneficia legis non cassentur.

Lex 7. Idem a. Cipro pp. Lex ut supra.

Lex 8. Idem a. ad Senatum. [7] Causa, que non est ante finita, sub presente lege finiatur.

Lex 9. Imp. Valentinianus et Martianus aa. ad Palladio pp. [8] Qualis lex debet hac recipi: que in Senatum non est recepta, nec valere liceat.

Lex 10. Imp. Zeno a. Palladio pp.[1] [9] Leges que profunde vel dare[2] posite sunt, licet imperatori maturissime tractare et emendare.

Lex 11. [12] *Imp. Iustinianus a. Demosteni pp.* Iudicatum imperatoris legem esse etiam in aliis similibus causis.

Titulus XV. De mandatis principum.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. ad Euxinnium pp. Omnis dignitas[3] potentis per sacris constitutionibus declaretur.

Titulus XVI. De Senatusconsultus. [f. 14]

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aa. ad Senatum. Ubi qui contra Senatusconsultum sacrum scriptum impetraverit, cum ammissionem tertiae partis patrimonii infamiam notatur.

Titulus XVII. De veteri iure enucleando et de auctoritate iurisprudentium, qui in digestis referunt.

Lex 1. Imp. Iustinianus a. Tribuniano viro eminentissimo questori[4] *sacri palatii.* Ubi a Iustinianus leges laudantur. *In ea lege:* Ubi comentaria iuris perhibet fieri[5] leges novas.

[1] *Inscr. ficta est ex inscripp. c.* 9 *et* 11. [2] *Vel* clare: *lege* dure. [3] Omnes dignitates *B.* [4] *S*[a] questore. [5] *Lege* prohibet fieri in.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. Ubi connumerantur omnes leges, que ordinate sunt. *In ea lege abet:* Legibus nichil esse contrarium. *Idem in ea lege* (§ 15): Ubi contrarium in constitutionibus non invenitur.

Titulus XVIII. De iuris et facti ignorantiam.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Maximo militi. Si in iudicio, que legibus fuit, pretermisisti, addictus subvenitur tibi.

Lex 2. Idem a. Iubenali. Si ereditatem matris tue repudiasti subveniri tibi [1] potest.

Lex 3. Impr. Philippus a. Marcelle. Filius emancipatus si intra anno adire bona non petit, excluditur.

Lex 4. Impr. Maximianus et Dioclitianus aa. Iuliane. [f. 14 v.] Post divisionem testamenti si vitio invenitur, divisio resolvitur, que acta fuerat.

Lex 5. Imp. Constantinus et Maximianus aa. et centum [2] *Martiali.* Pater ex maternis bonis deliberare non potest.

Lex 6. Idem a. et c. Tauro et Pullioni. Per errorem transactio facta replicari non potest.

Lex 7. [8] *Idem a. et c. Dionisie.* [7] Error factus in iudicio repeti potest: causa finita non licet.

Lex 8. [7] *Idem a. Zoe.* [8] Testamentum non legibus factum evellitur.

Lex 9. Idem a. et c. Gaio. Ubi nullus error factus, replicatio non sit.

Lex 10. Idem a. Anphye. Qui lege ignorat, que non debebantur solvet, repetere [3] potest.

Lex 11. Impr. Constantinus a. Valeriano vicario. Ignorans ius minor aetati que contra se fecit, resolvitur.

Lex 12. Impr. Valentinianus et Theod. aa. Flaviano pp. Leges ignorare aut desimulare non licet.

Lex 13. Impr. Leo et Anthemius aa. Eritrio pp. Non facile sit

[1] *Adde* non. [2] *Lege* cc. [3] non *add.?*

Digitized by Google

mulieribus factum suum retractare. Quodsi per ignorantia se gravavit, subveniatur, quod lesa est, recipere.

TITULUS XIX. De precibus imperatori offerendo, et de quibus rebus supplicare liceat vel non.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Firmine. Serviles preces non facile audiantur; tamen cognita eius culpa, in eum resicetur. [f. 15]

Lex 2. Impr. Constantinus a. Severo pp. Oblatas preces imperatoris, quod ius tardius detur, valeant. que non iuste alio ledet.

Lex 3. Idem a. ad populum. Contra ius postulare non licet.

Lex 4. Imp. Valentinianus, Gratianus et Theod. aaa. Florentio pp. Quidquid ad reddendum debitum indutias postulat, fideiussorem det.

Lex 5. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Volusianum pp. In secundis convictus est, quem prefectus addixit, imperatori interpellare non licet.

Lex 6. Impr. Honorius et Theod. aa. Ysidoro pp. Qui ab imperatore scriptum meruit, non requiratur, per quem egit.

Lex 7. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. Ubi contra ius imperata non valent, preter si alium non noceat et ipsum iubat.

Lex 8. Idem a. Florentio pp. Ubi per oraculum instrumentis nichil adiungitur per exemplaria.

TITULUS XX. Quando libellus principi datus litis contestationem facit.

Lex 1. Impr. Honorius et Arcadius aa. Remigio prefecto Augustali. Qui imperatori interpellat, interrumpit tempora.

Lex 2. Imp. Iustinianus a. Mene pp. Oblatas preces imperatori et dato rescripto, ex eo interrumpit tempora.

TITULUS XXI. Ut lite pendente vel post provoca- [f. 15 v.] tionem aut definitiva sententia nulli liceat imperatori supplicare.

Lex 1. Imp. Alexander a. Caperio. Qui in iudicio addictus est, non apellavit, post imperatore si interpellavit, non illi subvenitur.

Digitized by Google

Lex 2. Imp. Constantinus a. Probiano suo salutem. Qui ante causa finita supplicaverit, condemnetur adversario suo.

Lex 3. Idem a. ad universos provinciales. [2] Qui ante lite [1] finita interpellaverit vel imperatori interpellaverit, [2] poena supplicii consequitur.

TITULUS XXII. Si contra ius utilitatemve vel per mendacium fuerit quid postulatum vel interpellatum.

Lex 1. Imp. Dioclitianus et Maximianus aa. Gregorio. Que ab inperitis recognita et iudicata sunt, retractari non licet.

Lex 2. Idem a. Statie. Interpellatio deposita, vera aut mendacia liceat audiri et resecari.

Lex 3. Imp. Constantinus a. ad Bassum. Decem libras auri iudex multetur, qui interpellationem de falsis audire noluit.

Lex 4. Idem a. ad Pompeio. Convincta persona, inquisitio causae non pretermittatur.

Lex 5. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. [6] Petitas imperiales iussiones si lege non concordant, nichil sint. [f. 16]

Lex 6. Impr. Anastasius a. Matroniano pp. Omnes iudices non presumant absque leges iudicare.

TITULUS XXIII. De statuis et imaginibus. [3]

Lex 1. Imp. Alexander a. Supero. Si unus meruit sacra, proficiat et fratribus eius in eadem causa.

Lex 2. Idem a. Pagatho. Falsa sacra virtutem obtinere non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Crispino praesidi provinciae. Sacra imperatori subscripta insinuetur, non exemplaria.

Lex 4. Imp. Constantinus a. ad Lysitanos. Absque die auctoritates legitur, nichil est.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. ad Nicetium

[1] *S.* lite lite. [2] supplicaverit? [3] *Est rubrica t.* XXIV.

Digitized by Google

prefectum annone. Cuicumque [1] dignitatibus aliquis invidus est aut obviari, sacrilegis est.

Lex 6. Imp. Leo a. Hilariano magistro officiorum et Patricium. Sacri adfatus. Subscriptio imperatoris ex opere fiet. Qui imitaverit, amissis rebus, puniatur.

Lex 7. Imp. Zeno a. Sebastiano pp. Ubi praugmaticam iussionem in causis tantum infrascriptis dari precepit.

Titulus XXIV. De his, qui ad statuas confugiunt. [2]

Lex 1. Imp. Honorius et Arcadius a. Theodosio pp. Iudex si statuas absque iussu principis sibi sociaverit, emolumenta, quas accepit, quadrupplum reddat et sit infamis. [f. 16 v.]

Lex 2. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Actio pp. Statuas vel imagines imperatori erectas reverentiam abeat.

Lex 3. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio pp. Imperator imagines et statuas non iniurentur.

Lex 4. Idem a. ad Nomun comitem et magistro officiorum. Ubicumque statuas vel imagines imp. dicta fuerit constituenda, non gravetur populus, sed cuius statua est.

Titulus XXV. De his, qui ad statuas confugiunt.

Lex 1. Imp. Valentinianus, Theod. aaa. et [3] *Arcadius, ut supra Quinegio pp.* Qui ad statuas confugit liberetur.

Titulus XXVI. De officio prefectorum pretorii Orientis et Yllirici.

Lex 1. Impr. Alexander a. Theodoto. Petitiones si prefecto dedisti, non est contestatio.

Lex 2. Idem a. Restuto. Data a prefecto probatoria valet.

Lex 3. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. Tatiano pp. Prefectus si in provincias rectores ordinaverit et male egerit, liceat in eis vindicare.

[1] *B.* quicumque. [2] *Est rubrica t.* xxv. [3] *S*[a] ut.

Digitized by Google

Lex 4. Idem a. Adeo comiti et magister utriusque militiae. Prefecto liceat dare militias.

Lex 5. Impr. Arcadius, Honorius et Theod. aaa. Anthimio pp. Pro remedia necessitatis administrationem publicam prestantur [1] ad prefectum dirigantur. [f. 17]

TITULUS XXVI [XXVII]. De officio prefecti Africe et de

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Archelao pp. Africe. Ordinacionem facit Iustinianus a. in Africa. *In eadem lege abet:* Per singulas scrinias ordinationem annonarum et capitus prefecto Africae et ducibus et exercitui eius. [2] *In ea lege abet.* [3] *Ad Belesarium magistri militum.* De laudes et victorias Belesarii et ordinatione militum, et conprovinciales [4] ledantur.

TITULUS XXVII [XXVIII]. De officio prefecti urbis.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Volusianum pp. Ubi dicit, de annonam civilem ministrare.

Lex 2. Idem a. ad Amphelium. Ubi dicit, ut nullas personas de provincias advocandas, nisi tantum per officium suum.

Lex 3. Impr. Gratianus et Valentinianus aa. ad Rufinum pp. Ubi dicit: Cuncti, qui intra urbem sunt, antecellant potestatibus.

Lex 4. Impr. Theod., Valentinianus et Arcadius aaa. Severine comiti sacrarum largitionum. Omnia corpora *genera,* que sunt Constantinopoli, prefecture urbane moderantur.

TITULUS XXVIII [XXIX]. De officio magistri militum.

Lex 1. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theod. aaa. ad Eusignium pp. Viri inlustres comites et magistri peditum et equitum. In ea lege abet: Prefectus in milites non abeat potestatem. [f. 17 v.]

Lex 2. Imp. Honorio et Theodosio aa. ad Ypatium magistro militum

[1] praecantur? [2] *Cfr.* § *43 et c. 2.* [3] *Inscr. et summa* c. 2, *summae c.* 1 *iunguntur.* [4] *Lege* ne prov.

Digitized by Google

per Orientem. Apparitores, qui in obsequium magistri militum sunt, nullum conveniant ad eius iudicium plecare.

Lex 3. Imp. Zeno a. Sebastiano pp. Tributiorum causas iudex militum non exerceat, sed cui commissum est.

Lex 4. Imp. Anastasius a. Iohanni magistri militum per Illiricum. Milites de Ynliricum alibi non transponantur absque imperiali iussione.

Titulus XXIX.

Constitutio greca et latina. [1]

Titulus XXX. De officio questoris.

Lex 1. Impr. Theodosius a. Ubi dicit: Omnes laterculi minores ad eius dignitatem pertinere.

Lex 2. Idem a. Elimoni comiti et magistri officiorum. Ubi dicit: Laterculi minores ad curam esse questoris, media ad magistri militum potestatem.

Lex 3. Imp. Anastasius a. Eusebio magistri officiorum. Conductionem, que pertinent ad viros devotos scrinii memorie, [2] sine subscriptione impr. non liceat pergere. [3]

Lex 4. [3] *Imp. Anastasius a. ad Eusebium magister officiorum.* De officio questoris sua voluntate in alia provincia abierit, et bonis suis amittat: per rectorem provincie inquiratur sub pena tres librarum auri.

Titulus XXXI. De officio magistri officiorum. [f. 18]

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad agentes in rebus. Ordinatio officii [4] magistri officiorum.

Lex 2. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. ad Principum magistri officiorum. Ubi dicit: Unusquisque ad locum suum.

[1] *Cfr. Krüger ad C. Iust.* I, 29, 5. [2] *Iust.* in sacro scrinio memoriae militantes. [3] *Iust.* peragere. [4] *S*[a] officio.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Plegetio comiti et magistri officiorum. Ubi dicit: Scolaribus omnem privilegium ei conservetur.

Lex 4. Idem a. Nonno magistro officiorum. [4-5] In omnem limitem abeat sollicitudinem. *In ea lege*[1]*:* Scolari, si absque probaturia inveniatur, proiectus de militia, viginti libras auri det poena, nec liceat quis alterius locum comparare.

Lex 5. Imp. Iustinianus a. Tatiano mag. officiorum. Ubi dicit: Devotissimorum scolariorum sine probaturia inter eos non esse.

TITULUS XXXII [XXXIII]. De officio comitis rerum privatarum.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Honoratum consularem Bizacii. Si quid negotiorum fuerit,[2] *in quibus aliquid commodi fiscalis,*[3] *ad officium* eius peragat.

Lex 2. Impr. Honorius et Arcadius aa. Minerio comiti rerum privatarum. [3] *Cognitionem comitive* privatarium urbis prefectus sibi non vindicet: quinquaginta librarum auri inferat.

TITULUS XXXIII [XXXV]. De officio proconsulis et legati. [f. 18 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Iuliano proconsuli Africae. Legati non solum civiles, sed etiam in reos inferat.

Lex 2. Imp. Arcadius et Honorius aa. ad Simplicium proconsule Africae. Officium Ellisponti consulari. Angarias[4] incommode ad aparitoribus exigantur.

TITULUS XXXIV. [XXXVI] De officio comitis Orientis.

Lex 1. Impr. Leo a. Puseo prefecto. Titulum Alitarcie cura uu. s. comitibus Orientis, Siriarchie[5] uu. cc. viros moderantes provinciam.[5]

[1] *Quae sequuntur ex c. 5 deducta sunt.* [2] *Iust. add.* actitatum. [3] *Iust. add.* appareat. [4] *Adde* non. [5] *Iust.* Alyt. quidem ludi cura viri spectabilis comitis Orientis.... Syr. vero sollicitudine viri clarissimi moderantis provinciam.

Digitized by Google

TITULUS XXXV. [XXXVII] De officio prefecti Augustalis.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. et Arcadius aaa. Florentio prefecto Augustali. Hominem tributam [1] per Egyptiacam diocesim curam et provisionem peragat.

Lex 2. Imp. Theod., Honorius et Archadius aaa. Rupho pp. Et *prefectus Augustali sub se iudicium* [2] *examinandi vel puniendi abeat potestatem.*

TITULUS XXXVI. [XXXVIII] De officio vicarii.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. Anthonio pp. In civilibus causis vicarius comitibus militum convenit anteferri.

Lex 2. Idem a. Eserium pp. Relationes vicariorum imperatori referantur.

TITULUS XXXVII. [XXXIX] De officio pretoris.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Senatum. Ut, si in integro restitutio referenda est. Tutores et curatores *dqndi seu ordinandi* inquisitio. Liberos suos patre vel emancipati [3] abeant potestatem. [f. 19]

Lex 2. Impr. Valentinianus et Martianus aa. Tatiano pp. Tres tantummodo pretores per singulos [4] *Senatus preciperat ordinari. Qui proprium larem in hac urbe abet,* ipse ordinetur, non de aliis provinciis.

XXXVIII. [XLI] Ut nulli patrie sue administratio sine speciali permissu subprincipis permittatur.

TITULUS XXXIX. [XL] [5] De officio rectoris provincie.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iuliano. Rectori provincie liceat causam audire.

[1] *Lege* omnium tributorum. [2] *Lege* iudicum. [3] *H. con.* emancipandi. [4] *Adde* annos iudicio. [5] *Duorum versuum spatium in codice vacat.*

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Maximum preside.[1] Provincie rector requirat [2] si potest minorem obprimere.

Lex 3. Idem a. ad provinciales. Rector audiat et finiat omnes causas, et que provinciales suggesserint, principi renuntient.

Lex 4. Idem a. ad Periclem presidem. Rectori sollicitudo sit, qui contra utilitate publica gerunt, vindicet vel prefecto renuntiet.

Lex 5. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Probianum pu. Minor dignitas maiori prebeat honorem. In utilitatem rei publice si minor meliorem provisionem viderit, nec exasperetur, nec ad iniuriam reputetur.

Lex 6. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius [f. 19 v.] *aaa. Ciro pp.* Iudex si naves conpellerit in hyverno navigare, centum quinquaginta libras argenti det fisco.

Lex 7. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Cinegio pp. Qui ordinaria dignitate cedit, futura utilitate publica ordinat, [3] poena subicitur.

Lex 8. Idem a. Cinegio pp. Iudex si negotium eodem loco iusserit, ipse et officium eius substantiam amittat.

Lex 9. Idem a. Polimio pp. Illirici. Moderator sine iussione imperatori nichil presumere agat. [4] Nam multatur.

Lex 10. Impr. Archadius et Honorius aa. Elimino comiti sacrarum largitionum. Iudex nullum commertium agat.

Lex 11. Impr. Honorius et Theodosius aa. Theodoro pp. Moderator non permittat potentiorum actores perpera agere.

Lex 12. Idem a. Monaxio pp. Apparitores si perpera egerint, fustigentur.

Lex 13. [14] *Impr. Leo a. Constantino pp. Siquis coartalibus* presumpserit *regimen provincie vel cingulum cuiuslibet militie* vel per imperiali iussione contra inlicita fecerit. [f. 20]

Lex 14. [15] *Idem a. Constantino pp.* Nullus iudex pretermittat pretorio vel palatio et in privata domo abitet, nec tritica publica

[1] Preside: *est initium genuinae const. etc.* [2] *Iust.* si quis potentiorum [3] *S.*[a] ornat. [4] audeat?

Digitized by Google

in domo privata ponat. Qui hoc presumpserit, quinquaginta libras auri det fisco.

Lex 15. [9] *Impr. Honorius et Theodosius aa. Polimio pp.* Moderator provinciae absque iussiones principis si exierit, multatur.

Lex 16. [10] *Impr. Archadius et Honorius aa. Polymio consularum.* [1] Palatinus officium non observat, nec commertium exerceat.

Lex 17. [14] *Impr. Leo a. Constantino pp.* [11] Iudici liceat, qui perpera agit, resecare.

TITULUS XL. [XLIII] De officium praefecti vigilum.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Nebrio pu. Prefectus vigilum personam, quam occidat, iudici manifestetur.

TITULUS XLI. [XLV] De officium civilium iudicium.

Lex 1. Impr. Arcadius, Honorius et Theodosius aaa. Curtio pp. Honoratas personas si casum [2] habent, cum iudice non resideant.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. Si quis pro utilitate publica agendum opprimitur, si iudicem interpellat et non illum vult audire, triginta libras auri fisco det. [f. 20 v.]

TITULUS XLIV. [XLVI] De officium iudicum militari.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. comitibus et magistri utriusque militiae. Comes in causa privata non se misceat.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Monaxio pp. Ut miles executionem [3] curialem vel privatum hominem ad iudicium non conpellat. Qui hoc presumpserit, quinquaginta libras auri det fisco.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Theodosius aa. Anatholium mag. militum. Qui spectabiliorum militiam precesserunt, post minorem militiam adquisierit, tertiam partem bonorum adscribantur.

[1] *Lege* com. sacrarum. [2] *Lege* causam. [3] *H. con.* per executorem. *Cfr.* I, 47, 1.

Digitized by Google

Lex 4. Idem a. non [1] *magistri officiorum.* Duces militum in ipsis militibus commorari.

TITULUS XLV. De officium civilium iudicum.

TITULUS XLVI. [XLVII] Ne comitibus rei militaribus vel tribunis labacra presentetur. [2]

Lex 1. Impr. Honorius et Arcadius aa. Anthemio pp. Valnea nullis dignitatibus abstineantur.

TITULUS XLVII. [XLVIII] De officio diversorum iudicum.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Domitium Celsum vicarium. Si iudex matremfamiliam per executorem de domo traxerit in publico, capite puniatur. [f. 21]

Lex 2. Impr. Valentinianus, Theod. et Archad. aaa. principibus [3] *pu.* Honoratas persona non conveniantur, nec in alterius carta subscribat.

Lex 3. Idem a. Constantino pp. Galliarum. Apud principem honoratas personas temerario ausus ingressus fuerit, tres libras auri det. Honoratas personas in consisturio ingressus iudex illi honorem sedendi non optulerit, tres libras auri det.

TITULUS XLVIII. [XLVIIII] Ut omnem tam civiles, quam militares iudices post administrationem depositam per quinquaginta dies in civitatibus vel certis locis permaneant.

Lex 1. Impr. Zeno a. Sevastiano pp. Omnes, qui in cingulo fuerint, quando illi succeditur, quinquaginta dies in civitate habitet in publico, ubi egit. Sin autem fugierit, multatur quinquaginta auri libras, sed et causam dicit. Si iudex intra viginti et septem dies [4] non eas finierit, decem libras auri det fisco.

[1] *Lege* Nomo. [2] *Lege* praestentur. [3] *Iust.* ad Principium. [4] *Iust.* intra viginti dierum spatium: *hinc corruptela.*

Digitized by Google

TITULUS XLIX. [L] De officium eius, qui vicem alicuius iudicis optinent.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Domitio. Vicarum iudicis [f. 21 v.] audita utilitate publica non neglegat.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Anticho[1] *pp.* Prefectus audiat vocem pupilli, ut ordinet tutorem vel curatorem.

TITULUS L. [LI] De assessoribus et cancellariis iudicum.

Lex 1. Impr. Maximianus et Dioclitianus aa. Paulino. Iudex habeat consiliario.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Bassum pu. Prefecto,[2] conventionali si solus assessor subscripserit, exilio deportetur.

Lex 3. Impr. Archadius a. Messale pp. Iudici consiliarii et cancellarii et domestici post cingulo quinquaginta dies eodem loco sint, et quos gravavit, quadrupplum reddant. Medietas sit quem gravavit, et alia fisco.

Lex 4. Impr. Theodosius et Archadius aa. ad Cecilianum vicarium. [5] Domestici vel cancellarii, qui in provinciam administraverunt,[3] post expleto tempus neminem inquietet.

Lex 5. Impr. Honorius et Theodosius aa. Seleucho pp. [6] Ut supra, et qui aliter presumpserit, decem libras auri multetur.

Lex 6. Idem a. Vitaliano duci Libiae. Domesti vel duces [f. 22] post impleta militia non rei tenentur in ea militarem:[4] poenam decem librarum auri multa det.

Lex 7. [8] *Idem a. Asclepiodoto pp.* [7] *Velut castrensem peculium filiusfamilie adsessores etiam post patris obitum vindicet.*

Lex 8. [7] *Idem a. Eustasio pp.* [8] *Nullus iudicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum adducere audeat.*

Lex 9. Imp. Theodosius et Valentinianus aa. ad Taurum. Si post depositam administrationem iudicum querimoniam provincialium vel *curialium fuerint,* in *iudicio legibus tradantur.*

[1] Antiocho *B.* [2] *Adde* libello? [3] *S.*[a] admiserunt. [4] *H. recte con.* retinentur in ea militare.

Digitized by Google

Lex 10. Idem a. Florentio pp. In sua provincia adsessor moderatori quattuor menses fuerit, bona eius proscribatur.

Lex 11. Idem a. Zoilo pp. Orientis. Iudici qui adsessor fuerit, ultra inmunitates publicas non faciat.

Lex 12. Impr. Martianus et Valentinianus aa. Palladio pp. Iudici liceat sibi facere consiliarium, et si male agit, multet illum.

Lex 13. [14] *Impr. Iustinianus a. Demostheni pp.* Consiliarius uno tempore duabus potestatibus non sit. Si fuerit, decem libras det fisco. [f. 22 v.]

TITULUS LI. [LII] De annonis et capitis administrationum vel assessorum aliorumve publicas sollicitudines gerentium vel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates.

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. Omnes iudices capitum et emolumenta in auro accipiant.

TITULUS LII. [LIII] De contractibus iudicum vel eorum, qui sunt circa eos, et inibendis donationibus et in eos faciendis, et ne administrationis tempore proprias sedes aedificent.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Moenae pp. Iudici nichil liceat comparare absque iussionem principalem: qui dedit, si vult, recipiat: edisque [1] veste et alimenta: nec edificari: hoc nec cancellario, nec domestico, nec consiliariis liceat.

TITULUS LIII. [LIIII] De modo multarum, que a iudicibus infliguntur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Firmo. Si iudex hominem multaverit iniuria, infamis videtur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Decimo. Procuratore fisci non multetur. [f. 23]

[1] exceptis *add.* ?

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Gordianus a. Celeri. Curatores rei publice non multentur.

Lex 4. Impr. Gratianus, Theodosius et Valentinianus aa. Eutropio pp. Prefecto quinquaginta librarum auri multetur.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. ad Pretextatum pp. [I, 55, 7] [1] Defensores civitatis si quem cognoverit malum penetrasse, conprehenso iudici perducat.

Lex 6. Impr. Honorius et Archadius aa. Messale pp. In eos, *quos culpa* respicit [2] *obnoxios,* multa duas uncias auri; proconsolares *senarum unciarum auri.*

TITULUS LIV. [LV] De defensoribus civitatum.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. Senice. Defensor civitatis usque ad quinquaginta solidos causam audiat.

Lex 2. Idem a. ad Probianum pp. Defensores civitatis ex curiale non fiant.

Lex 3. Idem a. et Gratianus a. ad Senatum. Decet deiectis personis defensores solis solacia prestare.

Lex 4. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Theodoro defensor civitatis. Defensor quinque annis sit, et [f. 23 v.] prevideat gravamen provinciae, et libertas sit illi *ingrediendi* [3] et suggerendi.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Potamio augustali. Defensores ab omni pravitate defendat provinciales et curiales.

Lex 6. Idem a. Tatiano pp. [7] Defensores civitatis, si quem cognoverit malum penetrasse, conpreenso iudici perducat. [4]

Lex 7. Impr. Honorius et Archadius aa. Ceciliano pp. [8] Defensor cum consilio episcopi et clerici et populi et curialium fiat.

Lex 8. Impr. Honorius et Theodosius aa. Cecilio pp. Defensor non sit lesor sed iubator omnium, et querellas lesorum in aures iudicum referre debeat.

[1] *V. infra* I, 54, 6. [2] *Iust.* reddit. [3] *scil.* ad iudicem. [4] *V.* I, 53, 5.

Digitized by Google

Lex 9. Idem a. Cecilio pp. Provinciales *iniurias seu lesiones* [1] *actorum confectio a defensoribus* fiat.

Lex 10. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. curialibus et defensoribus. [2] Defensor si ab usu proprio se removerit, treginta libras auri det fisco.

TITULUS LIV. [LVI] De magistratibus et municipalibus. [f. 24]

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Florentium pp. Curiales exactionem ante tres menses adnuntiet.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens a. ad Germanum. Magistratus conficiendorum actorum faciant. [3]

TITULUS LV. [LVII] De officia iurici Alexandriae.

Lex 1. Leo et Anthemio aa. Alexandro duci et prefecto Augustali. Iubemus apud Alexandrinae dumtaxat clarissime civitatis iuridicum licitum et concessum esse singulis quibuscumque volentibus donationes conscriptae sollemniter instrumenta servare, eisdemque robor adiciet gestorum seriem apud eundem virum confecta, quam si apud virum clarissimum confecta moderatorem provinciae vel magistratus vel defensorem plebis fuisse abita diceretur. Dato Kal. Sept. Constantino Zenone et Marco conss.

TITULUS LVI. [XLII] De quadrimenstrum tam civilium, quam militarium.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER CONSTITVTIONVM SECVNDVS ADNOTATIONVM [f. 24 v.]

CODICVM FELICITER. [4]

Lex 1. Impr. Severus a. Manlio. Commodatas pecunias probet et traditiones sibi fieri per officium petat.

[1] *Intell.* Provincialibus in. seu laes. contestari cupientibus. [2] *Iust.* Cyro pp. [3] *Iust.* habeant potestatem. [4] *Supple:* Tit. I. De edendo.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Antonius et Severus aa. Fausto. Fides veritatis et per publica scrinia amittantur. [1]

Lex 3. Idem aa. et Valentinianus. Causam incoatam et non finitam postea et alibi dici potest.

Lex 4. Impr. Antonius a. Phafrodito. Actionem, quem proponis, probare debis: adversario tuo ut proferat documenta, non compellis.

Lex 5. Impr. Alexander a. Valentine. De mutuatas pecunias de ratiociniis fides creditoris admittitur.

Lex 6. Idem a. Uranio. Adversario petere sibi edere ratione iustum est.

Lex 7. Idem a. Valenti. [8] Nullus compellatur contra se documenta ostendere.

Lex 8. Idem a. Floro. Ex instrumentis eius, qui conve- [f. 25] *nitur,* petitor instrui. [2]

Titulus II. De in ius vocandum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Triphoni. Ubi non licet marito [3] uxore in ius vocare sine permissum iudicis.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Nocturno. Si libertus heredes patroni in iudicio vocaverit, poena subiaceat.

Lex 3. Imp. Dioclitianus et Maximianus aa. Rogane. Filiusfamiliae patrem in iudicio non petat, emancipatus sub reverentiam petat; matrem an non. [4]

Titulus III. De pactis.

Lex 1. Impr. Severus a. Philippo. Pactum inter patrem et filium de substantiam, qui prius moreretur, valeat.

Lex 2. Impr. Severus et Antonius a. Claudio. Ubi venditor ad auctorem suum redire non potest, pulsatus dare vendita si auctore pretermisso perdedit.

[1] *Lege* admittatur: *cfr. l.* 5. [2] *Adde e. g.* non debet. [3] *Pro* marito *lege* manumissoris. [4] *Iust.* quod et in matris persona observandum est.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Restuto. Ubi ad lucrum et non ad damnum domini proficit industria. [1]

Lex 4. Idem a. Valerie. Emptorem post causam finitam auctor renuntiavit, sibi perdedit.

Lex 5. Impr. Antonius a. Demagore. Debitor creditori [f. 25 v.] parte pecuniae reddidit, de reliquo beneficia prestari promisit credere, [2] valet, et si per ignorantiam solsit, repetitur.

Lex 6. Idem a. Basiliae. [7] Si debitori tuo heres succedisti, amisisti debitum.

Lex 7. Idem a. Maximo. [9] Si pecora pascendo dedisti, ut facta [3] communia esse, valet.

Lex 8. [9] *Idem. a. Mucatrauli.* Pactum de pecora fetus earum, quod factum est, [4] per iudicem compellitur.

Lex 9. [8] *Impr. Alexander a. Dionisio.* Pactum, quod circumventa fecit mulier, non valet.

Lex 10. Idem a. Nige. Dotem, quam promisit mulier pro calumna [5] dari, exigitur.

Lex 11. Idem a. Capitoni. Si uxor ex pacto promisit marito pro eo usuras reddere, non valet.

Lex 12. Idem a. Facile. Pacta norissima valet.

Lex 13. Impr. Maximianus a. Marino. Tunc ex pacto actio nascitur, cum ex bone fidei contractum discindens confestim efficitur.

Lex 14. Impr. Gordianus a. Cecilio militi. Qui fidem pacti non servat, poenam solvet.

Lex 15. Impr. Valentinianus, Galienus aa. et Valerianus a. novies et consul. [6] Si in dotali instrumentum convenit, ut [7] moriente [f. 26] patre cum fratre suo equalis extiterit, ea pacti conventionem [8] proibet patrem vel obligare vel testamentum facere.

Lex 16. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Diopantho. Si convenit, ut quis prius moreretur supersteti facultate cedat.

[1] *Adde* servi. [2] creditori? [3] *Intell.* foetus. [4] *S*[m] Pactum factum est, per i. c. [5] *Lege* alumna. [6] *Lege* nobilliss. c. [7] *Adde* nupta. [8] *Lege* conventio non.

Digitized by Google

Lex 17. Idem a. Adeximmacho. Sine scriptura pactum valere.

Lex 18. Idem a. Iuliano et Emilio. Si creditoribus vestris spondistis, quis cui reddat, unus pro alieno non tenetur.

Lex 19. Idem a. Victoriano militi. Si fratres invicem stipulati sunt, ut quis supervixerit res eius abeat, valet.

Lex 20. Idem a. Martiali. Traditio cum usucapione possibilitas fiet.

Lex 21. Idem a. Eusebio. Si antea sine scriptis inter vos convenit de novissima successione, et ille post scriptis illam aliis det, stipulatio plus est, si rem tu non possedisti.

Lex 22. Idem a. et c. [1] *Archelao.* Tutor et curator contra utilitate pupilli quod pactum, ad [2] pupillum non nocet.

Lex 23. Idem a. Honorato. Ubi filiis pactum non officit patris. [3] [f. 26 v.]

Lex 24. Idem aug. Domnede. Legatu, quod cessit mariti heredibus, uxor eum debitores petierit, non obicitur mulieri factum.

Lex 25. [26] *Idem a. Cornelie. Pactum successorum debitoris ex lege duodecim tabularum aes alienum hereditarium pro portionibus quesitis singuli iurae divisum in solidum unum obligare creditori non potest.*

Lex 26. [25] *Idem a. Eumero.* Debitoribus [4] pactio creditoribus non nocet.

Lex 27. [26] *Idem a. Corniliae.* Creditor heredes debitores singillanter exigere non potest unum pro alium.

Lex 28. [27] *Idem a. Cresimo.* Secundum pactum peti iudicare iustum est.

Lex 29. [28] *Idem a. Leontio.* Que in verbo placuisti, singulis annis dedisti, posteus dicat [5] « indebite solsi » non licet, nisi scriptum ostenderis.

Lex 30. [29] *Imp. Iustinianus a. Ioh. pp.* Qui pactuant, ut secretum non publicetur, [6] cui non conservaverit, ipse sibi causam generavit.

[1] et c.: *om. B.* [2] *Lege* pactuant: *cfr.* 2, 3, 30. [3] *Lege* filii... patri. [4] *Lege* debitorum. [5] *Lege* dicas. [6] *Iust.* non usurum fori praescriptione.

Digitized by Google

Lex 31. [30] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Pacisce de rebus homini viventi non valet, nisi cuius res sunt consenserit. [f. 27]

TITULUS IV. De transactionibus.

Lex 1. Impr. Antonius a. Celerio. Si tres curatores abuisti, et cum duo transegisti, tertio conveniri potest.

Lex 2. Idem a. Iusticiae. Si cum sorore tua transigisti, et cautionem te debere solidos spondisti, persolvis.

Lex 3. Impr. Alexander a. Tullie. Quidam curator pulsatus ab eo, cuius cura gesserat, trancsactionem cum eum Aquilianam stipulationem interpositam depositam de minoribus fecit pecuniam, que accepit ab ea pecunia, de qua transactum est.

Lex 4. Idem augustus Numidio. De legitima persona curatori suo fecit securitatem, contra agere non potest si fraus non ostenditur.

Lex 5. Idem a. Evocato. Si coeredem [1] quondam tutoris tui transegisti, replicari non potest.

Lex 6. Idem a. Pomponius. Si fili cum matre pactuati sunt scriptis aut in verbis pro parte substantie, reservari licet. [f. 27 v.]

Lex 7. Impr. Gordianus a. Licinio. Ubi non licet, cui tantum mandatum [2] est actio, transigere.

Lex 8. Idem a. Iunio militi. De alimentis preteritis si questio defertur, transigi potest.

Lex 9. Idem a. Agrippino. Si cum fratre uxoris tue pactuasti, ut, si certum diem tot solidos acciperis, professionem [3] tradideris, si solidos non debet, ex eo compelli non potest. [4]

Lex 10. Impr. Philippus augustus Apollophaniae. Si cum fratre tuo transigisti, post de fidem generis [5] dicere non potest.

Lex 11. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Gaio militi. Fideicomissum si transegisti et mortuus est, post de minori aetate agere non potest.

[1] *Lege* cum herede *H.* [2] *Lege* mandata. [3] *Lege* possessionem. [4] *Lege* dedit.... potes. [5] *Iust.* contra fidem sanguinis.

Digitized by Google

Lex 12. Idem augustus Primo praesidi provinciae.[1] Si civitati transactionem fecisti, que administratum est, post gravamen cognoscitur, repeti potest.

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Procule. Si intrapositos[2] terrores transigisti, nichil est, si provaberis. *In ea lege abet:* Ubi ex placito dominus a servo suo non tenetur. [f. 28]

Lex 14. Idem a. Sopatre. Si *contra placitum agere* vis, redde quod accepisti et tu adquiescis.

Lex 15. Idem a. Pontio. Ubi pactum in se repeti iubet,[3] que nec solvi potest.

Lex 16. Idem a. Cecilio. Ubi non licet rumpi transactionem.

Lex 17. Idem a. Marcello. Transactio facta inrumpi non licet, si qua promissa sunt adimplentur.

Lex 18. Idem a. Valentiniano. Ubi de publicis criminibus vel adulteriis pacisci non licet.

Lex 19. Idem a. Hereneo. Post factum documentum si transactio intercessit sine dolo, firma est.

Lex 20. Idem a. et consul[4] *Antistiae.* Transactio ex iudicio facta firma est.

Lex 21. Idem a. Geminiano. Que convenit per transactionem dari si minoratus fuit, solutus est placitus.

Lex 22. Idem a. et c. Alexandro. Si legitima aetate transegisti, de dolo replicare non potest. [f. 28 v.]

Lex 23. Idem a. Tatiano. Intentione decisa spondisti pecunias reddere, post dicas « indebite spondi » nichil est.

Lex 24. Idem a. Victori. Mulier restituto documento traditas pecunias dixit nichil amplius sibi deberi; si post probaverit, sibi rediberi non proibetur.

Lex 25. Idem a. et c. Marcelle. Si legitima aetate abunculos tuos munisti vel cessisti, replicari non licet.

[1] *Verba:* praes. prov. *ab inscript. aliena sunt, in quam ex const. inrepserunt.* [2] *Iust.* Interpositas metus causa transactiones. [3] inserere petitioni iubet? [4] *Lege* et c.

Digitized by Google

Lex 26. Idem a. Dionisie. Quod mater transigit, stabile est.

Lex 27. Idem a. Cathoni. Infirmus si transigit, stabile est.

Lex 28. Idem a. Saffatrute. Placito scripto et in verbo resolvi non licet.

Lex 29. Idem a. et c. Marcie. Transactio resolvi non potest, nec error admitti.

Lex 30. Idem a. et c. Anthonino. Lex ut supra.

Lex 31. Idem a. et c. Proculo. Condictiones, que in pacto non tenetur, dici potest.

Lex 32. Idem a. et c. Cyrillo. Causa exquisita et iudicata, si apellatio non intercessit, repeti non potest. [f. 29]

Lex 33. Idem a. et c. Eucrusio. Si legitima aetate transactionem scripta vel in verbo fecisti, stabilis est.

Lex 34. Idem a. et c. Ptholomaidae. Si pro donationem vel debitum fratris tui transigisti, replicari non potest.

Lex 35. Idem a. Admonio. Si intervenientes amicos transactio convenit vel finivit, retractari non licet.

Lex 36. Idem a. Anchylleo. Transactio legitima aetate facta, si que promissa fuerunt non sunt impleta, replicari potest.

Lex 37. Idem a. et c. Basilisse. Si transigere promisisti et non adimplisti, poenaque spondidisti, adimplis.

Lex 38. Idem a. et c. Theodosiano. Transactione sine dato[1] promisso non fiet.

Lex 39. Idem a. Marciae. Pactum factum si mox eum penetuerit, resolvi non potest.

Lex 40. Impr. pp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Eutropio pp. Transactio, ubi stipulatio est posita, absque poena excindi non potest. [f. 29 v.]

Lex 41. Impr. Arcadius et Theodosius aa. Rufino pp. Transactione sine vi facta posita sacramenta per nullas preces revocetur, sed poena exigitur.

Lex 42. [43] *Impr. Anastasius a. Thome pp. Yllirici.* Ubi iubet

[1] *Adde* vel.

Digitized by Google

super omnes lites *servili*[1] *vel adscripticia condictione transactiones* movendas *vel iam celebratas si non alio iure cognito* eorum *titubari.* Dat. XV. Kl. Decemb. Pat. et Ypat.

TITULUS V. De calculi errore.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Quarto. Sepius rationes recomputari licet: et si cabuisti[2] reddere, de quod te falsasti repeti potest.

TITULUS VI. De postulando.

Lex 1. Imp. Anastasius a. Arthemidoro. Si prefecto non apellasti iussio, eius iussionem obtemperaris.

Lex 2. Impr. Alexander a. Pollodoro. Ubi procurator cause libertus esse potest.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Flaviano. Dato et non prestito beneficio recipit,[3] et si cautionem emisisti recollige. [f. 30]

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Theodatiano. Causa decisa replicari non potest dicendo « quia patronus meus absens fuit ».

Lex 5. Imp. Constantinus a. Belladio. Advocatus de causa suscepta partem exinde petierit, extracium fiat.[4]

Lex 6. Impr. Valentinianus et Valens a. ad Olybrium pp. Ut advocatus iuret;[5] si malum negotium suscepit cognosci,[6] deserat, et non iniuriose agat, nec suscepto exasperet, nec per se litiget. Ut possidere[7] non exhonoretur.

Lex 7. Idem a. et c. Gratianus a. ad Olibrium pu. De perequandis patrociniis. *In ea lege abet:* Ubi advocatum non licet esse, nec agere, qui suum negaverit patrocinium.

[1] *Huius summae verba fere omnia ex genuina const. sumpta sunt, sed pluribus omissis et ordine perturbato, ita ut per se iam intelligi nequeant.* [2] *S., ut videtur, et H.* sic abuisti. [3] recipis? [4] *Iust.* arceatur. [5] non iudicet? *Iust.* non idem.... sit advocatus et iudex. [6] *Intellige* suscepisse cognovit. *Cfr. S.* II, 58, 2. [7] *Iust.* nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractum cum.... ipse contempserit ius sedendi.

Digitized by Google

Lex 8. Impr. Leo et Antoninus aa. Nicostrato. Ubi non licet alios preter advocatos Christianos esse; quod si presumpserit, centum libras auri fisco det. Qui imperatori hoc subripuit, bonis eius infiscetur. Qui eum adsessorem abuerit, medietas bonorum adfiscetur.

TITULUS VII. De advocatis diversorum iudiciorum. [f. 30 v.]

Lex 1. Impr. Antonius a. Daloni. Si patronus scolasticus, qui causam tuam tractavit, si dolo tibi fecit, sententiam addicatur.

Lex 2. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. ad Anthonium pp. Curiales patroni causarum non sint.

Lex 3. Impr. Archadius et Honorius aa. ad Africanum pu. Ut curialis non sit advocatus.

Lex 4. Impr. Honorius et Theodosius aa. Eustatio pp. Quicquid advocatus adquisierit, post mortem patris sui *ad exemplum militum proprio* peculio *dominio valet vindicare.*

Lex 5. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Cyro pp. Togarum dignitas data ab imperio recepta a prefecto honorari licet.

Lex 6. Idem a. et c. Florentio pp. Advocato nichil aliud agere liceat preter causas tractare, neque iudicem esse, ne quid in provinciis agere. Si quis hoc presumpserit, quinquaginta auri det poena fisco. [f. 31.]

Lex 7. Idem a. Thalasio pp. Thogatis praefecture dignitati fieri licet.

Lex 8. Idem a. Ciro pp. Ubi iubet adquestum advocationis castrensem peculium esse.

Lex 9. Idem a. Apollonio pp. Advocatus si in provincia administraverint, post non sint advocatus.

Lex 10. Impr. Valentinianus et Martianus aa. Palladio pp. Qui prefecto consiliarius post fisci advocatus fiat.

Lex 11. Impr. Leo a. Vibiano pp. Nemini liceat, nisi eminentissime prefecture, centum quinquaginta advocatos.[1]

Lex 12. Idem a. Eusebio pp. Yllirici. Duos annos fiant.

[1] *Quaedam exciderunt: lege e. g.* advocatis aliquem adgregare.

Digitized by Google

Lex 13. Impr. Leo et Anthemius aa. Sergio duci Egyptiaci limites. Ubi Alexandria quinquaginta advocatos iussit abere.

Lex 14. Idem a. Callicatri pp. Yllyrici. Ubi dicit: Advocati *in rebus publicis* miscunt *fata* conlapsi sunt. [1]

Lex 15. Impr. Leo a. ad Dioscoro pp. Fisci patronus in [f. 31 v.] anno, quem explicit, si mortuus fuerit, successores eius ipsius emolumenta consequantur.

Lex 16. Impr. Leo iunior et Zenon aa. Iustinianus pu. Ubi dicit: Sexaginta quatuor advocatos amplissime prefecturae quindecim tantum ex foro tue magnitudinis in presenti gradu primus optinent.

Lex 17. Idem a. Paulo pp. per Illiricum. Ubi iussio *fori* ipsius *quinquaginta advocatos concludi.*

Sequitur Greca. [18-19]

Lex 18. [20] *Impr. Anastasius a. Eusebio magistro militum* [2] *officiorum.* Ubi *viri inlustres et proconsules Asiae.* Ut post impleta advocationem, dignitates honores accipiant.

Lex 19. [21] *Idem a. Thome pp. per Yllirícum.* Fisci advocati, si peregerint, sint inmunes et excusati ab omne inmunitate.

Lex 20. [22] *Idem a. Constantino pp.* Advocati biennio *fisci patroni* anni succedant. *In eadem legem abet:* Inlustris advocatus si fuit patronus fisci, domus eius ab ospites excusetur et ab sportulis ipsi et filiis eorum.

Lex 21. [23] *Idem a. Eustatio pp.* Vc. [3] advocatus si fisci [f. 32] patronus fuit, et kalendas Ianuarias inter spectabilis sit, et filii eius clarissimi tribuni notarii scrinii [4] sine suffragio.

Lex 22. [25] *Impr. Iustinianus a. Martiano pp.* Ubi patronus fisci sexaginta libras auri precepit accipere.

Lex 23. [27] *Impr. Iustinianus a. Archelao pp.* Ubi nullum commodum dat patronus fisci.

Lex 24. [26] *Impr. Iustinianus a. Theodoro pu.* [27] *Ubi dicit: Nemo excepta patroni persona* superiori fruitur gradum.

[1] *Iust.* advocati, qui dirimunt ambigua *fata* causarum.... in *rebus* saepe *publicis* ac privatis *lapsa* erigunt... [2] *Dele* militum. [3] *I. e.* Vir clarissimus. [4] *Iust.* clariss. notariorum inseri consortio tribunorum.

Digitized by Google

Lex 25. [28] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Advocatus si intra biennium in comitatum non fuerit,[1] amisit honorem gradus sui.

TITULUS VIII. De advocatus fisci.

Lex 1. Impr. Antonius a. Claudio. Qui advocatus fisci fuit, post contra fiscum non suscipiat.

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. Ut supra dicit.

Lex 3. Impr. Constantinus a. Emiliano proconsuli Africe. Advocati fisci non permittat publico gravari, nec honera ut [f. 32 v.] privatus faciat.

Lex 4. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. ad Damiano com. Rationes publicas ante advocatos fisci finiant.

TITULUS IX. De errore advocatorum vel libellum seu preces concipientium.

Lex 1. Alexander a. Aurelie. Quod advocatus tuus allegavit, velud tu ipse locutus fuissis.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Rogato militi. Quod in libello petitionis tue dedisti, ita tenetur tuus negotius.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ulpiae. Iudicatum iam apellare, dum nec intra triduo appellatio deposita est. Advocati error preiudicium litigatorum non facit.

TITULUS X. Ut que desunt advocatorum partium iudex suppleat.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. ad Honoratum. Causatores quod minus allegaverint, iudex suppleat. [f. 33.]

TITULUS XI. De causis, ex quibus infamia alicui inrogatur.

Lex 1. Impr. Severus et Antonius aa. Manualio. Qui fuit in carcere, infames non facent.

Iust. sine commeatu ... afuerint.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Sereno. Ubi in dupplum restituit, qui tributum exigit plus.

Lex 3. Idem a. Matrodoro. Si iudex curiale emerserit et post revocaret, crimen non est.

Lex 4. Impr. Severus et Antonius aa. Venustiano. Si ex sententia iudices. [1]

Lex 5. Idem a. Curiales fustari non licet. Si proconsulis iniuriam fecerit, infamis est.

Lex 6. Idem a. Iusto. Pecunias datas *in opus publicum* si eas pertenuerit, infamis est.

Lex 7. Impr. Antoninus a. Demetrio. Qui bonis paternis repudiat, infamis [2] est.

Lex 8. Idem a. Ulpie. Si furtum reddedisti, que post [f. 33 v.] alium inventum est, non est infamis.

Lex 9. Idem a Leto. Si quis publica negotia in patria sua [3] infamie sequitur.

Lex 10. Idem a. Severo. Iniuriarum ex persona quoque vir [4] *damnatus infamia notatur.*

Lex 11. Impr. Alexander a. Erineo. Extranea substantia, que obvenit, renuntiavit, infamis non est.

Lex 12. Idem a. Donato. Qui alienam substantiam diripit, infamis est.

Lex 13. Idem a. Iubentio. Quem per testamentum patrem [5] accusavit, infamis est.

Lex 14. Impr. Gordianus a. Iovino. Si accusatus fustigatus est, si sententiam criminis non legitur, infamis non est.

Lex 15. Idem a. Ulpicie. Si mulier intra [6] obitum mariti duxerit maritum, ipsa mulier et qui eam accepit infamis est.

Lex 16. Idem a. Domitiano. Qui pro ingerentem calumniam fustigatus est, ante quem et preco clamavit, infamis est.

[1] *Rell. desunt: unius versus spatium in cod. vacat.* [2] *Adde* non. [3] *Quaedam deesse videntur: lege ex. g.* defenderit, nulla infamia sequitur. [4] *Lege* servi. [5] *Lege* pater. [6] *Adde e. g.* annum post.

Digitized by Google

Lex 17. Idem a. Magno. Verbum potius insertum verecundia est et Grece habet ΣΥΚΩ:ΦΩΝΤΙΣ.[1] [f. 34.]

Lex 18. Idem a. Anthiocum. Transactio, ubi sacramentum legitur, replicari non potest. Si proposuerit, infamis est.

Lex 19. Impr.[2] *Carinus et Numerianus aa. Aristogratis.* Si iudex persona arguit et[3] melius agat, non eum criminis designavit, non est infamis.

Lex 20. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Fortunato. Qui de usura usura exigit, infamis est.

Lex 21. Idem a. Statio. Qui in luso[4] publice agit, nutatus est.

Lex 22. Idem a. Domitiano. Qui fidem pacti non servat, infamis est.

Titulus XII. De procuratoribus.

Lex 1. Divus Pius Severus a. Tunc procurator[5] *exigitur* pro conservando fideiussorem, ubi dator absens est.

Lex 2. Idem a. divi[6] *fratres Sextiliae.* Procuratores partem[7] invicem litigare licet.

Lex 3. Impr. Severus et Antoninus aa. Pomponio. Pro legato here compelle, aut litigat aut procuratorem instituit. [f. 34 v.]

Lex 4. Idem Saturnino. Causam, quem dixisti, te absente iudicata est presentem uxorem tuam, te nocere[8] potest.

Lex 5. Impr. Antoninus a. Pancratio. Qui absenti causa agebat si non spondit de ratiabitione, non illi respondis.[9]

Lex 6. Idem a. Marciano. Reus criminis procurator esse non potest.

Lex 7. Idem a. Marino militi. Militias[10] *nec pro patre vel matre* aut *uxorem* agere non licet.

Lex 8. Idem a. Mansueto. [9] Quod[11] pro sua honestate curatorem instituit, agere potest.

[1] *Lege* συκοφαντεῖς. [2] *S.*[a] *add.* gratianus. [3] *Lege* ut. [4] *Lege* ludo. [5] *Lege* a procuratore... ubi mandator. [6] *S.*[a] dive. *Dele* idem a. [7] Per procur. partes? [8] *Adde* non. [9] *Cfr. cod. Iust.* II, 12, 1 [10] *Lege* Militem. [11] *B.* qui.

Digitized by Google

Lex 9. Idem a. Aufidio. [10] In unam causam procurator institutus alia si egit, preiudicium non fecit. Ipsam enim finitam revocari non licet. Si autem fraudem et dolum procurator non [1] fecit, contra ipsum agi potest.

Lex 10. Idem a. Castriciae. [11] Tutores et curatores in rem minorum instituere procuratores non possunt, sed actore constituit. [f. 35]

Lex 11. Idem a. Sebastiano. [12] Cum [2] mandatum patris filius agere potest causa.

Lex 12. Idem a. Frontino militi. [13] Cum mandatum matris agere causas non potest propter militiam. Si tua enim est, agi non prohiberis.

Lex 13. Impr. Gordianus a. Viciano militi. [14] Si maritus causam uxoris minori etate absque curatore egit, ei subvenitur.

Lex 14. Idem a. Savino militi. [15] Te [3] comparasse non licet, gratis accipere licet.

Lex 15. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Cornificio. [16] Procurator, [4] qui non abuit ius vindendi, absque domini consensu qui comparavit, nichil est.

Lex 16. Idem a. Paconie. [17] *Invitus procurationem* agere non licet.

Lex 17. Idem a. et c. Mardonio. [18] Procurationem viri est agendum, nec mulieri, nec pupillo.

Lex 18. Idem a. Dionisiae. [19] Si pretium pro servo dedisti actorem non consentientem, restitues servo.

Lex 19. Idem a. Firmo. [20] Ante litem inchoatam et post lite inchoatam procurator institui licet. [f. 35 v.]

Lex 20. Idem a. ad Verinum preside Syriae. Ubi dicit: Negotium ad procuratoris personam non [5] transiit.

Lex 21. Impr. Constantinus a. ad concilium provinciae Africae. Pro causa uxoris si maritus dederit fideiussorem de satisabitione, liceat agi, aut ex mandatum.

[1] non *del.* [2] Sine? [3] *Lege* litem *vel* litem te. [4] *Intell.* a procuratore. [5] non *del.*

Digitized by Google

Lex 22. Idem a. ad Bassum pu. Causam a procuratore tolli non potest, nec criminis inmitti aut infirmitas vel certu casus.

Lex 23. Impr. Philippus a. Secundi pp. [22] Procuratores domini effecti, principalis litigare non potest.

Lex 24. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Pancratio pu. Inter initia litis debet inquiri, si abet personam agendi.

Lex 25. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Tatiano pp. Qui in cingulo dignitatis sunt constituti per se litis negotium intulerint, iudex, qui eum audit, viginti libras auri det pena officio, causidicus negotium amittat.

Lex 26. Impr. Arcadius, Honorius et Theodosius aaa. [f. 36] *Anthemio pp.* Si quis per procuratorem vult litigare, tribuatur ei.

Titulus XIII. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus prestare vel actiones in se transferre.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aristobolo salutem. Iudex non pertimeat patrocinia potentum, sed removeat et iustitiam iudicet.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ioh. pp. Si creditor causationem [1] debitoris ad potentes eas dant ad exigendum, *debiti iactura creditores multentur.*

Titulus XIV. De his, qui potentiorum nomine titulos prediis affigunt vel eorum nomina in lite pretendunt.

Lex 1. Impr. Arcadius et Honorius aa. Mensale pp. Qui sub nomen potentis auri [2] titulos in rebus alienis infigunt, poena multentur. Qui enim iussit, exilio deportentur. Si iudex [3] pro [f. 36 v.] sua causa hoc fecerit, amittat negotium. Improbus litigator, cui nichil competit, agens infamium se induit.

[1] *Lege* cautionem. [2] viri? *H. con.* potentioris. [3] *Iust.* Quisque igitur lite pulsatus.

Digitized by Google

TITULUS XV. Ut nemo pribatus titulus prediis suis vel alienis inponat vel ad [1] regalia suspendat.

Lex 1. Impr. Honorius et Theodosius aa. Flaviano pp. Qui in rebus suis tituli publicis adfigunt, publico efficiatur.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. Qui ausus proprio in res alienas titulos publicos adfinxerint, exilio deportentur. Si adparitores hoc presumpserit, tricinis auri poena.

TITULUS XVI. Ut nemini liceat sine iudicis auctoritate signa inpremere rebus, quas alius tenet.

Lex 1. Impr. Probus a. Octaviano. Ante finem iudicari [2] res adversi non prosignentur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Craugasio. [f. 37] Res, quas alius tenet, suas vel obnoxius [3] sigillari non presumatur ausu proprio.

TITULUS XVII. Ne fiscus vel res publicas procurationem alicui patrocinii causa in lite prestet.

Lex 1. [2] *Impr. Gordianus a. Tertullo.* Res tuas fisco dari non potest, ut ab alio eas exigat.

Lex 2. [1] *Impr. Gordianus a. Legitimo et aliis.* Per publico tua utilitas adiubari non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Amphioni. Pro tuam obnoxiationem debitores tuos fisco deputari non potest.

Lex 4. Idem a. Achilli. Creditoribus faciendo invidia fiscale contra seculi nostri invidia. *Redde* quod debis fisco.

TITULUS XVIII. De negotiis gestis.

Lex 1. Impr. Severus et Antonius aa. Sopatre. Si filiis tuis tutela gessisti, quod in sumptus expedisti non reputas. [f. 37 v.]

Lex 2. Idem a. Rufine. Gubernator tutele, quod in eo in utilitate expensum est, reputatur.

[1] *Iust.* vel vela. [2] iudicati? [3] *Lege* obnoxias.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Adriano. Si pro fratre tuo pecunias reddedisti vel pignus recolegisti, recipi potest.

Lex 4. Idem a. Claudio. Qui tutelam gubernandum, [1] de quo ei traditum est, rationes edat.

Lex 5. Idem a. Trophimo. Qui tutelam leverti sui filium egit, adversus patroni heredes agere non licet.

Lex 6. Idem a. Gallo. Tutor a patre constitutus rationes tibi edere licet.

Lex 7. Impr. Antoninus a. Euprate. Si tutor tuus moriens in duabus unciis heredem te, qui adversus eum abes, [2] contra heredes agere potest.

Lex 8. Idem a. Severo. Tutorem tuum si ad rationes tibi faciendas mortuus [3] est, propter militia prescriptio temporum te non preiudicat.

Lex 9. Idem a. Sallustio. Si tutor a debitore tuo pecunias exigit, adversus eum agere potest.

Lex 10. Impr. Alexander a. Secundo et aliis. Si in servo [f. 38] alieno sumpto expendisti, recipies.

Lex 11. Idem a. Erene. Mater in sumptus [4] filiis quod expedit, non recipies; in aliis utilitatibus filiorum quod expendit, recipiet.

Lex 12. Idem a. Theophilo. Si pro patre tuo debitum solvisti eo animo, ut reciperis, coheredes tuos [5] exigere potes.

Lex 13. Idem a. Aquilie. In uxoris tue infirmitatem quod *erogasti,* non recipis, sed quod funus expedisti, recipis et dote reddis.

Lex 14. Idem a. Rupho. Accepto mandato a marito et uxore causa [6] agere potest, et si superexpendisti, ab eos recipis.

Lex 15. Imp. Gordianus a. Muciano. Si filiastras tuas ut pater abuisti, quod pro magisterium earum expedisti repeti non licet. Quod si eo animo dedisti, ut recipias, peti potest.

Lex 16. Imp. Galienus et Volusianus aa. Eutichiano. Si utilitates sororis tue egisti et fisco pro ea dedisti, repeti potest.

[1] *Adde e. g.* suscepit. [2] *Supple* actionem, instituit.... [3] moratus ? [4] *Iust.* alimenta. [5] *B. om.* tuos. [6] *Lege* et uxoris causam.

Digitized by Google

Lex 17. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Claudio. [f. 38 v.] Curator res iam adulte distrai non potest.

Lex 18. Idem a. Pomponio. Si bona fide in utilitate amici aliquid eum absentem expedisti, recipere potest.

Lex 19. Idem a. Alexandro. Si communes res vendidisti et coheredes tuos aptum habuit, de pretium agi potest.

Lex 20. Idem a. Octaviae. Cuius nichil interfuit, pro bona voluntate in tutelam gubernandam se miscuit, quod apud eum residet cum usuris restituat; ab aliis autem adultis exigat.

Lex 21. Idem a. et c. Metreae. Servus, quod cognatus tuus manumisit, pro tua tutela gubernandum ad servitium replicare non potest. Ad rationes etiam ambos servos compellis.

Lex 22. Idem a. et c. Eulogio. Quod casu periit, tutor non exigatur.

Lex 23. Idem a. Theodore. Negotiorum actiones personalem esse.

Lex 24. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Qui aliena utilitate gessit ex eo a domino interdictum est, si quid anni [1] interfuerit, sibi reputari, et priores edat rationes. [f. 39]

Titulus XIX. De his, que vim metuve causa gerunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Felici. Eos, qui furtum vel violentiam fecerint, quando inventi fuerint, exiguntur.

Lex 2. Idem a. Alexandro. De eo, qui vim sibi extortam cautionem post spontaneam solutionem adserit si vim non [2] probaberit non solvet propter novissimam voluntatem.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Gaio. Si avus tuus violenter possessionem vendedit, reddito pretio recipis si emptor ea alii vendedit, si tempus non intercessit.

Lex 4. Idem a. Primo et Eutychiti. Per vim res venundasti, intra anno age, restituto pretio in quadrupplum tibi restituatur, post anno simplo.

[1] damni? [2] *B. om.* non.

Digitized by Google

Lex 5. Idem. a. Rupho militi. De eo, qui violenter venundavit, et repetat et det pretium.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Pollie. Violentie senatoris decoloratio est. [f. 39 v.]

Lex 7. Idem a. et c. Cytui. Instrumentum non valet.

Lex 8. Idem a. et c. Trophimo. De eo, qui pro spem timoris [1] vendidit, repetere non potest.

Lex 9. Idem. a. Ymno. Pro timore venditio facta dici non potest de nolente.

Lex 10. Idem a. Faustinae. Per terrores venditas res repeti potest.

Lex 11. Impr. Constantinus a. ad Evacrium pp. Qui sub *inpressionem* vel metus res vendedit, restituto pretio res recipit.

Lex 12. Impr. Honorius et Theodosius aa. ad populum. Omnem scripturam *per potentiam extortam* non valet.

Titulus XX. De dolo malo.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Clementinae. Si fideiussor a creditore pignora comparavit, cum usuris pro dolo eas restituat.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Agrippae. De dolo agi potest.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Aquilino. De dolo agere tempus te non excludet, quando in rem publicam occupatus fuisti.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Menandre. Si amicus ancillam tuam in consortium abet, [2] promisit pro ea dare [f. 40] vicaria, si ea manumisit, revocari libertas non licet, sed vicaria et filios abet, simul tradit.

Lex 5. Idem a. Afrodisiae. Si emancipata fuisti et instituisti ad agendum tuam actionem et transegisti legitimo ordine, replicari non potest.

Lex 6. Idem a. Hynode. Exinde sidus [3] prospiciendus est.

Lex 7. Idem a. et c. Sebastiano. Si legitima aetatem [4] fratris tui

[1] *Lege* spe vel timore. [2] *S*[a] abeat. [3] *Lege* Ex insidiis dolue. [4] *Adde* hereditatem

Digitized by Google

repudiasti, adire non potest. Si cognata tua, cuius substitutus es, [1] dolo tibi fecit, contra eam agi potest.

Lex 8. Impr. Constantinus a. ad Symmachum vicarium. De dolo intra biennium agi licet.

TITULUS XXI. De in integrum restitutione minorum viginti quinque annis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Plutiane. Si taciturnitas tua dissimulavit agendum, non est tibi preiudicium, quia minoris etatis est. [f. 40 v.]

Lex 2. Idem a. Alexandro. Si soror tua, quinque filios abens, non successit hereditatem, nichil eum petit, [2] quia etatem non abuit legitimam.

Lex 3. [5] *Idem a. Ruphino.* Minorum viginti quinque annis restitutio salvatur.

Lex 4. [3] *Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Attiano.* Cum curatore tuo si vendidisti rem, contra agi non potest. Absque curatore quod egisti, repeti potes.

Lex 5. [4] *Idem a. Hysidoro.* Minori etate *tempora restitutionis* praeiudicium non facit.

Lex 6. Idem a. Sententie. Minoris successio si non est denuntiata, agi potest.

Lex 7. Idem a. Severe. De tutelam avunculi [3] egit, contra heredes eius de restitutione agi potest.

Lex 8. Impr. Honorius et Theodosius aa. Iuliano proconsuli Africae. Minoris etate *que pretermiserint vel ignoraverint,* preiudicium non est.

Lex 9. Impr. Zeno a. Eliano pp. Lex, ut supra.

TITULUS XXII. De filiofamilias minore.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Candidiano militi. Si filiusfamiliae [f. 41] mutuas accepit pecunias, contra cautionem agere potest.

[1] *Iust.* eius uxoris tibi substitutae dolo... [2] nichil impedit? [3] *Supple* qui male (cfr. 2, 24, 3).

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Triphoni militi. Minor aetatis filiusfamiliae extraneo fidedixit, nichil est; similiter et si patrem fidedixit, cuius heres non est.

TITULUS XXIII. De fideiussoribus minorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Mironi militi. [1] Minor hereditati in venditione non tenetur, sed fideiussor persolvet.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Carioni. Si fideiussor pro venditione tenetur, si emptor dolo fecit, absolvitur minor et fideiussor.

TITULUS XXIV. Si tutor vel curator intervenerit.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Marcianae. Si tutor vel curator se interposuit in vinditione minori, contra eos de restitutione agi potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Martianae. Tutori vel curatori *in iudicio vel extra iudicio* conventi sunt, restitutionem minorum salvatur. [f. 41 v.]

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Nicomedi. Tutores vel curatores si male agentes sint, contra eos de restitutione agi potest.

Lex 4. Idem a. et c. Ysidoro. Creditor que cum tutore vel curatore finivit, stabile est.

Lex 5. Idem a. et cons. [2] *Valentino.* Per tutores et curatores minorum damnas non generatur.

TITULUS XXV. Si in communi eademque causa in integrum restitutio postuletur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Amphovio. Si soror vestra legitima etate vos ignorantes res vestras vindedit, si ei consensum in legitima etate non prebuisti, nichil vobis deminutum est.

[1] *Iust. om.* militi. [2] *Lege* aa. et cc.

Digitized by Google

TITULUS XXVI. Si adversus rem iudicata.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iulio. Si minor etati de tutela causa dixisti, tibi preiudicium est, agi potest.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Serene. Si cum patre tuo, sub cuius potestate eras, tunc causam dixisti, contra iudicata sunt, dici potest. [f. 42]

Lex 3. Impr. Philippus a. Iulianae. Vicarius principis ubi sententiam vices agit principis, propter principem infringere non potest.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Urbiano. Etiam si curator vel procurator minoris perdiderit iniuste, integrum restituere licet.

Lex 5. Idem a. Martiano. Contra tutores vel *curatores,* contra res pupilli iudicatum fuerit, repeti potest.

TITULUS XXVII. Si adversus vinditionem.

Lex 1. Impr. Alexander a. Florentio militi. Minor si cavens iuraverit, restitui non possit illi beneficium.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad populum. Fraudulentas vinditiones minorum contra emptorem et tutores agi potest.

TITULUS XXVIII. Si adversus vinditionem pignoris.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Savinae. A patre tuo pignus positum te in minori etate creditor eas vendit, [f. 42 v.] restituuntur tibi.

Lex 2. Idem a. Severe. Contra creditorem patris tui, qui pignus vestrum vendit, agi [1] potest, quia minores fuistis etate.

TITULUS XXIX. Si adversus donationem.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Theodote. Si ante nuptias sponso donationem fecisti presentem curatorem tuum, replicare non potest.

Lex 2. Idem a. Medie. Si pater tuus in fratre tuo mancipato [2]

[1] non *add.?* [2] *Iust.* in te ac f. t. emancipatos.

Digitized by Google

fecit donationem, nichil vobis abstulit, nec si fratrer tuus rem sibi donatam a patre petente donavit, et postquam legitimus effectus est, alii eam donat, petere licet.

TITULUS XXX. Si adversus libertatem.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Anniae. Minor etati quem manumisit, non revocat, sed pretio liberto [1] accipiet.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Solane. Servus a domino minor etati manumissus non revocatur, sed pretium pro se reddet. [f. 43]

Lex 3. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Matronae. Si intra viginti annis etatis servum manumisisti, fraudare eum libertatem non potest, salva indemnitatem vestram. Si autem in tali fraude commisit, ut puniatur.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Tatiano. Libertas a minori etate data rescindi non potest, si ipse minor postulationem non optulerit.

TITULUS XXXI. Si adversus transactionem vel depositionem [2] minor restitui velit.

Lex 1. Impr. Severus et Antonius aa. Honorato. Minor qui transigit, in irritum revocatur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Chymdone. [3] Minor si transigit vel pactuavit, resolvitur.

TITULUS XXXII. Si adversus solutionem a debitorem vel a se facta.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Sotheri. [f. 43 v.] Tutor curatori debitum administrationis persolvat.

Lex 2. Idem a. Laurine. Que legati titulo commissa sunt, si a minore per errore accepta sunt, recipiuntur.

[1] *Intell.* praetium liberti. [2] *B.* despositionem. [3] *Iust.* Hymnodae. (Chym. *ex* [aa. et c]c. hymn.).

Digitized by Google

TITULUS XXXIII. Si adversus dotem.

Lex 1. Impr. Alexander a. Valenti. Soror tua si in minoribus constituta omnes suas in dote fecit, si mortua est, intra triginta annos agere potest.

TITULUS XXXIV. Si adversus dilectum suum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Longino. Si minor crimen admiserit, etati non subvenitur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Procule. Si minor crimen admiserit, etati non subvenitur. Si mater lupanar effecta fuerit, et filius tutorem non quesierit, denegatur ei successio.

TITULUS XXXV. Si adversus usumcapionem.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ysidoro. Si *res minorum tenet,* usumcapio eis non est.

TITULUS XXXVI. Si adversus fiscum. [f. 44]

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Longino. Minor aetati actori fiscali minori pretio res vendedit, contra fisco agi potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Antiocho et aliis. Minor etati rem suam vendidit fisco et privatis minori pretio, contra his agi licet.

Lex 3. Impr. Maximianus et Dioclitianus aa. Laurentio. Si creditores patris tui predia, que abuerunt opposita, venundarunt fisci, propter minorem etatem vestram repeti potest.

TITULUS XXXVII. Si adversus creditorem.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Pronico. Si non minor aetate se debitum contraxit, solbet.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Gaiano. Si minor etati pro acceptas pecunias *te obligasti,* absolveris.

Digitized by Google

TITULUS XXXVIII. Si ut se hereditatem abstineant.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Florentio et aliis. Si in bonis patris te non miscuisti, conveniri illum debis. Si vellis accedere, etatis beneficium tibi subvenit [f. 44 v.]

Lex 2. Impr. Gordianus a. Herodote. Si ab hereditate, [1] in quo eres scriptus est, repudiasti, successio tibi in integro propter minori etatem. [2]

TITULUS XXXIX. Si ut omissam hereditatem vel bonorum possessionem vel quid aliud adquiratur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Propter [3] minor etati si propriam hereditatem amisit et pater repudiavit, adire potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Sarapadi. Minor si bona paterna omisit, restitutio ei competit.

TITULUS XL. In quibus causis in integro restitutio necessaria non est.

Lex 1. Impr. Alexander a. Mutato. Minorum, qui non adierunt facultate, beneficium legis eos in rem introducit.

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerianus [f. 45] *c. Theodote.* Minor etati si quinque filios abet, non est ei praeiudicium, si tacuit de inofficioso testamento.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. Decimo. Minori non impedit, si morata est petere que illi legata sunt relictas.

Lex 4. Idem a. Stratonice. Si tutor tuus non pro tutela tua in iudicio vocatus est, quod contra te dicitur iudicatum esse te non nocebit.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Minorum etati repetitio nocet triginta et quadraginta annis; non aliter triginta et quadraginta.

[1] *Lege* avi hereditatem. [2] *Nonnulla excidisse puto.* [3] *Lege* Gord. a. Protae. Minor *etc.*

Digitized by Google

TITULUS XLI. Qui et adversus quos in integrum restitui non possunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Chononidi. Minor aetate uxoratus si circumventus contra se fecerit, subvenitur ei.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Minores persona familiaritati si quid egerint, non est firmum. [f. 45 v.]

TITULUS XLII. Si minor se maiorem dixerit vel probatus fuerit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Maximine. Si minor aetatem maiorem se scripserit, replicare non potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Vitalio. Quando minori non restituitur auxilium, qui maiorem se esse mentitus est.

Lex 3. Idem a. Theodote. Si cum sacramentu maiorem te esse confessus es, post de minore aetate agere non potest.

Lex 4. [1] *Idem a. Libio.* Minor etate, qui filios habet, si circumventus contra se aliquod fecit, ut [2] resolvatur. In quo probatio etatis nulla invenitur, iudici est in aspectu eius considerare.

TITULUS XLIII. Si sepius in integrum restitutio postuletur.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Romano et aliis. Si minor etati in iudicio addictus est et non adimplisti, nichil te nocuit. [f. 46]

Lex 2. Impr. Alexander a. Iusto militi. Si per curatorem adulti causa acta est, stabilis est.

Lex 3. Impr. Philippus a. et Philippus Centum Maniciae. [3] *In una causa* sepius introductio possessiones [4] fieri non potest.

TITULUS XLIV. De his, qui veniam etatis impetraverunt.

Lex 1. Impr. Aurelianus a. Agathocliti. Qui veniam etatis petierunt, post illi beneficium minoris non subvenit.

[1] *S.* Lex V. [2] *H.* vel resolvatur: *B.* iure solvatur. [3] *Iust.* c. Aniciae: *hinc* centum Aniciae *et deinde* centum Maniciae. [4] *Pro* intr. poss. *lege vel intell.* in integrum restitutio.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Venerium pu. Puer viginti annorum si aput iudicem veniam aetatis petierit et puellam decem et octo annorum proagentes suas utilitates, si hoc honeste vite sunt, audiantur propter ut agant suas utilitates, non ut vendant.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Mene pu. Non similis sit qui non veniam postulavit, sicut his, qui postulavit, ad subveniendum etati.

Lex. 4. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. In omnibus, que minor egit, nisi veniam etatis postulavit, firmum est.

TITULUS XLV. Si maior factus ratum abuerit. [f. 46 v.]

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Eutichiano. Que minor etate contra se fecit, si post legitimam etatem ratam abuit, firmum est.

Lex 2. Idem a. Sotheri. Que in minori etate contra se fecit ratum abuit, rescindi non potest.

TITULUS XLVI. Ubi et aput quem cognitio restitutionis agitanda est.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Severo. Si procurator tuus [1] te adiudicavit, eius iudicio resolvi absque principe non potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aquilinae. Minor quod in transactione tradidit, repeti potest.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. De minorum restitutionum omnes iudices publicos vel privatos audiri liceat.

XLVII. De reputationibus, que fiunt in iudicio in integro restitutionis. [f. 47]

Lex 1. Impr. Severus a. Tatiano. Addicta restitutio non [2] moretur adimplere, cogitur.

[1] *Lege* meus. [2] *Lege* restitutione moretur.

Digitized by Google

TITULUS XLVIII. Etiam et [1] per procuratorem causam in integrum restitutionis agi possit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Liciniano. Per procuratores restitutio agi potest.

TITULUS XLIX. In integrum restitutionis postulata ne quid novi fiat.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Secundo militi. De restitutione iudicati qui agit, *in suo statu* reportavit causam.

TITULUS L. De restitutione militum et eorum, qui reipublice causa adfuerunt.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Chilo. Intra anno erit restitutio. Si enim in expeditione publica fuit, preterita tempora illi non preiudicat.

Lex 2. Impr. Alexander a. Petronio. Restitutio militi intra anno licet.

Lex 3. Idem a. Flavio Arestodemo militi. Si miles res alienas quas obtulit, [2] intra anno petitur restitutio; post eius mortem post sex menses. [f. 47 v.]

Lex 4. Impr. Gordianus a. Mestriano. Restitutio absentia eius, qui in expeditione publica est, tempus non reputatur.

Lex. 5. Idem a. Secundino militi. Ubi post quadriennio venditio a fisco facta rescindi non potest.

Lex 6. Impr. Valerianus et Galienus aa. Germano centurioni. Creditor pignus, que a milite oppositum abuit, propter mora expeditionis vendedit, restitui, si minor debitus est.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Marinae. Debitum, quem pater contraxit, post eius obitum filius miles detraere non potest.

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Miles dum in expeditione publica est, illa tempora ei non reputantur in causa.

[1] et *del.* [2] aliquas abstulit..

Digitized by Google

TITULUS LI. De uxoribus militum vel eorum, qui reipublice causa absunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Secundine. Mulieres, qui cum maritis suis in expeditione publica sunt, tempora illis subveniunt. [f. 48]

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Quintilliano. Mulier, qui cum marito suo milite in expedito publico fuit, retraitur tempus de perscriptione.

TITULUS LII. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum aliarumque personarum, que restitui possunt, quam heredum eorum.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Pudenti militi. Minor etate miles in aliquo utilitas eis lesa est et post expeditionem moratus est, minoris beneficium ei conservatur.

Lex 2. Idem a. Secundino. Si pater tuus, cui restitui competebat, si in minori etate mortuus est et tu in minori etate vel in bello occupatus, postquam reversus fueris, salvatur tibi restitutio, que patri tuo competebat.

Lex 3. Idem a. Muciano militi. Si intra minores annos, [f. 48 v.] quando tibi restitutio fuerit, in expeditione militie moratus est, restitutio tibi salvatur.

Lex 4. Dioclitianus et Maximianus aa. Dionisio. Si fratribus tuis successio [1] debebatur et in bello morantes mortui sunt, per eorum tibi successit integratur.

Lex 5. Impr. Constantinus a. Si minor veniam etatis iudici postulavit, ut que finita sunt refragari non potest.

Lex 6. Idem a. ad Iulianum pp. Petitor dilatare non liceat.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Ubi annum utilem quadriennium dicit fieri restitutio minoris aetate post viginti quinque annis.

[1] restitutio?

Digitized by Google

TITULUS LIII. Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Emiliano. Qui pro publica legatione moratus est, prescriptio temporum eis non opponitur.

Lex 2. Idem a. Dionisio. Qui in militia occupatus fuit, restitutio ei concedetur.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Proculo decurioni. Curialis pro occupatione publica moratus debitum reddere, [f. 49] usuras illi non reputetur.

Lex 4. Idem a. Prisciano. Minorum restitutio annuitur.

Lex 5. Idem a. Lyciniano. Qui ab hostibus captus redit, prescriptio ei non preponitur.

TITULUS LIV. De alienatione iudicii mutandi causa facta.

Lex 1. Impr. Dioclitianus [1] *et Maximianus aa. Catulo.* Si res tuas alio vendidit, ab his posse unum *quem elegeris* tenere, venditore aut emptore.

TITULUS LV. De receptis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. Nepotiane. Ex conpromisso iudicata causa *apellari* non potest.

Lex 2. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. Clementi. Qui in iudicio cumpromissariis non observabit, pena exigitur.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Petronie. Arritres ex conpromisso iudicia si non obueris, [2] conveniris.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Arbitres per sacramentum electos absque scriptura apellari licet. *In ea lege abet:* Ubi arbitres, si sacramento scripto electos iubet obtemperare; [f. 49 v.] et arbitres iurent veritatem se iudicare. *In eam lege habet:* Si arbiter dicat iurasse causeditum, et unus causeticus neget, non potest iudicium subsistere, nec eius testimonium recipi.

[1] *S.*[a] Constantinus. [2] obtemperaveris?

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Ubi silentium pro consensum abetur. Que iudicata sunt si intra dies decem mox non apellavit, postea non licet. *In ea lege:* Factum cumpromissum interruptio temporum est; et que hibi confessum est vel actum, stabilem est in alterius iudicium.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Mulier si inter se et filiis vel libertis vel inter aliis iudicare, [1] nichil est.

Titulus LVI. De satisdando.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Peritor, [2] qui procausatorem instituit, non dat fideiussorem de ratiabitione, et si post per se vult litigare, licet. Pulsatus, instituto procuratore, alio submutare non licet. Fideiussor de solvendo iudicio detur. *In ea lege:* Procuratore pulsat [3] det fideiussorem, ut quod addictus fuerit satisfaciat.

Titulus LVII. De formulis et impetrationem actionum [f. 50] sublatis.

Lex 1. Impr. Constantinus et Constans aa. Marcellino. Si littera pro littera facta fuerit, non impedit.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hierio pp. Si antecumque iudice causa acta est, recipitur exinde acta legitima.

Titulus LVIII. De iureiurando propter calumnia dando.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. ad [4] *Demostheni pp.* Iuret petitor non calumniandi animo probationem petere.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Procurator cause iuret non mala causa defendere. Nam non liceat iudici causam ipsam audire (*In ea lege abet*) [5] nisi sacrosancta evangelia fuerit. Post nar-

[1] *Adde e. g.* susceperit *vel* praesumpserit. [2] *Lege* Petitor. [3] pulsati. [4] ad *ex male iteratis litteris* a. D(emostheni). [5] *Quae cancellis inclusimus, delenda vel transponenda videntur.*

Digitized by Google

ratione ut advocatus iuret. Si causa mala cognoscit, deserat illum. *In ea lege abet: Advocati sacramenta legitimum prestent.* Ut principalis persona iuret non per calumnia petere, ut pulsatus non asto animo reluctare. *In ea lege: Que partes* [1] *viros* [f. 50 v.] *disertissimos advocatos, quod iam dispositum est a nobis iusiurandum* presentent [2] sacrosancta evangelia. Ante iudice evangelia sit semper, dum audet. *In ea lege* [§ 1]: Procuratore ius [3] prestet sacramenta. *In ea lege abet:* Ubi absente parte altera [4] pars iurare non potest. *In ea lege* [§ 2]: *Neque enim pupillus neque adultus.* Ubi pupillus adultus [5] principalia sacramenta prestat, sed quid agit. *In ea legem* [§ 3]: *Per procuratorem causam agitur.* Qui absentem partem agit mandato sacramenti de calumnia ostendat, et qui pro eo absente spondit, ostendat scriptum eiusdem infinitus. *In ea lege* [§ 4]: Cognovit *vigorem suum.* [6] Ubi sine principalia sacramenta causa agi non potest apud privatos, et actor simul iuret. *In ea lege* [§ 5]: *Nullo mandato prolato.* Qualiter absens iuret, et qui lite mandat absque mandato sacramenti non audiatur. *In ea lege* [§ 6]: *Actor noluerit subire sacramentum calumniae.* Qui non fuerit iurare ausus, inter initia negotium amittit, quando desiderat proponere. *In ea lege* [§ 8]: *Et causarum patroni* advocati [7] *prebeant sacramenta.* [8] Iudicis presentes evangeliis causam audiant et finiant. *In* [f. 51] *ea lege* [§ 11]: *Iubemus presentem quidem personam* [§ 10]. Presentes personas sacramentum detur inter initia.

EXPLICIT CONSTITUTIONUM LIBER II.

[1] *Lege* utriusque partis. [2] *Lege* praestent ad. [3] *Iust.* procuratore eius praesente. [4] *S.*[b] *add.* R). [5] *Lege* non pup. neque ad... sed qui pro eis agit. [6] *Iust.* cognoscant, vigorem suum. [7] advocati: *glossa.* [8] *Iust.* sacramentum.

Digitized by Google

INCIPIT CONSTITUTIONUM DOMINI IUSTINIANI

LIBER III FELICITER. DEO GRATIAS AMEN.

TITULUS I. De iudiciis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Clementi. In iudicio de usuris quod non fuit actum, exigi non potest.

Lex 2. Idem a. Valerio. Si contra tutorem tuum de tutela gestam causam dixisti, minus allegasti, concedere potest.

Lex 3. Impr. Alexander a. Faustine. Petenti iudicio repelli non licet.

Lex 4. Idem a. Popilio. Curator si detur, [1] predia comparavit et tradedit, ad curatorem recursum non abet.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Marcello. A iudice alius iudex ordinatus alio iudice facere non potest.

Lex 6. Idem a. Iunie. Servus in iudicio alii prode non facit. [f. 51 v.]

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Herine. Servus stilu [2] pignus positus res a domino comparatas tenens agi debet.

Lex 8. Impr. Constantinus a. et Licinius ad Dyonisium. In omni iudicio iustitia servetur.

Lex 9. Impr. Constantinus a. ad Maximum. Iudex inprimis requirat diligenter cum [3] et post sepius interroget, si postulant iudicari.

Lex 10. Idem a. ad Severum pp. Ceptam litem exinde in aliorum iudicia eum provocat, poenam adfligatur.

[1] de tuo? [2] *Iust.* debitoris tui servum tibi pignoris iure *etc.* [3] causam?

Digitized by Google

Lex 11. [13] *Impr. Iulianus a. Iuliano pp.* Ut inter tres annos causa finiatur et de poena iudicii et de inclamatione absenti et expensas litis reddentes hic sunt.

Lex 12. [14] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Ut petitor iuret se per calumnia non petere. *In ea lege abet: Omnino iudices Romani. In ea lege abet:* Ut a principio litis usque in finem evangelia presentes sint.

Lex 13.[1] [15] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Si contumax redierit ad iudicium, non audiatur, *nisi prius omnia damna restituat* [f. 52] quantum inde[2] estimaverit, postquam iuraverit quantum expendit. Quod si hec iudex pretermiserit, de suo det parti lese. Hoc et de pedaneo iudice liceat iudicare.

Lex 14. [16] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Ante causa incoata licet iudice recusare et alios iubet audire; et suspectum iudicem ante litem recusare nec apellare.

Lex 15. [17] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* [18] Licet suspectum presidem recusare et ad maiorem iudicem ambulare aut aput municipes; aut arbitros adque iudicatam fuerint iudex quem suspectum abuit ipse requirat.

Lex 16. [18] *Impr. Iustinianus a. Iohanni pp.* Ut supra lege, hoc abet et ista.

Titulus II. De sportulis et sumptibus in diversas iudiciis faciendis et de executoribus litium.

Lex 1. Impr. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. ad Potitum vicarium. Executor per[3] litem inchoatam est ipse exequatur,[4] vel, si aliquod excedit, quinque libras auri det poena. [f. 52 v.]

Lex 2. [3] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Omnes iudices in cingulo positos, si executores litis neglegent, alios efficaces instituat: et certa multam et corporali disciplinam[5] adfligantur neglegentes executores.

Constitutio graeca hic in his titulo qui minus est in greco.

[1] *S.* Lex XII. [2] iudex? [3] per quem lis inchoata est. [4] *B.* ut. [5] *S.*[a] *add. iterum* mul(*tam*).

Digitized by Google

TITULUS III. De pedaneis iudicibus.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Vicani. Cui iudicia non sunt commissa, que iudicavit, nichil est.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Licet iudici propter occupationem auditore deputari et excepto causa libertatis servorum.

Lex 3. Exemplum sacrarum[1] *eorundem a. et c. ad Serapionem.* Deputatos arbitros si post denuntiationem apellaverit, audiatur.

Lex 4. Idem a. et c. Firmino. Arbitres deputati si post inchoationem munus absens sit aut non prehendunt iudicare, alios ei adhibeatur complere iudicium.

Lex 5. Impr. Iulianus a. Secundo pp. Si sunt causae de negotia et morantem iudicem, provincie arbitres liceat deputari ne- [f. 53] gotiatores.

TITULUS IV. Qui pro sua iurisdictione iudices[2] darive possunt.

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Cyro pp. Si iudex conveniat persona, que eius foro non competit, nec convento valet nec que iudicata fuerit effectum abeant.

TITULUS V. Ne quis in sua causa iudicet vel sibi ius dicat.

Lex 1. Impr. pp. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. Generali.[3] Ut supra titulus.

TITULUS VI. Qui legitimam personam in iudiciis abent vel non.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Candide. Si minor aetate in iudicio absque tutore addictus est, nichil est.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Agemacho. Ex permissum tutoris et curatoris licet minori agere[4] et convenire.

[1] *Adde* litterarum. [2] *Adde* dare. [3] Generali *est initium genuinae const.* [4] *B.* agre.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Honorius et Theodosius aa. Iuliano proconsule. De momento agi licet. Conveniri minori non licet.

TITULUS VII. Ut nemo invitus agere vel accusare cogatur. [f. 53 v.]

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Camerio. Invitus nemo cogatur *agere vel accusare.*

TITULUS VIII. De ordine iudiciorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Marcelline. Si presens [1] provincie non conprehensit iudicare de testamento, ad maiorem iudicem dici potest.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Agnelle. Si ex linea patris fratris filii te pulsent, petere fidem generis licet.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Gallienus aa. Demitrio. [2] Si arbitres criminales causas audet et post competens iudex sententiam finet.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Calpurnianum. Si iudex civilis in cause meritum crimen agnoscat, merito cause personam iudicationem manifestat; post competens iudex ex hoc prebet sententiam.

TITULUS IX. De litis contestationibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Valenti. Contestatio litis non fiet, nisi per interlocutionem iudicis.

Constitutio greca. [3]

TITULUS X. De plus petitionibus. [f. 54]

Lex 1. [3] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Plus petendum amittit totum debitum.

[1] *Lege* praeses. [2] *B.* Demetrio. [3] *Constitt. graecae extant in tit. X cod. Iust.*

Digitized by Google

TITULUS XI. De dilationibus.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et cesares. Indutias postulari et tribui licet intra provincias tres menses, longius menses sex, trans mare VIIII.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Ursum vicarium. Ex compromissu qui de arbitriorum iudicio aput principem offeret emendari iudicium, nichil. [1]

Lex 3. Idem a. Profuturo prefecturio annonis. Si a delegatore [2] datus pitatius, exigitur, quia administrat.

Lex 4. Idem a. ad Catulinum proconsule Africae. Absente patre [3] iudice non licet indutias postulari, sed presentia et causa cognita.

Lex 5. Idem a. ad Maximum. Apellatio oblati suscipi licet.

Lex 6. Impr. Constantinus a. et Constantius c. ad Petronium vicarium Africe. Inter litigatores privatis cum fisco indutias postulatas tribui licet, si iustas cognoscantur. [f. 54 v.]

Lex 7. Impr. Arcadius et Honorius aa. Messale pp. Trans mare indutias VIIII mensibus tribuatur.

TITULUS XII. De feriis.

Lex 1. Impr. Constantinus et Maximianus aa. et Severus idem a. et Maximus novies Cesar Virino.[4] Ad apellationem intra certos dies non fuerit, post non valet.

Lex 2. Impr. Constantinus a. Hilpidio. Dominico die omnes ab omni opere cessent.

Lex 3. Idem a. ad Severum. Iudex nulli iniungat dies feriatos aliquid facere.

Lex 4. Impr. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. ad Olibrium. Iudex menses duo feriatos indulgeat in omnibus et pistoribus publicis.

Lex 5. Idem a. Luciano vicario Macchidonee. Quadraginta dies quia aspicio caerimoniarum pascale tempus accipiant. [5]

[1] *Adde* est. [2] *S.*[a] *H.* delegatione. [3] *Lege* parte *H.* [4] *Lege* nobiliss. cc. Verino. [5] *Sunt priora genuinae const. verba, a librariis mire corrupta: ita enim leg. est:* Quadr. diebus, qui auspicio caerim. pasch. t. anticipant.

Digitized by Google

Lex 6. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Albino pu. In omnes dies feriatos nichil a iudicibus fieri iniungantur a privatis; quod factam fuerit, irritum sit.

Lex 7. Idem a. Tatiano pp. Quindecim dies pascales nichil fiat preter *mancipandi et manumittendi.* [f. 55]

Lex 8. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. In quadragesima et feriatos dies latronum non [1] inquisitio fiat.

Lex 9. Impr. Leo et Anthemius aa. Armasio pp. Diem dominicum omnis actio et executio conquiescat, nec expectacula fiat.

TITULUS XIII. De iurisdictione omnium iudicum et de foro competenti.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Severo et aliis. Si procuratores vestros [2] iudices eligistis, que iudicant adimpleatis.

Lex 2. Impr. Diuclitianus et Maximianus aa. Alexandro. Pulsatus actoris foro non sequaris.

Lex 3. Idem a. Iude. Electio pupilli [3] iudices non facit.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad universos provinciales. Inchoata lite in *alterius iudicis* migrare non licet; post apellari licet.

Lex 5. Impr. Arcadius et Honorius aa. Vincentio pp. Galliarum. Petitor *rei foro sequatur,* et quis hominem ad militem delegavit vel inconpetenti iudicio sine iussione imperatoris duxit, amittat negotium, et iudex decollentur. [f. 55 v.]

Lex 6. Impr. Honorius et Theodosius aa. Anthemio pp. Magisterie potestates et magister officiorum privatarum causas audiant, militi non.

Lex 7. Impr. Anastasius a. Constantino pp. Preter iudicibus civilis liceat audire causas, non qui abent militiae dignitatem. Quis hoc presumpserit, amittat dignitatem.

TITULUS XIV. Quando imperator inter popillos vel viduas vel miserabiles personas cognoscat, et ne exibeantur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Andronicum. Si imperator inter popillos vel viduas causam audiet, ab aliis non audiatur.

[1] non *del.?* [2] nostros? [3] populi?

Digitized by Google

TITULUS XV. Ubi de criminibus agi oportet.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Laurinae. Criminali causa ubi misso[1] est vel in quo loco invenitur agatur.

Lex 2. Idem a. Nicae. Qui ingenuum vendit, plagiarius est criminis.

TITULUS XVI. Ubi de possessione agi oportet.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Festum proconsule Africae. Ubi violentia facta est, nichil exequi potest. [f. 56]

TITULUS XVII. Ubi fideicomissum peti potest.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Demitrio. Fideicommissum[2] ubi faculta est.

TITULUS XVIII. Ubi conveniatur qui certo loco dare promisit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Eraclee. Si certo loco promisisti restituere pecunias, si non reddedisti, alibi exigere poteris.

TITULUS XIX. Ubi in rem actio exiberi debet.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Pancratio. Actio in rem competit, si auctor non presentatur.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad universos provinciales. Si post rem possessam pulseris, auctorem debis presentare; post datas indutias auctor non presentatur, teneris, nec alias postulas indutias.

Lex 3. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aa. Si in rem vertitur intentio, aput locum accedatur.

TITULUS XX. Ubi de hereditate agatur, et ubi scriptum heres in possessionem mitti postulare debet.

Lex 1. Impr. Valerianus et Gallienus aa. Messie. In [f. 56 v.] rem intromitti his[3] iuste postulat; si ipse pulsator responsum ubique reddere.[4]

[1] *Iust.* ubi (crimina) commissa sunt. [2] *supple* petitur. [3] heres?
[4] *Nonnulla deesse videntur.*

Digitized by Google

TITULUS XXI. Ubi agi oportet de ratiociniis tam publicis, quam et privatis.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Gerontio. Qui tutelas vel alias utilitates egit, in eo loco facit rationes.

Lex 2. Impr. Honorius et Theodosius aa. Machedonium magistri militum. Post expleto cingulo vel militia tenetur, si quem gravavit.

TITULUS XXII. Ubi causa status agi debet.

Lex 1. Impr. Alexander a. Arestograti. Si servus fugiens in alia provincia liberum se dicat, iudex eum retransmittat, [1] unde fugit.

Lex 2. Impr. Decius a. et Decius coetus c. Felici procuratori nostro. [2] Curator per se causam examinare non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Zezonide. Qui in libertate constitutus ad servitium pulsatur, foro pulsati sequitur.

Lex 4. Idem a. Sisinnie. Si servus pro libertate clamat, ubi serviet, in eo loco causa audiatur.

Lex 5. Idem a. Diogeni presidi insularum. Si de libertis [f. 57] inter fisco et privato agatur, apud locum est agendum.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Servum vel libertinum in iudicio pulsatus, etiamsi quinque anni intercesserint, contra eos causa in omni praeturio.

TITULUS XXIII. Ubi quis de curiali vel coortalia vel [3] condictione convenitur.

Lex 1. Impr. Archadius et Honorius aa. Florentio pp. Decurio si fugierit, inventus revocetur.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Cyro pp. [1] Curialis si se societ in alia terra, iudex eum revocat in suo loco, ut administret.

[1] *B. H.* transmittat. [2] *Pro* coetus *Iust. habet* et Quintus. *Verba* proc. nostro *ex initio legis sumpta sunt.* [3] *Lege* cohortali aliave.

Digitized by Google

TITULUS XXIV. Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Octavianum comitem Spaniorum. Si clarissimus raptum vel alio crimen admiserit, in ea provincia audiatur.

Lex 2. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aa. ad Senatum. Senatores pro pecuniis [1] causis apud eorum heredes [2] audiantur.

Lex 3. Impr. Zeno a. Archadio pp. Sublimis potestas post crimen admiserit, non per procuratorem litiget et ab imperio [3] [f. 57 v.] audiatur, aut cuius erit litigandum; sed et sententiam non denuntiet, nisi retulerit imperatoris.

TITULUS XXV. In quibus causis militantes foris perscriptionem uti non possent.

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Florentio pp. Moderatores [4] provinciae nullus contempnat iudicium.

TITULUS XXVI. Ubi cause fiscalis vel divine domus hominumque eius aguntur.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Dioscoro. De iure fisci. Homicidium factum per procuratores fisci agatur.

Lex 2. Idem a. Areste. Qui fiscalem hominem occisit, bonis eius fisco societur.

Lex 3. Impr. Antonius a. Eliodoro. Procuratori fisci ipse iudicare non potest.

Lex 4. Impr. Alexander a. Maximo. Si procuratore res meas comparasti, michi pretium cum usuris solvis.

Lex 5. Impr. Constantinus a. ad Ursum. Fiscales causas rationabiliter decidantur.

[1] *Lege* pecuniariis. [2] lares? [3] imperatore? [4] *Lege* moderatoris.

Digitized by Google

Lex 6. Idem a. ad Italicum. Contra fiscalem hominem comitem privatorum roget. [f. 58]

Lex 7. Idem a. ad Bulephorum. Cholonos publicos ab angarias abstineantur.

Lex 8. Idem a. ad Taurum pp. Si servus publicus preter fecit, ad iudicium rectoris eum petis, conductorem aut procuratorem [1] causam dicatur.

Lex 9. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Philippum vicarium. Si publicus procurator vel servus alicui mali admiserit, in iudicio conventus exigatur, et si reus est, puniatur.

Lex 10. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. ad Polymium pp. Acceptor publicus in suo foro contra ipsum dicatur.

Lex 11. Impr. Theodosius et Valentinianus a. Arcaxi pp. [2] *sacri cubiculi.* Publicus colonus aut inquilinus aut servus mali admiserit, apud comitem sacrarum [3] audiatur.

Titulus XXVII. Quando liceat sine iudice unicuique vindicare se vel publicam devotionem.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. ad [4] *provinciales.* Siquis nocturnis in rem alienam incedat aut sepius vim faciat, occisus ibi fuerit, valet. [f. 58 v.]

Lex 2. Impr. Honorius, Archadius et Theodosius aaa. ad Adriano pp. Si miles violentia agat, mortuus aut vulneratus fuerit, non requiratur.

Titulus XXVIII. De inofficioso testamento.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Victorino. De inofficioso testamento agi licet.

Lex 2. Idem a. Lucretio. Per inofficioso testamento accepisti possessionem, ab erede eius tolli non potest.

[1] *Iust.* praesente rationali vel procuratore domus nostrae. [2] *Lege* praeposito. [3] *Iust.* com. domorum. [4] *S.*[a] ad populum.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Ianuario. Mater condito testamento filios heredes fecit, alio post genuit, solutus testamentus.[1]

Lex 4. Idem a. Sotherico et aliis. Filius vota coniunctus de inofficioso testamento agere non licet.

Lex 5. Impr. Anastasius a. Helio. Si pater tuus de inofficioso testamento pulsavit, te agere licet.

Lex 6. Idem a. Ingenuo. Exheredato filio tres unciis ex omnibus detur.

Lex 7. Idem a. Secundino. De inofficioso testamento nepotem dicere licet.

Lex 8. Idem a. Florentio. Si non minus de quartam portionem scriptus est, contra testamentum patris agi non potest. [f. 59]

Lex 9. Idem a. Romane. De inofficioso testamento militi dici non potest.

Lex 10. Idem a. Quintilliano. Si testator, si publicus eius facultas debetur, in uno filio testatus fuerit, exheredatus contra procuratorem publicum agat.

Lex 11. Idem a. Ingenuo. Arenarius inofficioso testamento presentia agere licet, et filius eius, si arenarius fuerit.

Lex 12. Idem a. Licyniano et Diogeniano. Si testator dixit: « ille filius meus intestatus sine liberis mortuus fuerit, norus mea succedat illi », abeat.

Lex 13. Impr. Gordianus a. Prisciano. Si testamentus cadat, pro qua re uni demisit septem, alio quinque uncias, legati[2] complentur.

Lex 14. Idem a. Prisco. De inofficioso testamento, quem non adisti, agere potest.

Lex 15. Impr. Philippus a. et Philippus c. Afrodisie. Filia exeredata amittere[3] de inofficioso testamento tacere non [f. 59 v.] potest.

Lex 16. Impr. Valentinianus, Galienus et Valerianus novies VIIII[4] *Theodote.* De inofficioso testamento agere potest, intra quinquennio agatur.

[1] *Lege* solvitur *vel* sol. est testam. [2] *Add.* non? *B.* legata. [3] *Lege* a matre. [4] *Lege* nob. c.

Digitized by Google

Lex 17. Impr. Carinus et Numerianus aa. Flore. Pretermisso filio sororem heredem fecit, de inofficioso testamento agere potest.

Lex 18. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Faustinae. Si filias [1] sine liberis maritum heredem fecit, pater eius de inofficioso testamento agere potest.

Lex 19. Idem a. Apolenari. Filia prostituti [2] exeredari potest.

Lex 20. [21] *Idem a. Alexandro.* [22] Si maritus pretermisit filio uxorem suam fecit heredem, de inofficioso testamento agi potest.

Lex 21. [22] *Idem a. Tatile.* [21] Nepotes de testamento [3] avunculorum inofficioso testamento dicere non licet, de falso. [4]

Lex 22. [20] *Impr. Dioclitianus et Maximianus aa.* [5] *Sabiniano.* Filia [6] ex voluntate matris nupsit absque patris consensum, separari a marito potest.

Lex 23. Idem a. Philippo. Interdici testamentum culpa est. [f. 60]

Lex 24. Idem augustus. Miles de castrense peculio testatus, de inofficioso nec pater nec filius dicere potest.

Lex 25. Idem a. Moenedote. Si mater filio heredes instituit, ut, si pater eius emancipaverit, abeat, non dicatur de inofficioso testamento, quia *providendum* bonum hoc fecit.

Lex 26. Idem a. Sarapioni suo salute. Si pater filium in tres uncias constituit, ut, si intra puveris [7] mortuus fuerit, alius illi succedat, valet.

Lex 27. Impr. Constantinus a. ad Verianum. Uterini de inofficioso testamento agere non licet, sed germanis, si personam indignam heredem fecerit, excepto servo, quem diligit.

Lex 28. Idem a. ad Claudium presidem Datie. Sine culpa filius exeredatus agere potest. Si filium mater [8] exheredavit, tamquam ab intestato succedit. Quodsi mater turpiter egit vel inpia filio fuit, extera erit substantiae.

Lex 29. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. Dotem vel spon- [f. 60 v.]

[1] *Lege* filia. [2] *Lege* prostituta. [3] testamento *del.*? [4] *Adde e. g.* licet. [5] *Iust.* Idem aa. et cc. [6] *B.* Filii. [7] *Iust.* intra pubertatis annos. [8] *Intell.* Si filius matrem.

Digitized by Google

salia filiis a parentes scripsit, exheredatus fuerit filius, pro falcidia sibi hoc reputatur.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Testator filio suo minus quam illi competit reliquerit, si non culpavilem consignificavit, fratres eius non illum ad culpam vocare possunt, equalaemque cum ea divident. *In ea lege* [§ 2] *dicit: Ad inofficiosi testamenti querella vocantur. Idem in ea lege abet:* Filius si in falcidia succedit militiaque ei a patre empta est, lucravit: heredi si empta est militia, pretium sibi in portione reputet, excepto silentiariis.

Lex 31. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Testamentus, in quo exheredatus filius in falcidia legitur, stabile est.

Lex 32. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Testator si uni filio exheredato falcidia non reliquerit, testamento de aliis, quem deliveravit, valet.

Lex 33. [32] *Impr. Iustinianus a. Moene pp.* [33] Testatori [1] filio vel nepote ex testamento vel legato minus de falcidia reliquerit, contra agi licet. Heres enim absque controversiam eum in [f. 61] portionem volet recipere et ille eos ad iudicium vocet, tertiam partem minus de quod illi competit accipiat.

Lex 34. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Exheredato filio vel nepote si mortuus fuerit vivente testatore, non licet de inofficioso testamento dicere norus.

Lex 35. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Filius si aliquas res a patre accipiet suo placito, ut hoc sibi in portione sufficiat, de inofficioso testamento agere potest.

Lex 36. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. De inofficioso testamento agi potest, ut heres a creditore solum non gravetur. Heres intra annum propter faciendum responsum propter causidicis. *In ea lege abet* [§ 2]: *In eadem commanentes provinciam. Intra sex* menses heres succedat, si presens est; si absens, intra anno, ut possit quis agere de inofficioso testamento.

Lex 37. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Filius testamentum facere de castrense peculio miles et militia de sua adquisitione solum licet,

[1] *Lege* Testator si.

Digitized by Google

et grammaticus et medicus. De his rebus non dicitur de [f. 61 v.] inofficioso testamento, si non abent filios.

TITULUS XXIX. De inofficiosis donationibus.

Lex 1. Impr. Philippus a. Nichanori et Papianae. Si mater res suas uni filio aut extraneo donavit et alias singulas uncias donavit, de inofficiosa donatione agere potest.

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. Anthiae. Si pater tuus res suas filio dedit, et alii falcidia reservavit, de inofficiosa donatione agi non potest.

Lex 3. Idem a. Heliano. Si filium heredem in pauco constituisti, minus de falcidia dare non potest.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aristinae. Si filius matrem exheredari, potest mater de inofficioso agere.

Lex 5. Idem a. Cottaveo. Si in filio emancipationem [1] omnes res tuas donasti, alii filii contra fratrem agere potent.

Lex 6. Idem a. Dimitrie. Si pater in filio plus donavit, de reliquo divisio facta, si ignoravit [2] qui gravatus est, repetere potest de inofficiosa donationem. [f. 62]

Lex 7. Idem a. Ammiano. Si mater tua res suas uni donavit filium et tibi tres uncias donavit, concedere potest.

Lex 8. Idem a. Auxanoni. Si pater [3] uni filio omnia donavit, nichil est. Si mater sponsalia an filio emancipavit [4] et donavit consentiente marito, resolvitur.

Lex 9. Constantinus a. Olybrio. Si uni filio minus quam falcidia donatum est, repeti potest.

TITULUS XXX. De inofficiosis dotibus.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Maximum preside Sicilie. Si parentes uni filio [5] omnes res in dotem conscribat, de inofficioso querella agi potest.

[1] *Lege* emancipato *vel* filii emancipatione. [2] *Iust.* non agnovisti. [3] *Iust.* matrem. [4] *S.*[a] emancipatio. *Lege* spons. filio emancipato donavit. [5] *Lege* filiae.

Digitized by Google

Titulus XXXI. De repetitione hereditatis.

Lex 1. Impr. Titus Elius Antoninus aaa. Auguriano proconsule Africae. Creditor post mortem debitoris usuras non lucrat, nisi ex eo heredem pulsavit.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus aa. Marcello militi. Si quis a patre tuo rem emptam tenet, quem tibi competit, ex eo illum pulsasti, cum fructibus tibi restituat. [f. 62 v.]

Lex 3. Idem a. Epicte. Soror matris tue debito eius ab eius heredem repeti potest ad nomen matris tue de anteriore testamento inofficioso.

Lex 4. Impr. Antoninus a. Vitaliano. In morte cuiusdam quod expedisti, ab herede recipes.

Lex 5. Idem a. Postumiane. Hereditatem, quem tenuisti, quam tibi credebas competere, si addicta es [1] restituere, recipis quod creditoribus solveras. Nam creditore exigere non potest.

Lex 6. Impr. Alexander a. Firmino. Si filii tui emancipati substantia aput nepotes residet, qui in tua non fuerunt potestate, repetere iuste potest.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Restitute. Petere facultatem pro herede licet remote perscriptionem contra possessorem. [2]

Lex 8. Idem a. et c. Asterio. Requiri licet, si eius propinquus testavit.

Lex 9. Idem a. et c. Demophole. Si successionem cognati scriptis repudiasti, adire non potest. [f. 63]

Lex 10. Idem a. et c. Theudatiano. [3] Filiusfamilia relicta sibi hereditate tenuit, patri adquisivit.

Lex 11. Impr. Archadius et Honorius aa. Eternali [4] *proconsuli.* Ad restituendam possessionem pulsari licet, non ut ipse confiteantur quomodo possidet.

[1] *S.* addictæs. [2] *Intell.* Petere fac. contra possidentem pro her. licet remota praescriptione. [3] B. Theudationo. [4] *B., ut videtur,* etiam nali; *H.* Eternati.

Digitized by Google

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Si creditor absque herede occupaverit, dato fideiussorem, ratione[1] facienda de fructibus et usuris. *Item in ea lege habet* [§ 2]: *Annalem spatium tantummodo. Idem:* Post anno defuncti heres pulsetur a creditoribus. Et liberti prius rationes edat, siquid abuerunt commissum.

Titulus XXXII. De rei vindicatione.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Ceciliae. Si alienum servum possedisti, quidquid sub tuo dominio adquisivit simul cum servos et operas reddes.

Lex 2. Idem a. Aresteno. Si in rem tuam extraneus te ignorante hedificavit et mansit, dominus terre lucrabit.

Lex 3. Impr. Alexander a. Domine. Res tuas mater [f. 63 v.] aut pater vendidit, absque pretium eas recipis, si heres non est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Muniano militi. Qui res tuas male fieri[2] tenuit alii eas vendidit, in rem tibi actio est ante prescriptionem temporis.

Lex 5. Idem a. Herasiano. Qui iniuste rem alienam tenuit, cum pensionibus restituat. Siquid hibi expedit,[3] non recipiet.

Lex 6. Idem a. Austronio. Aput quem pecunias commendasti, si exinde aliquid suum nomen comparavit, sibi adquisivit, pecunias tibi restituit.

Lex 7. Idem a. Antonino. Fili ancille ad matrem pertinent.

Lex 8. Idem a. et c. Philippo militi. De pecunia militi ad tuum nomen comparasti, medietatem illi efficitur.

Lex 9. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. et c. Anthoni. Ancilla dotali conscripta si ab alio teneatur, recipis.

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ianuario. Servorum instrumento perdito, in iudicio per testes iuris tui esse ostendis. [f. 64]

Lex 11. Idem a. Gaiano. Qui inscio[4] agro alienum plantavit, domino terre effectum est.

[1] ratio est? [2] *Lege* mala fide. [3] *B.* expendit. [4] sciens in?

Digitized by Google

Lex 12. Idem a. Alexandro. Vendita ancilla filii ex ea aput emptorem nati ipsius sunt, nec contra vinditionem agi potest, sed de praetio, si non accepit.

Lex 13. Idem a. Eutichiano. Si de mancipio oritur causa, in iudicio presentetur.

Lex 14. Idem a. Septime. Si mater res filii si vendidit, si eius heres non est, agere potest.

Lex 15. Idem a. Proculino. Si unus dominus duobus vendidit, si posteriori traditionem celebravit, ipse erit dominus; sed reddet emptori pretium cum usuris. Similiter et de donationibus potius erit traditio.

Lex 16. Idem a. et c. Ianuario. In solo commune edificasti, recepta expensa communis erit.

Lex 17. Idem a. et c. Sabino. Si res tuas ex iudicio recipisti, et fruges retro temporum tibi restituat.

Lex 18. Idem a. et c. Claro. Si in rem tuam alius te ignorantem mansit, nichil tibi nocet. [f. 64 v.]

Lex 19. Idem a. et c. Callistrato. Integro dominium documenta declarant, si alterius iuris non est.

Lex 20. Idem a. et c. Quartille. [21] Rem quam tuum dominium vindicas subiecto sacramento non adimplisti, restituis.

Lex 21. Idem a. et c. Yrocleae. [22] Male fidei possessa cum fructibus restituuntur.

Lex 22. Idem a. et c. Diodoto. [23] Mancipium tuum furtim vel violentiam abstultum alii vendito tibi praeiudicio non potest fieri.

Lex 23. Idem a. et c. Magnifero. [24] *Nullo titulo precidentem* te non munet preter prescriptio. Qui autem ad limitem fuerunt,[1] non illis preponitur, si prescriptio.[2]

Lex 24. Idem a. et c. Iuliano. [25] Sepius pro alio debito reddidisti, non dominus efficeris, sed creditor.

Lex 25. Idem a. Eugomio. [26] Longi temporis possessio non est, qui[3] iam pulsatus videris.

[1] *Intell.* postliminio reversi sunt. [2] *Iust.* opponitur praescriptio. [3] quum?

Digitized by Google

Lex 26. Idem a. et c. Heliodoro. [27] Servo empto si de presenti tibi[1] non est traditus, eum tenere non potis.

Lex 27. Idem a. et c. Philadelpho. [28] Iniusta possibi- [f. 65] litas restituitur.

Lex 28. Idem a. et c. Sopatro. Qui res alienas possidet, cogitur reddere.

Titulus XXXIII. De usufructu et habitationem et ministerium servorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Possidonio. Usufructum uxor marito relinqui licet indemnes a creditoribus.

Lex 2. Idem a. Felici. Usufructum tibi relictum est, proprietas creditoribus efficitur.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Anthoniano. Usufructuarius pater tuus institutus, post obitum eius filiis nichil competit.

Lex 4. Impr. Alexander a. Verbicio. Qui usufructuarius constitutus est, fideiussore det de non minuendo.

Lex 5. Idem a. Evocato. Si pater tuus usumfructum uxori reliquid usque dum ad legitimos annos fili pervenerint, si post hoc tenuit, fruges restituit.

Lex 6. Idem a. Stratonice. Si maritus tuus in dote accepit sub pacto, ut usumfructum abeat, post soluto matrimonio ei auferetur ususfructus.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Ulpiano militi. Usufructuarius sarci tecta ipse faciat; si quid a novo fecerit, heredes eius [f. 65 v.] recipiunt.

Lex 8. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Hieronine.[2] Usufructuarius[3] prescriptionem non generat.

Lex 9. Idem a. et c. Auxanuse. Usufructuarius alienationem non facit, nec mancipium in alterius obsequium det.

Lex 10. Idem a. et c. Pomponio. Si maritus uxorem usumfructuaria reliquid, *certam* a servis accipere valebit.

[1] tibi *B.: om. H.* [2] *B.* heronine. [3] Usus fructus?

Digitized by Google

Lex 11. Idem a. et c. Theodoto. Habitatio mortem finit, non vindicat dominium.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Maritus si uxorem aut alium usumfructuarium fecerit in certum tempus, abet.

Lex 13. Idem a. Iuliano pp. Usumfructum legatis relictum, domum liceat manere et locare.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Usumfructum post discessum eius ad heredem revertit.

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Si servus alienus adquisierat usumfructum, validum est, ut deminuatur.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Usumfructus a minore aetate relictus restituitur; si quid expetit, recepit. [f. 66]

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.[1] Res communes invitus nemo compellitur tenere.

Titulus XXXIV. De servitutibus et de[2] aqua.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Carphoniae. Si per longi temporis iure quieto possedisti lumen, tibi auferri non potest, preter vim tibi facta.

Lex 2. Idem a. Marciali. Si aquam per possessionem Martalis eduxisti eo sciente, servitutum exemplo rerum mobilium tempore quesisti; sin autem, frustra queris.

Lex 3. Idem a. Ricane. Et in provinciali pretio constituti[3] *servitus aqueductus vel alie servitute.*

Lex 4. Idem a. Cornilio. Aqua, que in alio loco oritur, sine voluntate eius, ad quem usus pertinet.

Lex 5. Impr. Philippus a. et Philippus c. Luciano militi. Si quid pars diversa contra servitutem edibus tuis dicit.

Lex 6. Impr. Claudius a. Prisco. Fonte aque usus tui[4] sine voluntatem domini in aliorum predia non iniurietur.[5]

[1] *Summa const.* 17 *desideratur. Haec unde sumpta sint nescio, nisi fortasse ex C.* 3, 37, 5. [2] de *B.: om. H.* [3] *Lege* praedio constitui. [4] *Iust.* iuris tui. [5] *Iust.* iniuria propagari.

Digitized by Google

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Iuliano. Si [f. 66 v.] *manifeste doceri* non potest *ius aquae ex more retere,* iudex provinciae previdebit. [1]

Lex 8. Idem a. et c. Niceto. In pariete vero tuo si fenestra vim fecit *convincitur,* cum expensa sua omnia restaurat.

Lex 9. Idem a. et c. Zosimo. Si in edibus vicini tibi debitam servitutem altius hedificarit.

Lex 10. Idem a. et c. Nimfidio. Si tibi servitutem aquae debere preses animadverterit.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio. Per agrum alienum, si servitutem non debet, ire vel agere vicini non *licet.*

Lex 12. Idem a. et c. Valerie. Non modus praediorum, sed servitus aque ducende terminum facit.

Lex 13. [14] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Ut nemo usum areae ventus tollat. Et usum abuit per agrum ipsius et per decem aut viginti annos inter presentes, iam non habet usum.

Lex 14. [13] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* In omnibus tam usus movilibus vel inmovilibus decem et viginti annis inter pre- [f. 67] sentes personas.

Titulus XXXV. De lege Aquilia.

Lex 1. Impr. Alexander a. Liconidi. Quidam non [2] in silva ligno incidit vel igni casu comburet, si probat, leges Aquiliae actionem abet.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Muciano. Qui domum alienam deponet vel incendium, in [3] damnum satisfaciat.

Lex 3. Idem a. Dolenti. Ancillam, *quam cesam* esse *conquestus es,* vel criminalem actionem adversus eum tibi competit.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Zoilo. Qui damnum fecit et negat, et si probaverit, dupplum reddaet.

Lex 5. Idem a. Claudio. Qui pecora tua vel alium animalem [4] inclaudet et famem necat, dupplum reddet.

[1] *Lege* provid. [2] *Lege* Qui damno. [3] *Lege* incendit, id. [4] vel al. an. *add. Breviator.*

Digitized by Google

Titulus XXXVI. De familia herciscunde iudicium.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Martiano. Si non paternam hereditatem ex consensum dividisti vel *transactio subsecuta est, iudicio potest experiri.*

Lex 2. Impr. Antoninus a. Vitiano. Uxor tua si mortuo patre tuo, cum[1] *dote numeraverat, cum heres eius extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuit, actionem* abes. [f. 67 v.]

Lex 3. Idem a. Rufo. Si quid a quoherede etiam tue portionis ex hereditatem sublatum fuerit et probaberis, reddet.

Lex 4. Impr. Alexander a. Anthonio. Si filiofamilias dum fuit, eis res mobiles donata sunt. Lege ipsam legem.

Lex 5. Idem a. Statiliae. In mariti fuit potestatem facere testamentum in servo suo, qui in vinculis fuit, alter in exilio.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Pompeio militi. Omnes divisiones in omnibus[2] *non recipiunt.*

Lex 7. Idem a. Heliano. Si qua fideicommissorum petitio inter coheredes consistat, voluntas testatricis servetur iudex vel preses provinciae.

Lex 8. Idem a. Thelesphoro. Bona communia ex hereditate *patris vel matris* dividantur cum familia herciscunde.

Lex 9. Idem a. Nervie.[3] *Portionem* erciscundae familiae *hereditatis, si qua pertinet, fructum augeri.*

Lex 10. Idem a. Phylotere. Testator heredes suos constitui[4] possessiones cum mancipia, abeant. [f. 68]

Lex 11. Impr. Philippus a. et c. Philippus Antoniae. [12] *Divisio* facta inter fratres *proponis* irrita esse, *fides rei geste* divisio *adfirmat.*

Lex 12. Impr. Gallus et Volusianus aa. Rufino [11] *Inter filios et filias bona intestatorum parentium pro virilibus portionibus aequo iure dividi oportet* et[5] *explorati iuris est.*[6]

[1] *Lege* cui. [2] *Iust.* in nominibus. [3] *S*[2]., *ut videtur,* Erinerviae, *sed priores litterae adhuc madentes deletae sunt.* [4] *Lege* constituit. [5] *Iust.* oportere. [6] *B. add.* pp. I.

Digitized by Google

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Saturnino. Certum est liberorum peculia post mortem patris in[1] *hereditatem dividenda ad communionem esse revocanda.*

Lex 14. Idem a. Herminano. Bona paternae quo iure[2] *inter te et fratrem tuum* dividisti, si evictionis titulo factum est, unus quis *eventum rei* et *detrimentum* equo heredes suscipiant.

Lex 15. Idem a. et c. Theophyle. Si divisio possessionis facta est, *pro solido rerum, quas ad patrem tuum* pertenuit et *firmavit.* Require legem.

Lex 16, Idem a. et c. Commodiano[3] *Eracliano.* Si *fili patris testamentum rescindendi si hoc inofficiosum* non *probare* po- [f. 68 v.] test, *nullam abeat* potestatem. Require legem.

Lex 17. Idem a. et c. Lysigrati.[4] *Coheredibus divisione inter se facientibus* absque *ignorantes*[5] *minime derogari.* Req. legem.

Lex 18. Idem a. Domne. Filie, cuius paterno[6] *nomine comparavit, si non post contrarium eius iudicium probetur, per arbitrium dividende hereditatis.* Require legem.

Lex 19. Idem a. et c. Pactumie Lisygratiae.[7] *Incerti iuris* est, *earum rerum, ex quoheredibus* iugio[8] earum rerum. Require legem.

Lex 20. Idem a. et c. Fortunato Pactumiae.[9] *Familiae erciscundae iudicio.* Req. leg.

Lex 21. Idem a. et c. Dionysio Fortunato.[10] Si pater *specialiter* aut *generaliter* designavit, inter se equale dividant. Req. legem.

Lex 22. Idem a. et c. Ermogeni Dionisio.[11] Rerum[12] *communem non consentientibus coheredibus.* Req. legem.

Lex 23. Idem a. et c. Socrati Hermogeni.[13] *Licet pactum divisionis adversum singulos actio pro hereditatis portionibus.* Require legem. [f. 69]

[1] *B. om.* in. [2] *Lege* paterna equo iure. [3] *Iust. om.* Comm.: *cfr. adnot.* 4. [4] *Iust.* Commodiano. *Cfr. adnot.* 3 *et* 7. [5] *Iust.* iuri absentis et ignorantis. [6] *Lege* pater: *litterae* no *perperam iteratae sunt.* [7] *Iust.* Lysicratiae: *cfr. l.* 17 *et* 20. [8] iudicio? [9] *Iust. om.* Fortunato: *cfr. l.* 19 *et* 21. [10] *Iust. om.* Dion: *cfr. l.* 20 *et* 22. [11] *Iust. om.* Ermog. *cfr. l.* 21 *et* 23. [12] *Lege* servum. [13] *Iust. om.* Socrati: *cfr. l.* 22 *et* 24.

Digitized by Google

Lex 24. Idem aug. et c. Dionysio.[1] *Filium, quem abentem fundum portionem hereditatis fratribus ex*[2] *quibusdam aliis,* quartam partem. Require legem.

Lex 25. Idem a. et c. Ex causa donationis vel aliunde tibi adquisita. Req. legem.

Lex 26. Impr. Constantinus a. ad Bassum. Sive per testamentum, sive per codicellos vel per epistulam vel non completum testamentum parentes nominent.

Titulus XXXVII. De communi dividundum.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Luciano. Frater tuus portionem suam compitentem venundavit, actio tibi est adversus qui vendidit. Nam si lite contestavit, alienare non potuit. Req. legem.

Lex 2. Impr. Alexander a. Avito militi. Si fratres tuus vineas communes distraxit, tibi preiudicium non fecit.

Lex 3. Idem a. Verecundiano. Inter fratrem et te *dividendi bonis datus fuerit* in officium arbitrium. Nam ea partem, quod competit, cum emptorem dabis.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. He- [f. 69 v.] *rode.* Si sorore tua viginti quinque annis sit, dividisti, divisio manet. Nam si minor aetate, solvitur divisio inter sorore de res commune.

Lex 5. Idem. a. et c. Secundino. In commune[3] *vel societatem nemo compellitur invitus detineri, quapropter aditus preses provinciae equa*[4] *communia tibi cum sorore perspexerit, dividi provideat.* Sub die mense VII.

Titulus XXXVIII. Communia utriusque iudicio tam familiae herciscunde, quam communi dividundum.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Marco. Res divisas replicari non licet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Euphrate. Inter socios divisio facta in alios transferri licet.

[1] *Iust.* Socrati: *cfr. l.* 22 *et* 23. [2] *Lege* et. [3] *Iust.* in communionem. [4] *Iust.* ea, quae.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. et c. Severo. Divisio absque iudicio, si dolus et fraus facta, replicatur.

Lex 4. Idem a. et c. ad Maximum. Si patruus tuus res communes negotium comparavit, ipsius efficitur, restituto [1] tibi pretium portionis.

Lex 5. Idem a. et c. Frontonie Gallaphyroni. Communia documenta si unus teneat, iudici est praevidere aput quem re- [f. 70] sedeant.

Lex 6. Idem a. et c. Thesidiane. Res divisas absque scripturam, invicem promisso sibi sacramento ut taceat de fraude, replicabis.

Lex 7. Idem a. et c. Severiano et Flaviano. Si frater tuus res communes pignoris dedit et divisionem non manifestavit, contra fratre erit vobis actio. Si enim consentistis, communis erit solutio.

Lex 8. Idem a. et c. Nichomacho. Si legitima etate servos dividistis et finistis, replicari non potest.

Lex 9. [10] *Idem a. et c. Calliconio.* Si auctor per testamentum dixit divisionem fuisse facta, de minus facta rem requiri licet.

Lex 10. [9] *Idem a. et c. Demitriano.* Mancipia divisa iudicium est.

Lex 11. Impr. Constantinus a. Cyrillo. [10] Divisio omnia specialiter designato.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. Si parentes in filio dote vel sponsalia dedit, quod ad se reverti promisit, si per testamentum alii eas res deliberavit, firmum non est, sed ad ipsos filios revertatur.

Titulus XXXIX. De finium regundorum. [f. 70 v.]

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Nicyphoro. Terre fines designant, nec emptor plus presumere licet.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Tatiano. Fines vicinorum sepius mutantur.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Tertullianum. In possessionem

[1] *B.* restitutio.

Digitized by Google

plus petendum prius ostendat,[1] et exinde agrimensor inter vos finiet.

Lex 4. Idem a. ad Bassum pu. Qui terminum abstulit ante iudicium, quod petit amittat.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Neuterio pp. Quinque pedes inter confinium vacet.

Lex 6. Impr. Theodosius, Archadius et Honorius aaa. Rufino pp. Confinales[2] triginta annis finent.

TITULUS XL. De consortibus eiusdem militis.[3]

Lex 1. Impr. Iulianus a. Secundo pp. Lite excusare propter consortes suos non licet, seu absentes vel presentes sint.

Lex 2. Impp. Valentinianus et Valens aa. Sallustio pp. Pro commune debito[4] si unus vult litem suscipere et dat fideiussorem de rata abitionem vel solvendum, licet. [f. 71]

TITULUS XLI. De noxialibus actionibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Marcello. Si servus domino furtum fecit, posteus manusmissus est, furti non tenetur.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Quintilliano et aliis. Si servus tuus arbores alienas incidit te ignorante, servus est reus.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Eutycio c. Pro servi admissum contra domino iudice rogari licet et eius fidem peti, si cum eius conscientiam non fecit.

Lex 4. Idem a. et c. Sosio. Si servus furtum admiserit, dominus convenitur intra tempus, quadrupplum reddet; plus pro criminale ammisionem servus tenetur.

TITULUS XLII. Ad exibendum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Criscenti militi. Si ancilla matris tue pater tuus vendidit, repetere potis.

Lex 2. Idem a. Syro. Si pro crimen servi domino petatis in iudicio servo presente,[5] licet.

[1] *Iust.* prius super posses. quaestio finiatur. [2] Causae finales? [3] *Lege* litis. [4] *Iust.* negotium. [5] praesentet?

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Felicissimae. Pro alia actione pulsari [f. 71 v.] alia introduci non licet.

Lex 4. Idem a. Flaoche. Cognovit iudex tua documenta apud adversario residere, si presumis de obiecta iurare, recipis.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Saviniano militi. Proponere actionem contra eum, qui tenet vel qui dolum fecit, liceat.

Lex 6. Impr. Philippus a. Polemonidi. Instrumenta tuum nomen ostendit si fide eorum facis, nam secundo crimen obiectum addiceris.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Vitaliano. [6?] Quod proponis non defendas, contra te est.

Lex 8. Idem a. Potino. Res, quas commendasti, si amicus ea alii feneravit, tu exigere potes debitore; quod si tuum commendasti, sed fenerasti, adversus secundum debitorem non tibi est actione [1] forte heres sit.

Lex 9. Idem a. et c. Faustino. Si cui debuisti reddidisti et documenta recipisti, inquietari non potest.

Titulus XLIII. [XLIV] De religiosis et sumptibus funerum.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Dionysiae. In alienum agrum sepulchrum filii tui ab aqua leditur, ut eum munias, iudex ar- [f. 72] bitret quod des pretium.

Lex 2. Idem a. Helariano. Te nolente, in rem tuam sepulcrum fieri nec sepeliri licet: si te absente [2] factum fuerit, venundari nec donari. [3]

Lex 3. Alexandro a. Primo. Quod in funus expeditur, recipis.

Lex 4. Idem a. Lycinio. Sepulchrum, ubi parentes familia sepeliant, [4] heredes nec dividere licet.

Lex 5. [5] *Idem a. Cassio militi.* Parentum iussio eorum fieri monumentum heres pretermitti non potest.

Lex 6. Idem a. Primitivo et aliis. De perscriptione [6] monumenti.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Claudio. Movere sepulchrum non licet.

[1] *Lege* actio, nisi. [2] adsentiente. [3] *Adde e. g.* licet. [4] *Iust.* sep. familiare. [5] *Hanc legem om. H.* [6] *Iust.* mon. inscriptiones.

Digitized by Google

Lex 8. Impr. Philippus a. Iuliano. Sepulturas ad heredes competit et non ad parentes.

Lex 9. Impr. Philippus a. et Philippus cesar Faustine. Sepulchrum venundari non licet.

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aquilinae. Monumentus, in quo non est sepelitus corpus, vendi licet. [f. 72 v.]

Lex 11. Idem a. et c. Gaudentio. Violator sepulture obnoxius criminis est.

Lex 12. Idem a. et c. Victorino. Corpus in civitate non sepeliatur.

Lex 13. Idem a. et c. Dionisio. Sepulcri dominus heres non dereliquerit, nullis sit.

TITULUS XLIV. [XLIII] De aleae luso et aleatoribus. Greg. [1]

Lex Greca. [f. 73]

EXPLICIT LIBER TERTIUS FELICITER.

INCIPIT LIBER CONSTITUTIONUM ADNOTATIONUM QUARTUS.

TITULUS I. De rebus creditis et de iureiurandis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Herculiano. Ex consum [2] accepto sacramento vel cessum replicari non licet.

Lex 2. Impr. a. Felici. Sacramento finito replicari non licet.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Severe. Si ex necessitate iudicis iurasti, rescindi potest.

Lex 4. Idem a. Maxime. Si minor etate iura, [3] resolvitur.

Lex 5. Idem a. Iuliano. Minor in accepto iuravit, tutori nichil est, tutoris fides inploratur.

Lex 6. Idem a. et c. Basso. Ex placito dato sacramento valet.

Lex 7. Idem a. et c. Euticiane. In causa matris si filius absque eius voluntate iuravit, eam non nocet. [f. 73 v.]

[1] *Quattordecim versuum spatium vacat.* [2] *Lege* consensu. [3] *Lege* iurat.

Digitized by Google

Lex 8. Idem. a. et c. Alexandro. Actoris relatio sacramenti finis iudicii est.

Lex 9. Idem a. Martiano. Mandatus, si de calumnia iuramentus non legitur, firmum non est.

Lex 10. Idem a. Protogeni. Absque [1] sacramento principali persone differri potest.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Si iuramento petieris et accipere volueris, ex eo sacramentum suscipis nec probationem facere promitteris. [2]

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Cui iussum fuit iurare si mortuus est, probatio iam [3] non queratur; si vivus recusavit, pro se probare iam non est. Quodsi iuste recusavit, licet; aut, si iudex hoc male dixit, emendari licet. Si longius est qui iuret, aput curiam loci iuret.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Cui relictum est legatio, [4] si testamentus non invenitur, heres iuravit « hoc tibi est relictum » et post aliud inveniatur, plus exigi non potest.

Titulus II. Si certum petatur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Modestino. Heres pro parte sua legata persolvat. [f. 74]

Lex 2. Idem a. Ermogeni. Si tua pecunia alius alii suum nomen dedit et rem illi obligavit, cui solidi sunt, ipsi proficit.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Simpronio. Eos, qui officio administrant, neque per se neque per subpositas personas tempore officii sui in provincia fenus agitare posse sepe scriptum est.

Lex 4. Impr. Philippus a. et Philippus c. Maximo. Qui pecuniam tuam feneravit, tuis nominis debetur.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. Aristodemo et Proculo. Debitores *si non singuli* et in solido capuerunt, unus pro alio non reddet.

[1] *Quaedam videntur excidisse: supple ex. gr.* Absque scriptis re deposita.
[2] *Lege* permitt. [3] *B.* probatiolam. [4] *Lege* legatum.

Digitized by Google

Lex 6. Idem a. et c. Nicandro. Ex debito facta innovatione cum usuris, si ita non fuit anterior debitus, innovatio vacua est.

Lex 7. Idem a. et c. Pactumiae. Non unde fuit pecunia mutuata requiratur, sed ad quem fuit dati.[1]

Lex 8. Idem a. et c. Proculo. Si mutuo accepisti argentum vel alias res, spondisti usuras cum solidis reddere, si minus [f. 74 v.] valent, nichil tibi prodest.

Lex 9. Idem a. et c. Alexandro. Mutuas pecunias postulas restituit,[2] heres eius aut soluta ostendat aut reddat.

Lex 10. Idem a. et c. Crispino. Si plures creditores in uno documento pecuniam crediderunt, recipere debent.

Lex 11. Idem a. et c. Maximino. Res alienas aput te si per incendium perierunt, non reddis.[3]

Lex 12. Idem a. et c. Theophanio. Cum alio pecunias accepisti absque cautionem et tu solus in integro exactus es, colligante tuo exigere potis.

Lex 13. Idem a. et c. Frontoni. Pro re aliena pecunias mutuo accepisti, persolvis que accepisti.

Lex 14. Idem a. et c. Adriano. Creditor sine scriptura feneravit, non abet obnoxia substantia.

Lex 15. Idem a. et c. Cadirimo. Si ex alterius petitione mutuasti alteri pecunias, non exigis cui dedisti, sed qui a te speravit. [f. 75]

Lex 16. Impr. Honorius et Theodosius aa. Theodoro pp. Qui iudici pecunias mutuavit ad emendo, ambo exilio damnentur.

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Cautio vel desusceptu de quinquaginta libras auri facta absque trium testium subscriptione[4] nichil est.

Titulus III. De suffragio.

Lex 1. Impr. Theodosius, Arcadius et Honorius aaa. Rufino pp. Qui pro suffragio dare spondit tenetur, vel, si pignus det, firmatur.

[1] *Lege* data. [2] *Lege* restitui. [3] *S.*[a] reddas. [4] *B.* suscript.

Digitized by Google

De prediis documentus et traditio celebretur. Nam alter [1] pervasor videtur.

TITULUS IV. De prohibita sequestratione pecunie.

Lex 1. Impr. Honorius et Theodosius aa. Ioh. pp. Que repetitur debitum, non ante sequestretur, sed probetur.

TITULUS V. De condicione indebiti.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Mutiano. Indebitas pecunias redditas a te vel a patre tuo probaberis, repetere potes.

Lex 2. Idem a. Secundine. Qui te iniuste delegavit et exigit, contra eum agere potis. [f. 75 v.]

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Pamphilo. [2] Indebitam pecuniam per errorem aut dolo soluta repeti potes.

Lex 4. Idem a. et c. Heracleo. In iudicio infidiante [3] indebite ignorante solvis vel cabueris, repetere potis.

Lex 5. Idem a. et c. Athalo. Emancipatus pro patre velut heredes [4] reddidisti, repetere potis.

Lex 6. Idem a. et c. Masea. Si ignorante indebite reddidisti, repetere potes.

Lex 7. Idem a. et c. Dionisye. Fideicommissum indebite *per errorem* solvisti, repeti potest.

Lex 8. Idem a. et c. Zeparo. Falso creditore [5] reddidisti, repeti potes.

Lex 9. Idem a. et c. Si sciens que non debebatur solvisti, repeti potes.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Si debitor promisit pecunias aut certam rem, in ipsius est potestatem quot vult reddere.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Qui incerti per errorem debita solverint et desuscepto muniti sunt, repetere possunt.

[1] *Lege* aliter. [2] *S.*[a] Pamphilio. [3] *Lege* infitiante. [4] *Lege* heres. [5] *Iust.* Creditoris falso procuratore.

Digitized by Google

Titulus VI. De conditione ob causam dotorum.[1] [f. 76]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Callisteni. Quod in dote datum est, si non celebrentur vota, secundum leges recipiuntur, et que scripta fuerant effluxerunt.

Lex 2. Impr. Alexander a. Asclepiade. Res tibi donatas, ut creditoribus satisfaceris, aut placitum servas aut donatione refundis.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Aurelio et Alexandro. Res tibi donatas promisisti, ut restituas[2] alii non venderis, si non adimplisti, restituis.

Lex 4. Idem a. et c. Valerio consuli[3] *Emilie.* Si munus[4] accepisti et plus capuisti,[5] propter quod tibi aliquo beneficio prestaret, si non prestavit, petere potis.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Martiali militi.[6] Si militi dedisti ut causam tuam ageret, si non egit, restituat tibi.

Lex 6. Idem a. et c. Cyrioni[7] *et Putioni.* Ancillam, quem pater tuus dedit, acceptor manumisit; si donatio non ostenditur, repeti potest.

Lex 7. Idem a. et c. Gerontio. Quod donasti absque conditione, repeti non potest. [f. 76 v.]

Lex 8. Idem a. et c. Flaviano. Sponsae tue absque condictione donasti, repeti non potes.

Lex 9. Idem a. et c. Birillo. Si libera[8] aliquid tibi dedit, ut filii eius manumitterentur, si non adimpletur, restituitur. *Si servus de peculio* suo *domino* dedit,[9] liber fiat, contra domino non agit, sed a iudice amonetur, ut perficiatur.

Lex 10. Idem a. et c. Hononiae. Pro causa dato, si non neglegenter minime perfecta est sed casu, repeti non potest.

Titulus VII. De conditionem ob turpem causam.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Ingenuo. Si pulsatus pro debito respondet non secundum cautionem accepit, creditor probet.

[1] *H. B. Iust.* datorum. [2] restituas *del.* [3] *Lege* valerianus c. [4] *Lege* minus. [5] *Lege* cabuisti (cavisti). [6] *Iust. om.* militi. [7] *S.*[a] Carioni. [8] *Lege* si liber. [9] *Adde* ut.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Longino. Si repetas domum, quem dicis «tradidi» si non possedit, restituere non potest.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Drizoni[1] *militi.* Si pro militia data pecunia repetis, non tradedisti, militia recipis.

Lex 4. Idem a. et c. Ruphino. Dato et non prestito restituitur.

Lex 5. Idem a. et c. Bithio. Pro uxore accipienda alii dedisti, prestita replicare non potest. [f. 77]

Lex 6. Idem a. et c. Eutyciae. Prestita restituenda erunt.

Lex 7. Idem a. et c. Zenonide. Accepta pecunia, ut pecora daris, compelleris adimplere.

Titulus VIII. De conditione furtiva.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Hermogeni presidi provincie.[2] Fructum[3] amissum duo unus pro alio reddit, pro quo redditur, absolutus est.

Lex 2. Idem a. et c. Aristineto.[4] *Ante obligationem*[5] *interempte rei furtive damnum ad furem pertinere certissimum est.* Suspensa.[6]

Titulus IX. De conditione in lege et ne[7] causa vel iniusta causa.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ulpio. Creditor debitorem ante tempus constitutum exigit, si male agit, fiscus anteponitur.

Lex 2. Idem a. et c. Scyllatio. Redditas pecunias si cautio remansit, reddatur.

Lex 3. Idem a. et c. Gallatiae. Mala fide possessio tenta cum fruges restituatur.

Lex 4. Idem a. et c. Alexandro. Capuisti[8] et solidos non accepisti, repete cautionem. [f. 77 v.]

[1] *S.*[a], *ut videtur,* Drioni: *H.* Dryoni: *B. Iust.* Dizoni. [2] *Verba* praes prov. *ex initio const. ad inscriptionem translata esse monuit H.* [3] *Lege* furtum. [4] *B.* Aristincto. [5] *Iust.* oblationem (*cod. Pistor.*[a] obligationem). [6] *Quid sibi velit illud* suspensa *me latet.* [7] *Iust.* ex lege et sine. [8] *Lege* cabuisti.

Digitized by Google

TITULUS X. De oblegationibus et actionibus.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Valiae. Si pro alio solvisti, repetere debito potest.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Celso. Si res alienas, que in dote data sunt, prescriptio annis intercedit, adquisitor lucrabit.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Rusticiano. A conductoribus pensio exigatur.

Lex 4. Idem aug. et c. Lycinie. Bona fide contractio [1] *considerari equum est.*

Lex 5. Idem a. et c. Camerino et Martiano. Debito contrai ex voluntate, non aliter.

Lex 6. Idem a. et c. Mauricio. Si debitor tuus debitorem suum vel pignera eius tibi ad exigendum tradidit, tuis nummis exequi potes.

Lex 7. Idem a. et c. Evelpisto. Debitor si ad nomen creditoris rem comparavit, si eas tradidit, dominus effectus est.

Lex 8. Idem a. et c. Criscentioni. Si patri tuo pecunias donasti et pater tuus per procuratorem promisit tibi reddere, post casus eius heres eius exigere potis.

Lex 9. Idem a. et c. Clyconi. Negante debitore creditor per suam manum armata agere non debet. [f. 78]

Lex 10. Idem a. et c. Rufino. Pignus auferri non potest non redditas peccunias, sed si plus valet, refundat.

Lex 11. Idem a. et c. Paulinae. Credendum est colono tuo mutuasses, que te non ledet.

Lex 12. Idem a. et c. Iovino. Liber pro debito servire non licet.

Lex 13. Idem a. Barsimio. Creditor contra debitorem agere licet, non pignerare negotium. [2]

Lex 14. Idem a. et c. Hermedito. In potestate est creditoris agere contra heredem debitoris, aut contra qui res tenet.

[1] *Iust.* in contractibus. [2] *Iust.* negotiatores.

Digitized by Google

TITULUS XI. Ut actione ab herede et contra heredem incipiantur.

Lex 1. Imp. Iustinianus a. Iohanni pp. Pro legato vel debito contra heredem debitori agere licet.

TITULUS XII. Ne uxor pro marito vel maritus pro uxore vel patre [1] pro filio conveniatur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Asclepiodote. Uxor pro marito non teneatur, nec si pro eo spondit. [f. 78 v.]

Lex 2. Idem a. et c. Terentie. Pro culpa mariti uxor non inquietetur.

Lex 3. Idem a. et c. Carphoro. Nec mater pro filia, nec maritus pro uxore tenetur.

Lex 4. Idem a. et c. Philiotere. Mater pro filio ad solutionem debiti non tenetur.

TITULUS XIII. Ne filius pro patre vel pater pro filio emancipato vel libertus pro patrono conveniatur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Candito militi. Filius, qui in sua est potestate, vel, si sub patre est, [2] contraxit debitum, pater non tenetur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Neutherio et Eutulmio. [3] Filius emancipatus pro patris debito non tenetur.

Lex 3. Idem a. et c. Theogeni. Curiali filius indebitum patrem [4] factus pro patre non tenetur, quia exalterium est.

Lex 4. Idem a. Acheo. Filius pro patre vivente teneri non licet.

Lex 5. Idem a. et c. Lampadio. Servus et libertus pro patrono non tenetur.

TITULUS XIV. An servus ex suo facto post manumissionem non teneatur. [f. 79]

Lex 1. Impr. Severus a. Ioviano. Libertus quod in servitium commisit, teneri non potest.

[1] *Iust.* mater (*codd. nonnulli* matre). [2] *Adde* sine eius iussu. [3] *S.*[a] Euutulmio. [4] *Iust.* invito patre.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Antoninus a. Veticho. Libertus in servitio debitum contraxit, si peculium non abet concessum, non reddet.

Lex 3. Impr. Alexander a. Herodi. Promissa pecunia, ut servo tuo manumitteris, exigere potis.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Heroni. Servus manumissus si antea [1] a domino furtum fecit, tenetur.

Lex 5. Idem a. Christho. Libertus si antea pro fundo, quem tenuit, domine pensionem debet, non reddet, si peculium non abet cessum.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Feliciano. Dominus cum servo non causatur; ne [2] post libertatem anteriores culpas requiritur.

TITULUS XV. Quando fiscus vel privatus debitores sui debitores exigere potest.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Valeriano. Pro pupillo tutor de suo non reddet.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Marco. Addicta tibi persona [f. 79 v.] si non abet unde reddere, debitores eius tenebis.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Primiano. Debitor, si non negat, ad solutionem conpellitur.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aaa. et c. Zosimo. Nullus ad solutionem compellitur, priusquam convincatur.

Lex 5. Idem a. et c. Nanidiae. Adversus debitores [3] sui agere potest.

TITULUS XVI. De actionibus hereditariis.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Hermeroti. Debitum matris a coheredibus petere potest.

Lex 2. Impr. Decius a. Thelemacae. Heres pro actoris [4] persona tenetur.

[1] *B.* ante. [2] *B.* nec. [3] *Supple* debitoris. [4] *Lege* auctoris.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Maximo. Pro dote mariti tui heres constringi redere et eius debitores.

Lex 4. Idem a. et c. Chrispo. Tutor pro debito patris pupilli reddet.

Lex 5. Idem a. Iulio. Pro cepta[1] hereditate reddis, si tibi non antea debetur.

Lex 6. Idem a. et c. Domno. Cuius tutela administrasti debetrix tibi extitit, petere potis. [f. 80]

Lex 7. Idem a. et c. Apoplausto. Si creditor debitori heres successit,[2] legatis implet.

TITULUS XVII. Ex dilectis defunctorum in quantum heredes conveniantur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Machedone. Heres in tantum tenetur reddere, in quantum heres est.

TITULUS XVIII. De constituta pecunia.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Felici. Qui *pro alieno debito* promisit reddere, tenetur et heres eius.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Omnia que obligantur tamquam in solido, oblegatio tenetur.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [2?] De quacumque re homo spondit, tenetur.

TITULUS XIX. De probationibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Faustino. Creditor adibita pecunia ostendat et debita solvat.[3]

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Aulciano. A possessore probatio non fiat.

Lex 3. Impr. Alexander a. Leene et Luppo. Si auctor [f. 80 v.] tuus a collegio se solsit, heres non tenetur.

[1] Percepta? [2] *B.* successisti. [3] *Intell.* cred. datam pecuniam ostendat, et debitor solvat.

Digitized by Google

Lex 4. Idem a. Avito. Proprietas non solum per instrumentum ostenditur, sed et per aliis argumentis.

Lex 5. Impr. Philippus a. et Philippus c. Serturioni. Domestice probationis nichil est.

Lex 6. Idem a. et c. Romulo. In chartis defunctis vel testamentum alius debitor significetur, nichil est.

Lex 7. Impr. Galienus a. Sabino. Per suam scripturam alium debitorem sibi non facit.

Lex 8. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Publicio et Optato. Qui pulsat, ipse probet.

Lex 9. Idem a. et c. Martiane. Etatem tuam apud iudicem proba.

Lex 10. Idem a. et c. Ysidoro. Soli honores dignitates libertatem non defendant; unus liber et alius servus inveniri potest.

Lex 11. Idem a. et c. Anthonie. Facto in [1] testamento a parente tua casu non valeat, ex propinquitate agere potis. [f. 81]

Lex 12. Idem a. et c. Chironiae. Si perdito documento, per testes dato pretio provabis.

Lex 13. Idem a. et c. Iustino. Non per epistolas [2] sanguinitatis probatur, sed per adsertionem.

Lex 14. Idem a. et c. Muciano. Non nudis adseverationibus, sed certis probationibus causa exsequitur.

Lex 15. Idem a. et c. Antonino. Qui se domino contendit, ipse probet.

Lex 16. Idem a. et c. Philippo et Sabastiane. Si frater tuus emancipatus possessionem patris quasi donata tenet, qui tenet ipse probetur. [3]

Lex 17. Idem a. et c. Paulinae. Post manumissa matre natus est, liber est. Anterioribus filii prode nichil est.

Lex 18. Idem a. et c. Violentille. Adversario utente donatione quasi a te facta, si probas te non hoc scire, superabis.

Lex 19. Idem a. et c. Menandro. Dilatio opponitur inter initia usque ad probationem.

[1] in *del.* [2] *Iust.* necessitudo consang. [3] *B.* probet.

Digitized by Google

Lex 20. Idem a. et c. Phronimae. Perdito documento servus vel [1] liberum se dicat, ipse probet.

Lex 21. Idem a. et c. Chrispo. Perdita documenta qui invenit utendum non fiet dominus, sed cuius nomen legitur. [f. 81 v.]

Lex 22. Idem a. et c. Agathocle. Si mater et frater servierunt, eius filium ad servitium non trais, nisi certis adprobationibus.

Lex 23. Idem a. et c. Manelao. Actor quod adseverat probare non possit, *reum necessitate* contra ostendere non coget.

Lex 24. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. et ccc. ad Antonium pp. Prolato documento si fides facta non fuerit, falsus est.

Lex 25. Impr. Gratianus et Valentinianus et Theodosius aaa. et c. Floro pp. Accusatio per testes et lucidis provationibus edocetur.

Titulus XX. De testibus.

Lex 1. Greca. [2]

Lex 2. Impr. Alexander a. Carpo. Pro ingenuitate soli testes non valent, sed documenta, aut si dixerit se interfuisse aut ibi subscripsisse.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Gallienus a. et c. Rose. Domestici testes nichil est. [f. 82]

Lex 4. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. et c. Aurelio. Unius testimonium nichil est.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Candido. Testes bone opinionis sint.

Lex 6. Idem a. et c. Tertullo. Parentes et filii ad testimonium invicem contra se non venit.

Lex 7. Idem a. et c. Diogeni et Ingenuo. Actore adversario suo [3] compellit contra se ostendere.

Lex 8. Idem a. et c. Derulonio. Servus pro domino nec contra domino dicit; pro suo facto requiritur.

[1] ut? [2] *Quattuor versuum spatium vacat.* [3] *Adde* non.

Digitized by Google

Lex 9. Impr. Constantinus a. ad Iulianum presidem. Unius testis fides non amittitur.

Lex 10. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. et c. ad Grecum pu. In rem propriam nullus testetur.

Lex 11. Impr. Honorius et Theodosius aa. et c. Ceciliano pp. Testes ad extraneas causas venent, non in communes: testium sumptus detur.

Lex 12. Idem a. et c. Libertus contra patrono in iudicio non producit.

Lex 13. Greca.[1] [f. 82 v.]

Lex 14. Impr. Zeno a. Archadio pp. Testes non cum armis testificentur, sed civiliter.

Lex 15. [18] *Impr. Iustinianus a. Mene pp.* Debitor ex cautione solutione scripta ostendatur aut per quinque testes aut per securitatem.

Lex 16. [17-18] *Impr. Iustinianus a. Mene pp.* Testes inimicos et *redemptos* repellitur ita ut probet.

Lex 17. [19] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Testes sine dispendio[2] veniant; si noluerint, iniuriantur et iurent se nichil scire. Testimonium mora observari quindecim dies. In ea lege: *Non amplius testes observari* dies quindecim susteneant.

Lex 18. [20] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* In arbitrum iudicium testium dicta valeat, et in altero iudicio proferuntur.

TITULUS XXI. De fide instrumentorum et ammissionem eorum et apothecis[3] faciendis et de his, qui sine scriptura fieri possunt.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Martie. Debitus probatus exigitur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Maniliano. Qui instrumentum falsum utitur, reus est criminis. [f. 83]

Lex 3. Impr. Alexander a. Heliano. In iudicio accusator documentus si fides fieri non potuit, denuo probari non licet.

[1] *Duorum versuum spatium vacat.* [2] *Iust.* invitos.... in pecuniariis causis. [3] *Iust.* antapochis.

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Gordianus a. Martiano. Si probationibus constituisti ostendere et non potuisti, si per fidem publicam ostendere potest, firmum est.

Lex 5. Idem a. Prisco et Marco militi. Instrumento perdito debito adprobaveris, exigi potest.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Luscidi. Confessione probita[1] confugi non potest.

Lex 7. Idem a. Zinimae. Si per sacramentum solutum est, si post probari potuerit, veritas te convincit.

Lex 8.[2] *Idem a. Alexandrie.* Si possessionem iuris tui provasti, si documentum perdidisti nichil te nocet.

Lex 9. Idem a. et c. Aristeneto. Divisio facta revocari non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Victorino. Res venditas absque instrumentum ratum abuerunt, rescindi non potest.

Lex 11. Idem a. et c. Theageni. Emancipatio chartule[3] [f. 83 v.] periit, si probaverit fuisse facta emancipatio, valet.

Lex 12. Idem a. et c. Dyonisie. Absque instrumento facta introductio removeri non potest.

Lex 13. Idem a. et c. Leontio. De re gesta documentis perditis per testes, qui nichil sciunt, probari non potest.

Lex 14. Idem a. et c. ad Severum comitem Spaniorum. Prolata scriptura si testes aliter dixerint, inex vole[4] efficitur totum.

Lex 15. Impr. Constantinus a. ad populum. Per testes vel documentis que probatur, valet.

Lex 16. Greca.[5]

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Instrumenta in sceda facta aut non completa a scriba non valet.

Lex 18. Idem a. Mene pp. Aput locum fieri probationem peti licet, si in longinquo non sunt testes.

Lex 19. Idem a. Demostheni pp. De inlatis rebus si negatur manus conlationis edisus subscripta fiat.

[1] *Iust.* professione perdita. [2] *Hanc legem om. H.* [3] *Lege* emancipationis chartula. [4] inutile? (*Iust.* nihil firmitatis habere potuerunt. [5] *Trium versuum spatium vacat.*

Digitized by Google

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Iuliano[1] *pp.* Manus con- [f. 84] lationis fiet, ut primitus alterius documentus fiat, et ex ipso documento fiet manus collationis.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Factam fidem chartulae pulsatus et accusare voluerit et iuraverit se potuisset probare et petitor iuraverit eam perdidisse, evaserunt ambo.

TITULUS XXII. Plus valere quod agitur, quam quo simulante[2] concipitur.

Lex 1. Impr. Valerius et Galienus a. et c. Rupho. Plus valet quod actum est, quam quod scriptum.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus et c. Sotheri. Quod dicitur mariti esse similiter[3] probet comparasse, ei non aufertur.

Lex 3. Idem a. et c. Marine. Non plus valet quod scriptum est, sed[4] gestum est.

Lex 4. Idem a. et c. Decio. Plus acta quam scripta valet.

Lex 5. Idem a. et c. Victori. Credens, ut ipse esset que convenerant, si alius fuit, plus valet quem convenerat, quam quod scripsisti.

TITULUS XXIII. De commodato.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Sulae. [f. 84 v.] Res prestitas ab hostibus tollatur, si non promisit suum periculum, non reddet. Nam comparatas res non ita est.

Lex 2. Idem a. et c. Aulazona.[5] Ab[6] obsequio ab alio tibi prestita ancilla socro tua quod dedisti, repeti potest.

Lex 3. Idem a. et c. Sotere. Socre tue dedisti res, quas pro se alio reddedit, restituitur tibi.

Lex 4. Idem a. et c. Faustinae. Res commodatas ex certa probatione[7] recusetur.

[1] *S.*[a] *H.* Iohanni. [2] *Lege* simulate. [3] *Lege* si mulier. *S.*[a] Simuliter. [4] *Adde* quod. [5] *S.*[a] *H.* Aulozona. [6] *Lege* ad. [7] *B.* exerta prob. (*Iust.* non probabiliter).

Digitized by Google

TITULUS XXIV. De actione pigneratica.

Lex 1. Greca. [1]

Lex 2. Impr. Alexander a. Demetrio. De pignus unde pensio fiet, repetetur indebitum. [2]

Lex 3. Idem a. Victori. Pensio reputetur; iniusto pignus non deterioretur.

Lex 4. Idem a. Hermeo et Maxille. Debitus pignus promisit, [3] certum diem si non recolligerit, vendatur, licet creditor vendere.

Lex 5. Idem a. Dioscoride. Creditor pignus probaverit perdedisse, non tenetur; si non probet, reddet debitori quod interest. [f. 85]

Lex 6. Idem a. Trophime. Creditor pignus, quod accipiet, ab inimicis perdidit, repeti non potest.

Lex 7. Idem a. Iuliano. Pignus non deterioretur a creditore; expensas colenti [4] creditori restituitur.

Lex 8. Impr. Philuppus a. et Philippus c. Pignus perdito amissa est actio utrorumque.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Georgii. Pignus si in canaba debitoris positus perierit, creditor recipit debitum.

Lex 10. Idem a. et c. Apollodore. Positum pignus ante prescriptionem temporum utilis erit actio repetendi.

Lex 11. Idem a. Amiano. Debito reddito pignus recipiendum est.

Lex 12. Idem a. Ianco. Redditus pignus si non solvet, debitore compellis reliquum debitum [5] solvere.

TITULUS XXV. De exercituaria [6] instituaria actione.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Hermeti. Si servum tuum in actionem constitueris, si quid debitum contraxit, dominus solvet. [f. 85 v.]

Lex 2. Impr. Alexander a. Callisto. Debitum servi de peculio eius redditur; quod autem in domino opus eius expedit, dominus reddet.

[1] *Trium versuum spatium vacat.* [2] *Lege* reputetur in debitum *H*. [3] Debitor.... permisit? [4] volenti? (*Iust.* exigere non prohibetur). [5] *S.*[a] debitom. [6] *B.* exercitaria.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Marciane. Pro servo negotiatore dominus reddit.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Canticone. Servus artifex navium dominus pro eo reddit.

Lex 5. Idem a. et c. Gaio. Qui per servum mandavit accipere, quod acceptum est dominus reddet.

Lex 6.[1] *et c. Honisimo.* Cum domini voluntate servum suum cum libero pecunias mutuavit, dominus tenetur.

TITULUS XXVI. Quando cum eo, qui in aliena potestate, negotium esse dicitur, vel de peculio seu quod iussu aut de in rem verso.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Helio. Filiusfamiliae si cum voto patris tutelam cesserit,[2] pater teneatur.

Lex 2. Idem a. et c. Annio. Filiusfamiliae si in tutela se obligavit et heres patris non successit, non tenetur.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Anthemoni. Inconscio[3] domino [f. 86] servo pecunias creditas fuerit et domini utilitate expensum est, dominus reddet.

Lex 4. Idem a. Leucio. Filius si per iussum patris a creditore pecunias accepit et non est heres, non tenetur.

Lex 5. Impr. Alexander a. Asclepiade. Filiusfamiliae viginti quinque annis pro alio spondeat, de suo peculio reddet.

Lex 6. Impr. Valerius et Galienus aa. Valerius c. Matrone. Absque domini voluntate qui servum mutuavit, perdet, et quod ei abstulit legibus restituet.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Criscenti. Absque domini voluntate quod servum creditum est, post mortem servi post anno de peculio eius dominus reddet.

Lex 8. Idem a. et c. Ysidoro. Filius pro patre fideiussor accessit, tenetur, si est heres aut emancipatus.

Lex 9. Idem a. et c. Dionisiae. Qui pro filio suo spondit, tenetur.

[1] *Supple* idem a. [2] *Lege* gesserit. [3] *H.* In conscio: *idem perperam coniecit* Si conscio.

Digitized by Google

Lex 10. Idem a. et c. Aphrodisio. Gregarius servus peculii sui agnatione vendere licet. [f. 86 v.]

Lex 11. Idem a. Attalo. Debitum ancille de peculio post anno viva vel mortua ancilla. [1]

Lex 12. Idem a. et c. Victori. Pro servus domino [2] non reddet, si peculium non est servi.

Lex 13. Impr. Honorius et Theodosius a. Ioh. pp. Debitum servi dominus non reddet, si peculium servi non est.

Titulus XXVII. Per quas personas nobis adquiritur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus [3] *aa. et c. Marcello.* Per extranea persona adquiri non potest, nisi per procuratorem. [4]

Lex 2. [3] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Per procuratores et curatores [5] adquiritur.

Lex 3. [2] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Duobus domini servus ab uno iussus tulit pecunias mutuas, lucrum, quem fecit, ipsi fecit, qui iussit.

Titulus XXVIII. [6] Ad senatumconsultum Machedonianum.

Lex 1. Impr. Pertinax a. Atilio. Filiusfamilie pecunias credere non debuisti.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus aa. et cc. Sophio et Zenodoro. [7] Filius sue potestatis acceptas pecunias cum patri voluntate aut in eius rem eas expendit, tenetur. [f. 87]

Lex 3. Idem a. Macrino. Filiusfamiliae mutuare non licet.

Lex 4. Idem a. Cyrillae. Filiofamiliae *permittente patre* quod accepit, ex patri substantia redditur.

[1] *Adde ex gr.* a domino requiritur. [2] *B.* dominon. [3] *S.*[a] Marcello. [4] *Iust.* excepta possessionis causa per liberam personam... nihil adquiri posse indubii iuris est. *Cfr. etiam Instit.* II, 9, 5: per extraneam personam nihil adquiri posse, excepto eo quod... per procuratorem... [5] et curat. *del.?* [6] *S.*[a] *H. B.* XXXVIII. [7] *Iust.* Sophiae. Zenodorus cum sui iuris *etc.*

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Alexander a. Musae. Machedoniani senatusconsulti. Filiusfamilie in potestate patris ambulans pro sumptibus debitum contraxit, pater reddet.

Lex 6. Impr. Philippus a. et Philippus c. Theopompo. Filiusfamiliae debitum contraxit, de peculio eius restituitur.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. et c. Ioh. pp. Filiusfamiliae contractum debitum quod pater concessit, iussio patris constat. *In ea lege abet: Sic*[1] *autem miles filiusfamiliae.* Miles debitum contraxit, reddet.

Titulus XXIX. Ad senatumconsultum Velleianum.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Lucillo. Mulier pro alio se obligari non licet.

Lex 2. Idem a. Neptiano. Mulier pro alio se obligari non licet.

Lex 3. Idem a. Servato. Mulier pro filio debitum spondit, nichil est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Alexandriae. Mulier res suas [f. 87 v.] vendedit et pro marito reddedit, valet venditio.

Lex 5. Idem a. Popilianae. Si res tuas marito alii dedit te sciente, tacebas, amisisti.

Lex 6. Idem a. Torquato. Mulier pro tutela filiis gerenda tutori quod spondit, tenetur.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Viviano. Pro debito mariti mulier res suas . . . .[2] valet.

Lex 8. Idem a. Triphoni. Emancipati filii si pro patris spondent, teneantur.

Lex 9. Idem a. Proculo. Mulier si pro alio spondit et reddit, recipere potest.

Lex 10. Impr. Philippus a. et Philippus c. Typhine. Mulier si negotium cum alium gessit, tenetur; pro conductela mariti se obligavit, non tenetur.

[1] *Lege* sin. [2] *Supple ex. gr.* pignori dedit, non: *librarium lacunam animadvertisse docet dimidii versus spatium in codice vacuum.*

Digitized by Google

Lex 11. Idem a. Theodore. Post conductionem [1] maritus res suas obligavit, mulieri non inpedit.

Lex 12. Impr. Valerianus et Galienus aa. Sepeduce. Mulier pro filia genero spondit, valet.

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Condiane. Mulier feneratas pecunias et in mariti utilitate profectas redduntur. [f. 88]

Lex 14. Idem a. Basilisse. Uxor pro marito spondit, si heres non est non reddet, nec fideiussor eius.

Lex 15. Idem a. et c. Agrippino. Uxor pro marito se obligavit, nichil est.

Lex 16. Idem a. et c. Ruphino. Mulier pro alio se obligavit, nichil est.

Lex 17. Idem a. et c. Alexandriae. Si vir accepit solidos et uxor prohibuit, non tenetur uxor.

Lex 18. Idem a. et c. Zotico. Creditor si per manus uxoris marito tradidit pecunias, recipit a muliere.

Lex 19. Idem a. Faustine. Si creditor mulieris personam eligerit, exceptionem contra petitorem abet.

Lex 20. Idem a. Theodotiane. Heres mulieris contra creditorem obicere potest, si mulier pro alio se obligavit.

Lex 21. Impr. Anastasius a. mag. officiorum. Mulier pro se si obligavit, valet.

Lex 22. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Mulier, facta obligatione, intra biennium, si vult, replicat. [f. 88 v.]

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Mulier si aliquid acciperit, ut se pro alio obliget, scriptis ostendatur, tenetur.

Lex 24. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Ut servus et ancilla cum domini voluntate liberam accipiat, ostendat manumissionem.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. ad populum [2] *Constantinopolitane et universos provinciales.* Masculus vel femina legitima aetate abentes pro extraneo dotem vel sponsalia spondent, tenentur.

[1] *Iust.* constante matrimonio. [2] *Adde* urbis.

Digitized by Google

TITULUS XXX. De non numerata pecunia.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Hilaro. Pignus dato cautionem amissam si[1] de pecunia non tradita licet dici.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Maturio. Minus accepta pecunia de plus cabuit, licet replicari.

Lex 3. Idem a. Demetrie. Pulsatus si dicit dolo sibi facto aut minus dato, creditor probet non ita actum fuisse.

Lex 4. Idem a. Basso. Ex cautionem si patrem[2] reddidisti, de non numerata pecunia dicere[3] potest.

Lex 5. Impp. Alexander a. Augustiano. Cautio, ubi pecunia non numerata legitur, probari debet; si pro iusta causa illi de- [f. 89] betur, spondet.

Lex 6. Idem a. Iustino. [7] Contra cautione dicere potis de non numerata pecunia.

Lex 7. Idem a. Iuliano et Ammoniano. [8] Non numerata pecunia debitum intra certum tempus non contestavit et mortuus est, stat debitus.

Lex 8. Idem a. Materno. [9] Non numerate pecuniae que[4] si intra certum tempus tacuit debitor, persolvet.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Zoilo. [10?] De non numerata pecunia intra certum tempus utilis actio est.

Lex 10. Idem a. et c. Mucazano. [11] In transactione non numerata pecunia dici potest.

Lex 11. [12] *Idem a. et c. Severiano.* Non numerate pecunie contra mandatore et fideiussore obici potest.

Lex 12. [11] *Idem a. et c. Euticiano. Si transactionis causa dare pecunias spondisti, exceptionem non numerate pecunie defendi*[5] *potest.*

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Theodoro pp. Qui ex anteriore debito cabuerit, tenetur.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Intra biennio non [f. 89 v.] numerate pecuniae questio preponitur.[6] *In ea lege dicit:* Pecunie pe-

[1] *Lege* et cautione emissa, de. [2] *Lege* partem. [3] *Adde* non. [4] que *del?* [5] *Adde* non. [6] *Lege:* proponitur.

Digitized by Google

nitus opponi securitas vel desusceptus. De non numerate pecuniae intra XXX dies licet dici. *Item in ea lege* [§ 4] *dicit: Perpetuum sibi exceptionem* debetur. NI[1] cabuit et non accepit, si creditor absens est, contestetur iudices aut episcopum intra biennium.

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Iohanni pp. Debitor, qui cabuit et non accepit pecunias, si creditor absens sit et inveniatur creditori, actor cum eo dici potest.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Non numerate pecuniae sacramentus legatur, intra tempus agi licet.

Titulus XXXI. De compensationibus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Ulpianensi.[2] Si tu publico debis et publicus tibi, conpensatio fiat.

Lex 2. Idem a. Claudio et Asclepiade. Causa iudicata et soluta *repeti non potest.*

Lex 3. Impr. Alexander a. Hetrio Capitoni. In summa debiti, que te fateris publico debitore, persolvet.

Lex 4. Idem a. Flavio et Luciano. Si invicem sibi debeant, solutio est; computari debet, apud quem amplius resedet, propter usuras. [f. 90]

Lex 5. Idem a. Honorate. Si tibi ex fidecommissum debetur et tu illi debis, reputatio et usurarum computatio fiat.

Lex 6. Idem a. Polydeucie. Ubi mutue sunt petitiones, singillatim non finiuntur.

Lex 7. Idem a. Flavio Auxonio. In venditione compensatio debiti non opponitur, sed pro pretium impleatur.

Lex 8. Impr. Gordianus a. Aurelio Emerito militi. Qui te legatum petiit si tibi debetur, compensatio fieri licet.

Lex 9. Idem a. Lycinie Eucimoni. Compensatio opponi non licet, si tibi nichil debetur.

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Iulio Ni-

[1] *H.* NS. *Lege:* Si. [2] Ulpio Dianensi? *Iust.* Dianensi. *S.*[a] Ulpianensit.

Digitized by Google

candro. Quem debitum repetis, si tibi opponatur quod eum ex alia causa indebite exigisti, licet opponi.

Lex 11. Idem a. Claudio Iulio. Si tuam substantiam tutor gubernabit, quod plus expedit repetetur.

Lex 12. Idem a. et c. Lucio Corniliano. Invicem debitores compensationem faciant. Qui plus debet, si creditor accipere nollet, sequestra illum alibi propter usuras. [f. 90 v.]

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Basso. Si ex pensione publica debis, nichil tibi publicus debet, solveris pensionem.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Qui in causa petitur, ut [1] ipse contra illum abeat, ambas simul finiantur.

Titulus XXXII. De usuris.

Lex 1. Impr. Pius Aurelius. Si in cautione usuras non legitur, sed convenit dari, datur.

Lex 2. Impp. Severus et Antoninus a. et c. Lycio. Res venditas pretium non adimpletus est, cum usuris reddatur.

Lex 3. Idem a. et c. Iuliano Serpio. Non scripta usuras si in verbo convenit dare, persolvitur.

Lex 4. Idem a. et c. Apronie Honorate. Positum pignus conventa usura posteus si convenit plus dari, usuras non abet.

Lex 5. Idem a. et c. Ultumio Subitiiano [2] *et aliis.* Si maiorem usuram spondedisti te dare et semper minorem solvisti, maiorem non exigeris.

Lex 6. Impr. Antoninus a. Antigono militi. Debitor creditori pecunias reddat, si noluerit accipere et debitor eas signatas alii sequestravit, ex eo usuras non solvit.

Lex 7. Idem a. et c. Domitio Arestheo. Creditor quod [f. 91] ostendit cautis [3] probari debet.

Lex 8. Idem a. et c. Claudio Doriphoro. Si stipulatus debitor minoris usuris et post maioris [4] promisisti et semper minores dedisti, maiores dari non potest.

[1] et? [2] Sabiniano? *Iust.* Sabino. [3] *Intell.* intendit, cautionibus. [4] *S.*[a] minoris (*H.* manoris).

Digitized by Google

Lex 9. Idem a. et c. Cannio Provo. Debitor si pecunias non presumpsit reddere de pupillo, sed alii eas commendavit, ex eo usuras non solvet.

Lex 10. Idem a. et c. Crato et Donato militi. Usura tempora soluta [1] dupplari non possunt.

Lex 11. Impr. Alexander a. Aurelio Terrano. Frumenti vel ordei mutuo dati accessio etiam ex nodo [2] *pacto prestanda est.*

Lex 12. Idem a. et c. Popilio. Creditor possessionem quem tenuit, fruges exinde reputat.

Lex 13. Idem a. et c. Eustaciae et aliis. Ex iudicio finitis vel omissis de usuris replicari non potest.

Lex 14. Idem a. et c. Aurelio Arasiani. [3] Si mulier debet pecunias, ut pro usuris .... [4]

Lex 15. Impr. Gordianus a. Claudio Portorio. Debitor si spondet diem certum non redderet dupplum aut plus [5] det, non valet. [f. 91 v.]

Lex 16. Idem a. Flavio Sulpio. Debitor si frumentum certum diem non reddit, et usuras repeti potest.

Lex 17. Impr. Philippus a. et Philippus c. Aurelio Exuino et aliis. [6] Debitor si fundos in usuris consequendis redditos dedit, quod super usuris redditus est non reputetur.

Lex 18. Impr. Dioclitianus et Maximianus et c. Aurelio Castori. Debitor si prius plus usuras dedit quam capitanea persolveret, de usuras repeti potest.

Lex 19. Idem a. et c. Aurelio Cyrinaee. Debitor si vellet reddere pecunias et creditorem non invenerit et eas sequestratus [7] sequestraverit, ex eo non persolvet usuras.

Lex 20. Idem a. et c. Aurelio Nicopolytano. Fideiussor tardius [8] ad reddendum usuras non solvet.

Lex 21. Idem a. et c. Cressimoni. Dato pignus acceptas pecunias si usuras promisisti, adimplis.

Lex 22. Idem a. et c. Comminio Carino. Usura non placita exigi

[1] *Iust.* usurae per tempora solutae. [2] *Lege* nudo. [3] *H.* Arcasiani, *quam lectionem recepit Kr.* [4] *Versus in codice vacuus est.* [5] *Iust.* cum poena quadrupli. [6] *Iust. om.* et aliis. [7] sequestratus *del.* [8] tardus?

Digitized by Google

non licet. Si convenit, quod si non daret usuras persolveret, [f. 92] tenetur.

Lex 23. Idem a. et c. Iasoniano Cyliciae.[1] [24] Si mater legitima etate pecunias filiis cessit[2] in negotio, usuras persolvet.

Lex 24.[3] [25] *Impr. Constantinus a. ad populum.* Acceptas res mobiles si promisit dari usuras, persolvet.

Lex 25. [26] *Impr. Iustinianus a. Mene pp.* Unaquamque personam quantum det usuras. *In ea legem abet: Ceteros autem*[4] *homines dimidia.*

Lex 26. [27] *Impr. Iustinianus a. et c. Mene pp.* Ante legem prolatam finitum est, replicari non potest; si ante sponsum est et non est soluta, secundum presentem legem exigitur usuras.

Lex 27. [28] *Impr. Iustinianus a. Demostheni pp.* De usuras usuras non exigitur.

Titulus XXXIII. De nautico fenore.

Lex 1. Greca. Versiculum.[5]

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Scribonio Honorato. In nave que pecunias mutuat nox[6] de porto exierit, creditori est periculum si quo contigerit.

Lex 3. Idem a. et c. Aureliae Cosmiane. Mutuatas pecu- [f. 92 v.] nias plus usuras non exigi, quam constitum est.

Lex 4. Idem a. et c. Aurelie Iuliane. Credita pecunia nauclerio, ut in Africa ambularet, et ille alibi ambulavit et angaria tentus est, secundum cautionem suam complet.

Lex 5. Idem et c. Pullio Iuliano Eucarista. Navigantibus feneras pecunias, si perierit, reddentur.

Titulus XXXIV. De[7] depositi.

Lex 1. Impr. Alexander a. Demetrio militi. Res commendatas[8] vel commune casu perierint, non tenetur susceptor.

[1] *Inscriptio ex inscriptt. c. 23 et 24 efficta est, omissa scil. summa c. 23.* [2] *Intell.* gessit. [3] *S.* Lex IIII. [4] *Iust. add.* omnes. [5] *Duorum versuum spatium vacat.* [6] non? (*H. con.* mox). [7] De *del.* [8] *Nonnulla forsitan exciderunt. Iust.* incursu latronum vel alio fortuito casu.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Gordianus a. Celsino militi. Res commendatas si mortuus [1] est reddere, persolvet usuras.

Lex 3. Idem a. Austronio militi. Commendatas res usuaverit, usuras persolvat, aut dupplum, ut fuit, [2] reddat.

Lex 4. Idem a. Thimograti militi. Commendatas pecunias si eas exercitavit, usuras solvet.

Lex 5. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Claudio. Si documenta cartarum commendasti, cuius orto [3] tenuisti, etsi pensionem non adimplisti, tamen documenta reddat. [f. 93].

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus et c. Antonino Alexandro et Ulpiano Antipater. Commendatas chartas conservari licet.

Lex 7. Idem a. et c. Antiocho Antico Carpuniano [4] *Democrati.* Comendatas pecunias alio mutuasti, teneris restituendum.

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Alexandro. Accepta pecunia, si alii eam det, non tibi est actio adversus debitorem, sed cui tu eam dedisti.

Lex 9. Idem a. et c. Aurelio Menopolo et ceteris. Facultas commendatas absque herede datari non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Septime. Commendatas res restituantur.

Lex 11. [12] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Comendatas res a patre unus heres portionem suam tollet, et postea alias res interierint, qui tulit lucravit.

Titulus XXXV. Mandati.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Leoni. Idem [5] mandata.

Lex 1. [6] *Impr. Iustinianus a. Demostheni pp.* Comendatas [f. 93 v.] res pro ipsa alienas dari non licet, et nisi iuraverit tecum interisse tibi actione, quod expendisti recipis.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Statio Marcellino. Fideiussor reddendas pecunias exigendum licet et heredem.

Lex 3. Idem a. et c. Germano. Cui actione mandasti quod egit firmum est.

[1] *Lege* moratus. [2] fur? [3] *Iust.* fundum. [4] *S*[m] *add.* militi. [5] *Pro* Leoni. Idem *l.* Leonidae. [6] *Est summa c. 11 superioris tituli.*

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Alexander a. Aurelio Vulnerato. Mandata actione quod egit firmum est. Expensas, quas erogavit, recipit.

Lex 5. Idem a. Iuliano. Manda [1] actione susceptam si neglexit, compellitur.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Elio [2] *Sostui militi.* Pro quo spondisti [3] et reddidisti, eum exigere potest.

Lex 7. Idem a. Aureliano militi. Si litteras acceptas *pecunias credidisti,* secundum litteras tenetur.

Lex 8. Impr. Gordianus a. et c. Valerius c. VIIII *Aurelio Licyo.* Si pater per servum mandavit sibi mutuari pecunias et iam servus minori iam esse, heredes patris convenitur.

Lex 9. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Marcello. [f. 94] Si *per procuratorem causam tuam lesam* est, *adversus eum* dici potes.

Lex 10. Idem a. Aurelio Papio. Fideiussor quod spondit quem fidedixit exigere potis.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio Gaio. Actor si exigit aut non expensas recipit. [4]

Lex 12. [5] *Idem a. et c. Firmo Marcellino.* [6] Procurator rem evictam possessionem vendit et post dominum ratum non fuit, venditi non abet. [7]

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Hermoniano. Procurator dolo vel culpa non faciat.

Lex 14. Idem a. et c. Hermoniano. Procurator a debitore pecunias quas accepit, quod ex iudex [8] comparavit domino restituitur.

Lex 15. Idem a. et c. Aurelio Precario Atheneo. Mandata actione susceptor si remotum [9] est, solutum est.

Lex 16. Idem a. et c. Zando. Comparandam [10] qui accepit pecunias fraudem fecit, quod interest tenetur.

[1] *Lege* mandati. [2] *S.*[a] Aurelio. [3] *S.*[a] spondidisti. [4] *Lacuna unius versus.* [5] *S.* Lex II. [6] *H. om.* Firmo. *Kr. om.* Marcellino. [7] venditio vim non habet? [8] exinde? [9] mortuus? praemortuus? [10] *Intell.* ad comparandum.

Digitized by Google

Lex 17. Idem a. et c. Aurelio Gordiano. Non finito salario peti non potest. [f. 94 v.].

Lex 18. Idem a. et c. Turciano. Fideiussor pro alio quod reddidit, cum usuris recipitur.

Lex 19. Idem a. et c. Aurelio Eugenio. Pro inlicitas usuras pignus accepisti, exigere non potes debitori.

Lex 20. Idem a. et c. Aurelio Pegato. Mandatum acceptor expensas recipiat.

Lex 21. Impr. Constantinus a. Volusiano pp. Aliena vero negotia excepto[1] *officio geruntur.*

Lex 22. Impr. Anastasius a. Eustatio pp. Qui litem comparat, quantum pretium dedit et usuram eorum incurrit, tantum exigit, si vicerit. *In ea lege abet: Sin autem per donationem:* actio data valida est.

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Actiones venundari non licet.

Titulus XXXVI. Si servus se emi mandaverit.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Dionisiae. Si servus per extraneam personam de suas pecunias se comparavit et ab ipso manumissus fuerit, nichil est.

Titulus XXXVII. Pro socio.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio. Si alius in comune ponat solidos, alius opera abet, collegius est. [f. 95]

Lex 2. [3] *Idem a. et c. Aurelio Victorino militi.* [2] Pretium pensionis[2] exequeris.

Lex 3. Idem a. et c. Aurelio. Communem rem adquisitam communi dividentur.

Lex 4. Idem a. et c. Aurelio Celeri. Societate[3] *transactionis* resolvi non potest.

Lex 5. Idem a. et c. Aurelio Theodoro. Societas, usque ad tempus finitum est, stat.

[1] *Lege* exacto. [2] *Iust.* pensitationibus. [3] *S.*[a] *add.* et.

Digitized by Google

Lex 6. [7] *Impr. Iustinianus a. Iohanni pp.* Socius infirmus fiet, sanus socius resolvet societate.

Lex 7. [6] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Societas si unius honoris locus proficerit, non solvitur societas.

Titulus XXXVIII. De contraenda emptione.

Lex 1. Impr. Valerianus et Galienus aa. Aurelio Paulo. Venditio facta de possessione, que alibi est *constituta,* valet.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Ario. Quod furiosus transigerit, nichil est.

Lex 3. Idem a. et c. Valerie Viacre. Venditio et emptio simul [1] conprehensa nichil est.

Lex 4. Idem a. et c. Aurelio Liciano. Facta in te donatio valet.

Lex 5. Idem a. et c. Umbige Gratiae. Tutor a pupillo [f. 95 v.] rem comparare non licet.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Lucretio. Si maritus uxori rem ex scripto vindedit, filius in nomen matris sue exigit.

Lex 7. Idem a. et c. Aurelio Lysinioni. Si mater tua ancillam suam marito secundo donavit, valet.

Lex 8. Idem a. et c. Herodi et Diogeni. Res venditas si pretium non accepisti, repeti pretium licet.

Lex 9. Idem a. et c. Severo militi. Qui comparavit si pretium, quem spondit, non dedit, quia ille non valet venditio.

Lex 10. [2] *Idem a. et c. Aurelio Gordiane.* Si mulierem [3] suam emit, preiudicium sibi [4] generavit.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio Paterno. Invitus comparare vel vendere non licet.

Lex 12. Idem a. Aurelio Paciano. Non dato pretio in emptione repeti potest.

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Decio Iuliano Egi. [5] Voluntate vendito non ex constrinctione.

[1] simul(ata donatione)? [2] *Hanc legem om. H.* [3] *Lege* mulier rem. [4] *Adde* non. [5] *V.* Egi *non inscriptioni sed summae iunxit H.: om. Kr.*

Digitized by Google

Lex 14. Impr. Valentinianus, Gratianus et Theodosius aaa. Flaviano pp. Illyrici. Non licet consorti dicere « non alii vendis ».

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Si res estimatas [f. 96] venditas fuerint multum, firmum est.

TITULUS XXXIX. De hereditate vel actio venditi. [1]

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Geminio. Qui rem comparavit contra creditores non litigat, sed auctor.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Titio Floriano. Qui adquisitam hereditatem vendidit, contra causatores ipse litigat.

Lex 3. Impr. Alexander a. Quintiano et Theomoto. Actor si invitus ad nomen domini rem comparet, dominus exinde dicere potest.

Lex 4. Idem a. Aurelio Diogeni militi. Qui suasit eum, qui necdum cognovit, ab eo emere, quod empserit emptor sibi reputet.

Lex 5. Idem a. Novario [2] *Honesimo.* Venditor si ipso emptore pro ea rem procuratorem instituere licet.

Lex 6. Idem a. Pomponio militi. Non cepta hereditate vendi licet.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Menasee. Si debitor creditori suo cautionem debiti sui illi opposuerit, ipse efficitur creditor. [f. 96 v.]

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio [3] *Vigiliano.* Creditoris res obligatas a domino non revertitur, si non adimpleto placito.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Qui actionem designatam comparat, iuste lite persequitur.

TITULUS XL. Que res vendere non possunt et qui vendere vel emere vetantur.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Arcadius aaa. Fausto comiti sacrarum largit. Regales vestes vendi nec emi licet.

Lex 2. Idem a. Cariobaudi duci. Ad inimicos gentes vendi aliquid non licet.

[1] *Lege* actione vendita. [2] *H.* Nonario, *quam lectionem recepit Kr.* [3] *Kr. om.* Aurelio.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Arcadius et Honorius aa. ad Senatum et populum. Publica frumenta qui vendet vel emet capiti puniantur.

Lex 4. Impr. Honorius et Theodosius aa. Faustino pp. Frumenta, que ad exercitum transmittur, qui ausu temerario eas tulerit capiti puniantur.

TITULUS XLI. Que res exportari non licet.

Lex 1. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. Theodoto mag. militi. Ad gentes inimicas nullum negotium portet.

Lex 2. Impr. Martianus a. Constantino pp. Qui arma ad ini- [f. 97] micus vendit puniantur.

TITULUS XLII. De eunuchis.

Lex 1. Impr. Constantinus a. Ursino duci Mesopotamiae. Qui eunuchum fecerit puniatur.

Lex 2. Impr. Leo a. Biviano. Eunuchum comparari non licet.

TITULUS XLIII. De patribus, qui filios distraxerunt.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Papiniae. Filio suo nemo vendat nec donet nec pignus det.

Lex 2. Impr. Constantinus a. provincialibus. Propter famem parentes filios licet vendere; posteus, si quis pro libertate pro eo pretium aut vicarium det, licet accipere.

TITULUS XLIV. De rescindenda venditione.

Lex 1. Impr. Alexander a. Aurelio Matroni militi. Qui *per vim vendidit,* rescinditur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Luppo. Minoris pretium res venditas, restitutas pretio res recipi potest. Quodsi *emptor eligerit* adimplere pretium, licet.

Lex 3. Idem a. et c. Titiae et Martiane. Iuste venditas res rescindi non potest.

Lex 4. Idem a. et c. Simpronio Eudoxio. Plus emptas res minori pretio res[1] venditas recipi non potest [f. 97 v.].

[1] res *del.*

Digitized by Google

Lex 5. Idem a. et c. Claudio Rupho. Venditori si dolus factus est, emptio cassatur.

Lex 6. Idem a. et c. Novisio Gaiano et[1] *veterano.* Bene venditas res retractari non licet.

Lex 7. Idem a. et c. Mucatraulo militi. Res autem venditas pretium reddere et rem recipere non potest.

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Evodie. Minus pretium de medietate datum repeti potest; emptoris est electio, adimplere aut rem reddere.

Lex 9. Idem a. et c. Domitio Civalensi. Facta venditio si solidi non sunt adnumerati et pecora in compensatione data, valet.

Lex 10. Idem a. et c. Emilio Severo. Qui rem male emit et alii eam vendidit, si evictus fuerit, rem restituit.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio Magne. De dolo et minus pretium quando cognovisti, tunc te agere non prohiberis.

Lex 12. Idem a. et c. Axiocho. In necessitate fames vel debiti res tuas vili pretium dedisti, repeti potest.

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio Nice Decaria. Rem in dotem posita vendita rescinditur, quia interdictum est.

Lex 14. Idem a. et c. Aurelio Basilide militi. Res obnoxes venditas irritum abent.

Lex 15. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. ad Ypatium. Propter vili pretium emptio[2] exscinditur. [f. 98]

Lex 16. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aaa. ad Magnillum vicarium Africe. Debitor creditori vili pretium rem vendidit, repeti potest.

Lex 17. Impr. Archadius et Honorius aa. Mesale. Propter[3] qui pecunias civitati accepit, si pro emendo cuidam extero dedit, si perierint, ipsi eas reddet.

Lex 18. Impr. Arcadius et Honorius et Theodosius aaa. et c. Nestorium comiti rerum privatarum. Qui in exactione publica sunt a privatis nichil comparent.

[1] et *del.* [2] *Add.* non? [3] *Lege* Mesale pp.

Digitized by Google

TITULUS XLV. Quando liceat ab emptione discedere.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Lycinio Ruphino. Si ex voluntate non vendidisti, agi potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Aurelio Felici. Si ex voluntate vendidisti, de minus pretium potis dicere.

TITULUS XLVI. Si propter publicas pensitationes venditio fuerint celebrata.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Geminio Materno. Pro tributu [f. 98 v.] qui rem suam fisco tradidit, nullus creditor preponere se potest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Attiniae Plotiane. Pro tributo rem tuam curiali vendidisti iusto pretio, repeti non potest.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Ignatium Faustinum presidi Vettice. Legitima etate pro tributo res suam iusto pretio exactori vendedit, valet.

TITULUS XLVII. Sine censu vel reliquis fundum comparare non posse.

Lex 1. Impr. Alexander a. Capitoni. Si mater tuam dotem posuit possessionem, uti pater tuus eam possederit et illa censum solveret, censum non solvit mulier, sed qui possidet, tam per emptionem vel pacto vel ex cautionem, si factum fuerit.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Antoninum Marcellinum presidem annonariae. [1] Possessionem censum [2] vendi nec emi licet.

Lex 3. Impr. Iulianus a. ad Secundum pp. Qui possidet ipse reddat.

TITULUS XLVIII. De periculo et commodo rei vendite.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iulie Secunde. Emptor si ven- [f. 99] ditorem pretermittit in lite et perdidit, sibi reputat.

Lex 2. Idem a. Gargilio Iuliano. Placitas res, *antequam tra-*

[1] Annonariae *ex const. initio* (Rei annon.). [2] sine censu?

Digitized by Google

dantur, si quod emerserit, venditori est; post traditas emptori reputatur quod contigerit.

Lex 3. Idem a. Damphynae. Qui ex dolo vendit emptore non nocet.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Silvestro militi. Rem venditas venditor moram non fecit tradendo sed emptor, emptori erit res [1] emptori est periculum.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Leontio. Res venditas, si emptor moraverit, casu perierit, et [2] emptori reputetur.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Quirillo. Vendita ancilla si mora emptor ad suscipiendum fecerit et mortua fuerit, emptori reputatur.

Titulus XLIX. De actionibus empti et venditi.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Heliane. Cui rem vendidisti si te pro pretium ad causam provocavit, contra emptorem est actio, non ire. [3]

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Flavio Domitiano. Res venditas de minus pretium peti potest; ante [f. 99 v.] emptionem si rem tenuit, pervasior est.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus a. et c. Serapiodoro. Arras datas pacti loco esse videtur.

Lex 4. Idem a. Muciano. Venditor impleto pretio moretur facere traditionem, quantum domini interest restituit.

Lex 5. Idem a. et c. Decimo Caplusio. Emptor si pretium non adimplet, cum usuris restituat pretium reliquo.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio. Ratione [4] facta venditio, si aliud non convenit statuendi.

Lex 7. Idem a. et c. Hysidoro. Servus si occulte de suo solido per extraneos se redimet, denuo domino detur pretium. [5]

Lex 8. Idem a. et c. Aurelio Eusebio. Qui *in vacuam possessio-*

[1] empt. erit res *del.?* [2] et *del.?* [3] *Lege* in rem. [4] *Iust.* Neratio: *hinc ortum esse illud* ratione *recte suspicatus est H.* [5] Cfr. XXXVI, 1.

Digitized by Google

nem successores eius emptorem vel heredes ipsius induxisse, nichil esse translatum.

Lex 9. Idem a. et c. Aurelio Zanie Antipatre. Qui plus dedit pretium, quam res valet, contra venditore preponi, non licet agi.

Lex 10. Idem a. et c. Titio Attalo. Dato pretio pro carne si non tradit carnem, quantum emptori interest venditor reddet. [f. 100]

Lex 11. Idem a. et c. Flaviae Eucarpe. Vendito mancipio si post venditor eum manumisit, nichil est.

Lex 12. Idem a. et c. Egi Crispino. Vino vendito ex eo damno emerserit, et emptori est. Nam de mensura vel placito contra venditore est.

Lex 13. Idem a. et c. Flavio Alexandro. Emptori fruges consequi licet; minus pretium cum usuris restituat.

Lex 14. Idem a. et c. Aurelio Rosino. Servus emptus nullum vitium inserveat.

Lex 15. Idem a. et c. Aurelio Antonino Heliano. Ultra modum venditum triticum traditus detur, causatio fiet.

Lex 16. Idem a. et c. Aurelio Hermiano[1] *Cyrillo pp.* Venditas pecoras[2] aput venditorem residendum fructus fecerit, restituit emptori.

TITULUS L. Si quis alterius sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Mercatori Secundo. Qui de alterius pecunia ad suum nomen fecit documentum, secundum documentum dominus invenitur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Septimie. Si pater ad filii nomen possessionem comparavit, fili erit. [f. 100 v.]

Lex 3. Idem a. Favio Paterno. Cuius nomen legitur pecunias in documentum, ipse est dominus.

Lex 4. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valerius c. Aurelio Cyrillo. Si ad[3] alterius instrumentum factum est tuam iussionem, tu possides, restitui te licet.

[1] Herm. *adiectum putat Kr. ex om. const.* 17. [2] *S.*[a] pecunias? [3] *Adde* nomen. *Perperam asserit H.* ad *a secunda manu supra lineam positum esse*

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et Valerius c.[1] *Vero.* Maritus de suos solidos ad nomen uxoris documentum fieri iussit, mariti est possessio.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Dionisio. Si maritus pecunias dedit uxori et illa ad suum nomen emit, solidis reddet marito.

Lex 7. Idem a. et c. Aurelio Gerontio. Cui negotium commisisti rem de tuo solido comparavit, tuum efficitur.

Lex 8. Idem a. et c. Maxime Valentinae. Si de aliena pecunia ad tuum nomen comparasti, dominus effectus es.

Lex 9. Idem a. et c. Eminio Rufiano. Inter absentes venditio fieri licet.

Titulus LI. De rebus alienis non alienandis et prohibita rerum alienationem vel epotheca.

Lex 1. Impr. Alexander a. Gattiano militi. Si alium[2] ser- [f. 101] vum vendidisti,[3] emptoris longi temporis non inquietantur, sed venditor pretium reddet, si emptor ignoraverit alienus servus fuisset.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Grecie Helie. Maritus rem uxoris vendidit; si longi temporis[4] emptorem non munet, mulieri actio iure competit.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio et Valeriano. Si iuste venditum est, ab herede inquietari non licet.

Lex 4. Idem a. et c. Domitio Aphibio. Si mater tua res mariti pignus posuit, filium preiudicium non facit.

Lex 5. Idem a. et c. Aurelio Egro. Si pater res filio emancipati vendidit, nichil est.

Lex 6. Idem a. et c. Aurelio Rupho. Res ad te pertinentes nemo vendere potest.

Lex 7. Imp. Iustinianus a. Ioh. pp. Ad quem non pervenit res per testamentum vel ex pacto si eam vendidit vel manumisit, cum fructibus eas restituit.

[1] et Valerius c. *ex inscript. c.* 4: *del.* [2] *Lege* alienum *H.* [3] *Lege* vendidit. [4] praescriptio *add ?*

Digitized by Google

TITULUS LII. De communium rerum alienatione.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Apollodoro evocato. De his, qui rem communem vendidit. Si annositas emptorem munit, cum venditori abes [1] actionem cui res competit. [f. 101 v.]

Lex 2. Idem a. Hereiano militi. Si coheredes tua rem vendiderunt, nichil tibi nocet.

Lex 3. Impr. Dioclitianus a. et Maximianus a. et c. Aurelio Eusebio. Communes res distrai non licet.

Lex 4. Idem a. et c. Aurelio Ulpiano militi. Communes res vendi non licet.

Lex 5. Idem a. et c. Olympiano. Qui rem ignorat communem vendidit, emptori dupplum [2] reddat pretium.

TITULUS LIII. Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienationem.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. et c. Publice Capriolae. Tutor vel curator pro debito pupilli res ipsius distrai licet.

TITULUS LIV. De pactis inter emptorem et venditorem compositis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Claudie Diothime. Si vendedisti, ut intra certum tempus pretium restitueris, valet placitus.

Lex 2. Impr. Alexander a. Caresio militi. Venditam rem si convenit, ut pretium quocunque tempore [3] recipiat, valet, remota prescriptionem.

Lex 3. Idem a. Felici militi. Si res venditas convenit, ut, si certum tempus non adimpleret pretium, remitteret, valet placitus.

Lex 4. Idem a. Claudio Iuliano et Proculiano. Res venditas non adimpleto pretio res retolli non potest, [4] solidos cum usuris. [f. 102]

Lex 5. Impr. Gordianus a. Aurelio Longino evocato. Res venditas si *tardium* pretium exsolvet, *usuras pensitare ab emptore prestare* de iure postulas.

[1] *Lege* habet. [2] *Iust.* quanti interest emptoris. [3] *Adde ex. gr.* offeratur. [4] *Adde ex. gr.* qui maluit petere.

Digitized by Google

Lex 6. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. et c. Solubrio Romulo. Minori pretio rem emptam cum fructibus restituis.[1]

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Faviano Musco. Venditas res si convenit reddito pretio recipi, valet.

Lex 8. Idem a. et c. Auxononi. Inter emptorem et venditorem vero placidus[2] valet.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Emptor si promisit nulli ea re alienare preter venditore, valet.

Titulus LV. Si servus exportandus veniat.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Petronie Flavillae. Qui mancipium emit, ut eum liberum faciat, adimplendum est.

Lex 2. Idem a. et c. Sezo Nedymo. Manumiectio in servum valet, si ab alio teneatur.

Lex 3. Impr. Alexander a. Nobilio liberto. Vendita ancilla mora faciente emptore venditor eam manumisisset, non valet manumissio. [f. 102 v.]

Lex 4. Idem a. Aurelio Papie. Servo alieno qui manumisit, *capitali poena vindicabit.*

Lex 5. Idem a. Sextiano Sarapioni. Fugacem mancipium actor, ubi eum invenit, teneat.

Titulus LVI. Si mancipium ita venierit, ne prostituatum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Socrate pp.[3] Si ancillam tuam in turpem actionem positam vellis eam tollere et abuerit vocem ingenuitatis, iudicem eam dici iubemus.

Lex 2. Idem a. Severo. Idem hec lex, ut supra.

Lex 3. Idem a. Aurelio Helie. Si ancilla tua vendidisti, ut non prostituta fieret, valet.

[1] *S.*[a] restituit. [2] *Lege* placitus *H.:* vero *fortasse ex male intell. v.* integram. [3] pp. *fortasse ex initio const.* (Praefectus urbis).

Digitized by Google

TITULUS LVII. Si mancipium ita fuerit alienatum, vel [1] manumittatur vel contra.

Lex 1. Impr. Alexander a. Patricensi. Qui vendit aut donat, ut post certos annos liber sit mancipium, aliud fieri non licet.

Lex 2. Idem a. Euticiano. Si naturalis filius venditus est, ut manumittatur, si non fuerit manumissus, ipsa natura liberum eum facit.

Lex 3. Idem a. et c. Fulcio Maximo. Qui vendit ancillam [2] post XXV annis libera efficitur, si non fuerit facta, hique libera est et filius [3] post impletum tempus natus est. [f. 103]

Lex 4. Impr. Gordianus a. Cornilie Iocundo. Dominus si ancille promisit dare libertatem et non occursit, ex ea voluntate libera est et fili, qui ex ea nascuntur.

Lex 5. Idem a. Aurelio Marino. Si sub conditione venditus est mancipius, non manumittatur, et fuerit manumissus, sine poena pretii eum retolli vinditor.

Lex 6. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Helvidie Rufine. Vendito mancipio, *ut manumitteretur,* si noluerit emptor hoc facere, compellitur.

TITULUS LVIII. De diliciis et [4] actionibus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Decentio Veromilio. Qui sciendum servum vitiosum ut bonum vendidit, si quid mali servum commisit, venditor pretium et damnum inlati reddat.

Lex 2. Impr. Gordianus Petilio Maximo. Servus si post annum fugierit, periculum venditoris non est.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Aurelio Muciano. Si antequam venditus fuerit servus non fuit fugax, post fugierit, non erit culpam venditoris. [f. 103 v.]

Lex 4. Idem a. et c. Possessio vendita, ut, si illi non placuerit, eam reddere, placitus valet.

[1] *Lege* ut (*H.* ut). [2] *Adde* ut. [3] *Adde* qui. [4] *Lege* aediliciis: et *del.*

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aa. et c. Nebridio pp. Emptor timens, ne fugacis sit mancipius, reddi licet.

TITULUS LIX. De monopoliis et de conventu negotiatorum inlicito vel artificum [1] ergolaborumque nec non balneatorum proibitis inlicitisque pactionibus.

Lex 1. Greca. [2]

Lex 2. Impr. Zeno a. Constantino pp. Qui monopolo petent et agent, amissis rebus suis exilio morentur. Qui autem pactis se conscribunt [3] pro caritate vendendi, quinquaginta libras auri det fisco.

TITULUS LX. De nundinis.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Probum pu. In omnibus mercatoribus conventio aut violentia non fiat.

TITULUS LXI. De vectigalibus et commissis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Victorino. Servus ante discriptionem manumissus censum non dat.

Lex 2. Idem a. et c. Iunio. Si ante quinquennium illis [4] [f. 104] non est contestata, *vindicari potest.*

Lex 3. Idem a. et c. Militibus prospectum, ne ommissa professione poena commissa tenentur. Si deberi aparuerit, exsolvet.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Iunium Ruphum. Census non datus non plus quam tres annos sustineatur.

Lex 5. Idem a. Menandro. Pro negotia negotiatores cannone non prestent.

Lex 6. Impr. Valentinianus et Valens aa. et c. ad Florum comiti sacras largit. Ut censum omnium sit communi solvendum.

Lex 7. Impr. Valentinianus, Valens et Gratianus aaa. et c. Marcellum comitem ordinarium. [5] Ut et milites non se excusent de censum.

[1] *B.* artificium. [2] *Lacuna duorum versuum.* [3] constringunt? [4] *Lege* lis. [5] *Lege* Orientis *H.*

Digitized by Google

Lex 8. Impr. Valentinianus, Gratianus et Theodosius aaa. et c. Palladio comiti sacrarum. Allegatis[1] *gentium devotarum* species de propriis convenit deportari.

Lex 9. Idem a. et c. Palladio sacrarum. Submovenda est vel animalium abarchadie[2] Egypti et Augusta.

Lex 10. Impr. Arcadius et Theodosius aa. Anthemio pp. Curiales pro exigendam canonem vel alia utilitatem solacia detur. [f. 104 v.]

Lex 11. Idem a. et c. Lampadio pp. Qui ad usu[3] proprio vel preces imperatoris sales tulerit inconscio actore, ipse in servitio cum ipso pretio deveniat.

Lex 12. Impr. Honorius et Theodosius aa. Gaistoni comiti sacrarum. Qui aget, ut censum non solvat, in carcere[4] mittatur.

Lex 13. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. et c. Flaviano pp. Exceptis vectigalibus publicis, si necessitas fuerit, reserventur duas portiones erario publico.

Titulus LXII. Nova vectigalia institui non posse.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Gario Victorino. Novum censum fieri non licet.

Lex 2. Idem a. et c. Ventilio[5] *Callistiano.* Novum censum cives facere non possunt.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Galienus aa. et c. Aurelio Tusco et aliis. Novus census inconsulte non fiat, et si inconsulte exactum est, recipiatur.

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad Felicem pp. De conductoribus publicis nova honera ruri fecerint, exilio deportentur.

Titulus LXIII. De commerciis et mercatoribus. [f. 105]

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Iulianum comitem Orientis. Pro utilitate publica negotia exerceri non negetur.

Lex 2. Idem a. et Gratianus aa. Tatiano comiti sacrarum. Nullum negotium vel aurum ad gentes portentur.

[1] *Lege* a legatis *H.* [2] *Lege* vectigal alabarchiae. [3] Qui ausu? [4] *Iust.* viribus carere censemus. [5] Ventidio? *Kr.*

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Honorius et Theodosius aa. et c. Theodoro pp. Nobiles personas commercium non faciant.

Lex 4. Idem a. et c. Anthemio pp. Cum Persis nemo mercetur sine iussione principis.

Lex 5. Idem a. Azetio pp. De certo numero negotiarum, qui ad Persis negotia gerunt.

Lex 6. Idem a. Maximo comiti sacrarum. Qui annona consuetudine negotii in civitate in exilio deportetur.

TITULUS LXIV. De rerum permutationem et de prescriptis verbis actionem.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Trasee militi. Si pater tuus vendidit possessionem et aliam emit, commutatio constat.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Primitive. Commutatio vel [1] venditio est.

Lex 3. Idem a. Barcio Leontio. In verbo commutatio nichil est.

Lex 4. Idem a. Leontio. Commutata possessio si venundata fuerit, non est tibi actio contra emptorem, sed ad quem com- [f. 105 v.] mutasti.

Lex 5. Idem a. et c. Theodolane. Si pater tuus fundum aut domum acceperit, [2] si non accepit, si tu vellis, accipis; si non, recipis possessionem.

Lex 6. Idem a. et c. Protogeni. Res traditas, ut alias acciperis, hoc facto sine scriptura nichil est.

Lex 7. Idem a. et c. Themotheo. Species datas, ut alias acciperes, et non accipisti, in verbo placitus valet.

TITULUS LXV. De locato et conducto.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Iulio Agrippino. Locatam cannavam, quod per furem perierit non est locatori periculum, quod per desertam canavam perierit locatoris est mansio.

Lex 2. Idem a. Ephidio Epiticto. Pensio si moretur, cum usuris restituat.

[1] *Lege* ut. [2] *Lege* fundum dedit, ut domum acciperet.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Flavio Calimorfo. Rem conductam prestitam pensionem expelli non potest, nisi ipse dominus huius manere vult aut edificare, aut si tu eam male egeris.

Lex 4. Impr. Alexander a. Hario[1] *Sabino.* Conductum orreum si latrones insistent eum frangere, dominus orree solacium custodie prestet.

Lex 5. Idem a. Aurelio Petronio. Conductor si cum vo- [f. 106] luntate domini aliis rem locavit, dominus exigat pensionem ab eis.

Lex 6. Idem a. Lucillio Victorino. Conductor si vult alio locare ad fruendum, licet.

Lex 7. Idem a. Septimio Gerentiano militi. Si cannonicario pro rem locatam illi sponsionem spondisti, post impletum tempus si eam tenuit, absolutus de posteriore tempus es.

Lex 8. Idem a. Saviniano Eginio. Rem conductam, si non venit[2] de damni vel lucri, pensio adimpletur.

Lex 9. Idem a. et c. Aurelio Fusco militi. Qui fundum emit, si non promisit colono, quem invenit, ibi permanere, repellit illum.

Lex 10. Impr. Gordianus a. Pomponio Savino. In rem conductam expleto tempus heres non succedit.

Lex 11. Impr. Philippus a. et Philippus c. Aurelio Theodoro. Conductor post impletum tempus non tenetur rem.

Lex 12. Idem a. et Philippus c. Aurelio Nicee. Conductam rem, si ad latrones ex ea aliquid periit, domino reputetur.

Lex 13. [14] *Idem a. et c. Aurelio Julio.* Qui accepit pecuniam ex locato agro et refellit,[3] agi potest. [f. 106 v.].

Lex 14. [13] *Impr. Valerianus, Galienus aa. et Valerius c. Aurelio Eraclide.* Si singillatim conductores rem non susciperunt, unus pro alio conveniri non potest.

Lex 15. Idem a. et c. Aurelio Euphorosime. Si locator ante tempus ante[4] expellit, penam subiacebit.

Lex 16. Idem a. et c. Aurelio Theomotheo. Placitus locationis servetur, nec amplius pensionem exigit.

Lex 17. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Hostilio

[1] Arrio *Kr.* [2] convenit? *H.* [3] fefellit? [4] te?

Digitized by Google

Hectario presidi provincie.[1] Pensionem persolvi si moraveris, cum usuris reddis.

Lex 18. Idem a. et c. Annio Ursino. Per exsterelitatem pensionem non adimplisti, post hec reddis.

Lex 19. Idem a. et c. Iulio Valerio. Si in cartas[2] res locasti, de pensione videndum est.

Lex 20. Idem a. Aurelio Carphoro. Qui suam rem *conduxit estimans alienam* domini sui preiudicium non generat.

Lex 21. Idem a. et c. Anthonie. Rem locatam, si alius plus offeret, conductor repelli non potest.

Lex 22. Idem a. et c. Papiliano. Libelli testimonium dominum confirmat. [f. 107]

Lex 23. Idem a. et c. Aurelio Briso. Nemo enim sibi ius possessionis[3] *mutari potest.*

Lex 24. Idem a. et c. Aurelio Antonino. Conductio sine scriptura pensione mulier pro marito non reddet preces si ipsa conductione[4] fiet.

Lex 25. Idem a. et c. Aurelio Epagatho. Primo reddat res conductas, et sic proponis de proprietate ipsius.

Lex 26. Idem a. et c. Aurelio Opoloni[5] *et Thermosio.* Res conductas, si tuas est, prius restituis.

Lex 27. Idem a. et c. Maximiano Agopodi. Si colono rem tuam dedisti, restituit; quod in verbo illi placuisti, revocabis.

Lex 28. Idem a. et c. Tusciano Neoni. Conductio ex dolo revocare non potest, nisi ex certo casus.

Lex 29. Idem a. et c. Aurelio Iuliano. Res conductas integra restituitur.

Lex 30. Impr. Theodosius et Valentinianus a. et c. Florentio pp. Curiales non conductores nec procuratores nec fideiussores fient.

Lex 31. Impr. Leo a. Aspari mag. mil. NO.[6] Milites non conductores vel procuratores nec fideiussores fiant.

Lex 32. Impr. Zeno a. Adamantium pp. Domino liceat [f. 107 v.]

[1] praes. prov. *ex initio constitutionis.* [2] incertas? *fortasse ex male intellectis verbis* si nihil specialiter exprimatur. [3] *Iust.* iure possessionem: *Graeci* τὸν τίτλον τῆς νομῆς. [4] praeter si ipsa conductrix? [5] *S.*ª Oponi. [6] NO (*scil.* non), *ex ipsa summa* (milites non...) *ortum, del.*

Digitized by Google

uni et alii locare; si conductores litem fecerint, cedis privatis[1] exilio damnetur, militans decem libras auri det.

Lex 33. Idem a. Sebastiano pp. Rem conductam si reddere noluerit, reddat dupplum.

Lex 34. Constitutio greca.

Lex 35. Impr. Iustinianus a. ad Senatum. Miles vel federatus procurationem vel conductionem egerit, amittat militiam. *In ea legem abet: et ipsi, qui suas facultates.* Qui militanti possessionem locavit amittat pensionem.

Titulus LXVI. De emphiteutico iure.

Lex 1. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. Qui iure enphiteutico accepit, si quod evenerit, sibi reputet, si dator sibi collegium non abet.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Qui rem emphyteuticam tenuit si intra triennium pensionem non intulerit, domino alii eam rem dare.[2]

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Qui in emphyteutico tenet alii eum non prestat resistere intra duo menses, aliis autem penam subiacet.

EXPLICIT LIBER QUARTUS. [f. 108]

INCIPIT LIBER V

ADNOTATIONUM DOMINI IUSTINIANI.

Titulus I. De sponsalibus et arris sponsaliciis et proxeneticiis.[3]

Lex 1. [V, 9, 9] *Impr. Iustinianus a. Moene pp.* Qui stante filios ad secundas migravit nuptias non amplius illi conferat, quam uni filio portio competit.

Lex 2. [V, 9, 10] *Impr. Iustinianus a. Demostheni pp.* In secundo matrimonio non amplius conferatur, quam portio uni filio competit. *In ea lege verba hec sunt:* non liceat parentibus iudicare.

[1] *Iust.* privatus.... caesus. [2] *Adde* liceat. [3] *In archetypo lacuna erat integri fortasse quaternionis. Cfr. Praefat.* § 2.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Grat., Val. et Theod. Eutropio pp. Arris sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, que data sunt iubemus restitui, nisi causis, ut nuptie non celebrent, defuncta persona iam prebuitur.

TITULUS X. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. et Archad. aa. Tatiano pp. Si maritus uxori usumfructum per testamentum dimisit et mulier ad secundas migravit nuptias, amisit usumfructum; de sponsalibus usumfructum capit; si filio tutorem quesiit, rationes facit.

TITULUS XI. De dotis promissione vel nuda pollicitatione [f. 108 v.]

Lex 1. Impr. Alexander a. Claudie. Si in coniunctione nichil tibi traditum [1] est nec scriptum est, exigere nichil potis.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Herodito. Si pro reliquam dotem usuram promisit dare, exigere potis.

Lex 3. Idem a. Claudio. Si in vota non scripsit tibi dotem, sed promisit dare, post arvitres estiment quid accipiat.

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Rupho. In dote que a te scripta sunt consentiente donatore, compellitur exigi.

Lex 5. Idem a. et c. Dasumiano. Genere [2] exigit dotem socer suo vel a cognatus. [3]

Lex 6. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hierio pp. Dos cum promissa id [4] est verbo vel scriptis, exigit.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Si pater pro filio dote vel sponsalia absque conditione fecit, exigitur.

TITULUS XII. De iure dotium.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Niciforo. Pro dote sine scriptis res alienas tibi data sunt, de dolo agere potis, non de evictionis.

[1] *B.* traditu. [2] *Lege* gener. [3] *Iust.* successores soceri. [4] id *del.?*

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Antoninus a. Alciabiadidi. Si scriptis dos a matre promissa est, tenetur. Nam filia promisit, prout ei facultas [f. 109] competebat, valet.

Lex 3. Impr. Alexander a. Euphemo. Mulier si superstite patre [1] et marito per testamentum servo dotali manumisit, valet.

Lex 4. Idem a. Valenti. Si mulier tota bona in dote sua conscribat, firmum est.

Lex 5. Idem a. Statiae. Dos estimata accepta mariti efficitur. *In ea lege verba hec sunt:* Si res estimata in dote vir accipiet, post dissoluto matrimonio pretium, si vult, reddet.

Lex 6. Idem a. Sulpitio. Mater [2] tua pro filia tua si promisit in verbo dotali [3] dare, si tu illi heres es, persolvis.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Marco. Si socer pro filia dote dare in verbo promisit, postea scriptis promisit minus, preiudicium puelle non generavit.

Lex 8. Idem a. Grippine. Mater dotem, quem pro filia dedit, si non convenit aliud, defuncta filia sine liberis ad matrem reddit.

Lex 9. Impr. Decius a. et Decius c. Urbicane. Dotem, quem ad maritum portasti, si post publico debitor extitit, et [4] prius tu dotem de substantia mariti exigis. [f. 109 v.]

Lex 10. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Ingenuo. Dotem ab uxorem accepisti adpretiatam; si minuatam fuerit, estimationem eris obnoxius; si augmentasti re, recipis.

Lex 11. Idem a. et c. Severe. Dotem tuam si deperiet, maritus est obnoxius. *In ea lege* [Cod. V, 1, 5 § 1] [5] *verba hec:* Parentes pro filia arras accipiet, dupplum reddit, si absque culpa recusaverit; que et cause culpe hic posite sunt.

Lex 12. Idem a. et c. Rufine. Maritus de dote ad suum nomen predia comparavit, mariti est; nam pro solido dotalis obnoxius est.

Lex 13. a. et c. Catule. Mater tue dotem, quem in patrem tuum fecit, si vitrico inde non donavit, nichil est.

[1] *Adde* decessit. [2] *Iust.* avia tua. [3] dotem? [4] et *del.* [5] *Cfr. Praefat.* § 2.

Digitized by Google

Lex 14. Idem et c. Balisse.[1] Matrem dotem dare filio[2] non cogitur, nec pater de bonis uxoris sue.

Lex 15. Idem a. et c. Ulpiane. Mulier dotem, quem sine scripture dedit, ut[3] si documentum perdidit, quod per testes docuerit post amissionis coniugii exigi potest.

Lex 16. Idem a. et c. Emiliano. Indivisa rem in dote conscribi licet.

Lex 17. Idem a. et c. Sabiniano. Dotem a patre datam [f. 110] retento sibi usumfructum, venundari dotem non licet.

Lex 18. Idem a. et c. Menestrato. Filiam dotem, quem accepit a matre, si promisit dare matri quid singulis annis, mortua filia promissio non restituitur.

Lex 19. Idem a. et c. Achilli. Si pater pro filia dotem fecit et in testamentum eam heredem inter fratrem minorem fecit minus de falcidia, in filie est potestatem elegere una ex duobus.

Lex 20. Idem a. et c. Tiberio. Dotem factam si sponsalia similis non fuerit, de plus agi potest.

Lex 21. Idem a. et c. ad Geminum. Si inter uxorem et maritum convenit, ut post dissoluto matrimonio dotem, quem accepit, restituere pretium et non[4] reddet, nisi casu perierit, sed ipsa res.

Lex 22. Idem a. et c. Polibiane. Pater dotem, quem filie dedit, vendi eas illi non licet.

Lex 23. Idem a. et c. Diogeni. Dotem, quem dedit, si pro anteriore debitum non vendidit, solvitur venditio.

Lex 24. Idem a. et c. Aurelio Elysimacho. [25] Dotem, quem accepit mulier, si conditio posita est, ut ex ea testari [f. 110 v.] liceat, conditio valet.

Lex 25. Idem a. et c. Eutichiano. [26] Si socer genero dotem dare promisit, exigitur.

Lex 26. Idem a. et c. Demosteni. [27] Si res dotales aput maritum remanserunt non iure hereditario, in usufructu tenetur.

[1] *S.*[a] Basilisse. [2] *Lege* filiae. [3] *Lege* vel. [4] *Lege* restitueret, praetium non.

Digitized by Google

Lex 27. Idem a. et c. Pompeiano. [28] Uxor minori etate abente marito curatore sibi petere potest.

Lex 28. Impr. Zeno a. Emiliano pp. [29] Stante coniugio si maritus ad inopia pervenerit, liceat minori [1] contra creditores mariti agere, si quas res mariti tenent, et exactas pro dote et sponsalia, ita ut cum marito et filio exinde vivat.

Lex 29. Impr. Iustinianus a. Mene pp. [28] Mulier in minori etate consentiente marito curator generalis et specialis est.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Mulier ad exigendam dotem et sponsalia annositas illi non opponitur, nisi a die defuncti mariti aut a quando inops factus est.

Lex 31. [30] *Im. Iust. a. Demosth. pp.* [31] Uxor sponsalia quem accepit, si non abuit filios, in perpetuum eas vindicet, si nulla conditio intercessit. [f. 111]

Lex 32. [31] *Im. Iust. a. Iuliano pp.* [31 § 5] Si quis in panibus civilis predia vel certum redditum promisit in dotem dare, post biennium si vult mulier cum usuris repetit dotem.

Titulus XIII. De uxoriactione ex stipulatu actionem transfusam et de natura dotibus prestita.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. ad populum urbis Constantinopolitane et universos provinciales. In nuptiis si una cartula legibus sit confecta, aliam non legibus factam placetur, firmum est. *In ea lege abet:* Et inperitia rusticitatis et inpeditio scripturae non impediat: dos et sponsalia absque stipulatio data vel promissa valida sunt. *In ea lege abet* [§ 6]*: In exstipulatione* [2]*:* defuncta uxore sine liberis, dotem non lucret maritus, sed ad propinquos uxori revertatur. *In ea lege abet: In rebus movilibus:* intra anno defuncte uxoris maritus res eius ad parentes non reddiderit, post cum tertia parte usure reddat et redditus aliarum rerum. *In ea lege abet* [§ 9]*: Fetos autem iumentorum:* feta animalium de dote mulieris usque ad [f. 111 v.] mortem uxori marito proficiat.

[1] *Lege* mulieri. [2] *Lege* in ex stipulatu actione.

Digitized by Google

TITULUS XIV. De pactis conventis tam per dotem quam per donationem ante nuptias et parafernis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Nicae. Nutrix si pro alumna dotem dedit, repetere ea non potest.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Theodote. Fructos agrorum, si ex pacto alii dedisti, repeti non licet.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Torquate. Si in dote convenit, ut, si filius mortuus fuerit, patri proficiat, valet.

Lex 4. Idem a. Agatho. Si in nuptias conscriptus est, ut, si unus ex parentes moriatur, filia succedat, valet.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Claudie. Uxor si in dote promisit, ut, sine liberis moriatur, maritus succedat, si mulier in alio testavit, nichil est.

Lex 6. Idem a. c. Rupho. Si dos legitur, ut, si uxor sine filiis decesserit, maritus succedat, firmum est.

Lex 7. Idem a. et c. Filleto. Pater dote quem filia dedit, ea defuncta ad relictos filios competit.

Lex 8. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. et c. Hor- [f. 112] *misda pp.* Uxor quod supra dotem ad maritum [1] in potestate viri non est tenere ad tuendum.

Lex 9. Impr. Leo et Antoninus aa. et c. Nichostrato pp. Dos vel sponsalia post dissolutum matrimonium ad superstitem conservetur in filiis nec potest superstites eam lucrare, si in coniunctionem non venit.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Dos et sponsalia equalis summa scribantur aut qui minorem partem maior detraatur.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Mulier si supra dotem si quid ad maritum detulerit aut ex cautione exigere, vir rationes edat, et si qua neglegentia fuerit, ipse teneatur.

[1] *Adde ex. gr.* detulerit. *Cfr. l.* 11.

Digitized by Google

TITULUS XV. De dote cauta et non numerata.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Dionisie. Post dissoluto matrimonio dos scripta non egitur,[1] si non ostendatur tradita defuncto.

Lex 2. Im. Alexander a. Papiniane. Maritus si quid uxori donavit et in ipsa voluntate permansit, post eius obitum mulier exigit heredes mariti.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Dotem vel sponsalia scriptam post dissoluto matrimonio intra anno petatur, impleri potest.

TITULUS XVI. De donationibus inter virum et uxorem et parente in liberos factis et de dotis ratiabitione. [f. 112 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Triphime. Maritus quod uxori donavit si fiscus occupavit, exigi potest, si in ea voluntate perseveraverit maritus.

Lex 2. Idem a. Marco militi. Ancillam si tuis nummis comparasti et eam redonasti, si in dotem non eam scribsisti, valet.

Lex 3. Idem a. Epictito. Uxor legitima etate ancilla marito suo donavit et usque ad mortem in hoc perseveravit, firmum est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Claudiano pp. Maritus et uxor minori etate nichil sibi donare possunt.

Lex 5. Idem a. Quintille. Mulier cum patre suo donavit marito tuo cautionem debitoris, post obitum eius tu replicare contra debitores que finita sunt non licet. Quod si divortium[2] factum est, quod natum est[3] nichil est.

Lex 6. Idem a. Nepotiano. Si res tuas uxori tue opposuisti in matrimonio, si dos ab ipsa non est facta, post ipse ei obitum non reputatur ad mulierem pertinere.

Lex 7. Idem a. Theodote. Si ex consensu patris in marito donatione fecisti et recte non sint nuptie, nec donatio valet.

[1] *Lege* exigitur. [2] *S.*[a] dovortium. [3] *Iust.* quod gestum est.

Digitized by Google

Lex 8. Idem a. Leoni. Ex reditus ex fundo dotali uxor [f. 113] tua caput[1] aliquid, si divortio intercessit, ab ea repetere potest.

Lex 9. Impr. Gordianus a. Origeni. Si de tuo pretio mancipia comparasti et uxori tue eas tradedisti, pretium repeti potest. Similiter, si in eius causis expendisti, repetere potest.

Lex 10. Idem a. Veriano. Si maritus uxori sue suas res donavit et in ea voluntate perseveravit, post obitum viri absque crimen eas a muliere non licet.[2]

Lex 11. Idem a. Maximo. Si non repetiit maritus que pro expensis uxoris sibi debebatur, ab alio exigi non potest mulier.

Lex 12. Idem a. Secundinae. Maritus res, quas donavit uxori absque nuptias, si eas res vendidit vel donavit aut obnoxiavit, firmum non est.

Lex 13. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Rufine. Maritus uxori sponsalia quem fecit, anterioribus creditoribus si redditur debitus, firma sunt; posterior creditor illi non opponitur.

Lex 14. Idem a. et c. Octaviane. A marito in uxore donatione facta in testamento iussit conservari, firmum est.

Lex 15. Idem a. et c. Iustiniano et aliis. A marito in uxore donatione facta, a muliere res possessa, quem maritus non retractavit, a posterioribus mariti nec a fisco tolli non potest. [f. 113 v.]

Lex 16. Idem a. et c. Theodoro. Filia te emancipasti[3] heres uxoris tue successerunt[4] predia quas tu comparasti quas uxor tua possedit, si non eas donasti, aut res aut precipis.[5]

Lex 17. Idem a. et c. Capituline. Dote mulieris si a marito consumpte sunt, ab heredes eius exigitur.

Lex 18. Idem a. et c. Maternae. Sponsalia, si a muliere divortio fiet, ab eius dominio auferri non potest.

Lex 19. Idem a. et c. Dionisiae. Vivente marito tuo si domum tibi mater tradidit, domina effecta est.

Lex 20. Idem a. et c. Claudie. Creditor mariti recepto debito si *emaginariae* venditionem fecit, sponsalibus mulieri nocere non potest.

[1] *Lege* capit *H.* [2] *Adde ex. gr.* auferre. [3] *Lege* filii tui emancipati. [4] *S.*[a] succedss. [5] pretium recipis?

Digitized by Google

Lex 21. Idem a. et c. Cacaliae. Mulier solidos, quos accepit mutuos, si in utilitate mariti expendit, si maritus locupletior exinde non est factus, non reddit maritus.

Lex 22. Idem a. et c. Arsinae. Marito servo uxori libertari licet vivente uxore.

Lex 23. Idem a. et c. Ceciliane. Socera tua si alienam possessionem tibi donavit, obnoxia est.

Lex 24. Impr. Constant. a. Petro. Maritus res uxoris quovis titulo ad eum pervenit, si crimen gravem admisit, restituit. Quod vir in uxore donavit, usque ad finem in hoc permansit, mulieri non aufertur. [f. 114]

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Parentes quod in filios donaverint aliis[1] extraneare non potent, et si in testamento hoc commemorare[2] si non minus de legitima parte, infirmum est.

Lex 26. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Imperator et inperatrix quod invicem sibi donant firmum est.

Lex 27. Idem a. et c. Ioh. pp. Inter uxorem et maritum donatio intercedit, qui in captivitate tenetur, si revertatur, donatio illi stabilis est.

Titulus XVII. De repudiis et iudicio de minoribus[3] sublato.

Lex 1. Impr. Alexander a. Abitiane. Maritus pro incendio[4] vel alio casu uxorem non dimittat.

Lex 2. Impr. Valerius, Galienus et Valerius c. Paulinae. Sponsa sponsum tres annos de peregre sustineat; si non venit, alium nubat.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Tullio. Qui repudium dat quod in vota conscribet amittat.

Lex 4. Idem a. et c. Phisoni. Filie divortium fieri *in potestate matris non est.*

Lex 5. Idem a. et c. Scyrioni. Pater si iniuste divortium fecit inter genero, postea nolente filia ad maritum reverti non imperat. Emancipata filia pater divortium facere non abet potestatem. [f. 114 v.]

[1] *B.* alius. [2] *Iust.* actis fuerint intimatae. [3] *Lege* moribus. [4] *Iust.* aqua et igni interdictione.

Digitized by Google

Lex 6. Idem a. et c. Foebo. Licet repudii libellus si[1] *non fuerit traditus vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium.*

Lex 7. Impr. Constantinus ad Delmatium. Maritus in profecti obsequium[2] si uxori in peregre litteras non scripsit in quatuor annis, liceat mulieri alium maritum ducere.

Lex 8. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Hormisda pp. Si iniusta[3] causa et libellum repudii divortium fieri non licet. Ex quibus causis datur repudius preses[4] lectio declarat.

Lex 9. Impr. Anastasius a. Theodoro. Maritus et uxor si ex consensu se vellent dimittere, liceat mulieri intra annum alium ducere maritum.

Lex 10. Im. Iust. a. Moene pp. Maritus si duos annos uxorem abuit et propter senectutem[5] non potest concubere, si illi uxor repudium dat, amittat dotem[6] et sponsalia.

Lex 11. Impr. Iust. a. Hermogeni magistri officiorum. Maritus et uxor absque dotali instrumento, per quem divortius factus fuerit, tres uncias substantiae sue ammittat, et si filii sunt, ipsi proficiant.

TITULUS XVIII. Soluto matrimonio dos quemammodum petatur. [f. 115]

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. et c. Gemine. Soluto matrimonio que scripta sunt impleatur, simul et ancilla cum filia sua.

Lex 2. Idem a. et c. Aquiliae. Dotem a patre tibi datam si fiscus occupavit pro crimine eius, tu recipere potest.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Hostilio. Mulier libera ignorans servum maritum duxit, dotem, quem illi dedit, de peculio eius recipis; filii ingenui erunt.

Lex 4. Idem a. Apollonio. Dos a patre profecta, si in matrimonio processerit[7] *mulier filiasfamilias, ad patrem redire debet.*

Lex 5. Im. Valerius, Gali. et Valens aaa. et c. Si uxor tua in

[1] si *del.* [2] *Iust.* in militiam profecto marito. [3] *Lege* Sine iusta. [4] *Lege* praesens *H.* [5] *Iust.* propter naturalem imbecillitatem. [6] *Iust.* sine periculo dotis amittendae. [7] *Lege* decesserit.

Digitized by Google

captivitate sit, fratres eius dote a te exigere non potest, nisi post eius mortem.

Lex 6. Im. Dioclitianus et Maxim. aa. et c. Alexandrie. Norui sue[1] mulier circumventa a marito possessionem minori pretium tradit, subvenitur illi; similiter et viro.

Lex 7. Idem a. et c. Herotio. Filia quod aquisivit a patre illi in dote reputari non licet.

Lex 8. Idem a. et c. Sallustie. Maritus, qui divortium fecit, non amplius condempnatur, quamvis posteus idoneus fiat, preter ut compleat que ante conscripsit in vota. [f. 115 v.]

Lex 9. Idem a. et c. Marcie. Mulier, qui dat[2] repudium, non amplius exigitur, quam ut dictum est; nec heres eius resistere potest.

Lex 10. Idem a. et c. Epigono. Mater tua propter socero tuo dotem dedit, mortuo marito socero exigere potis.

Lex 11. Impr. Honorius et Theodosius aa. Mariniano pp. Maritus mortuus est, dotem a te data ab eius herede exigere potis.

Titulus XIX. Si dos constante matrimonio soluta fuerit.

Lex 1. Impr. Honorius et Theodos. aa. et c. Mariniano pp. Dotem accepit maritus,[3] ab eius herede exigi potest cum fructibus propter filios.

Titulus XX. Ne fideiussores vel mandatores dotium dentur.

Lex 1. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. et c. Cynegio pp. Non liceat marito fideiussore dare pro conservanda dote.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Non liceat marito dare fideiussore vel spondere de conservanda dote.

Titulus XXI. Rerum amotarum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Polydoche. Divortium a te factum non solum quod accepisti restituis, sed et quae tu scripsisti.

[1] ... Neroni. Si ... ? [2] *S.*[a] dar. [3] *Supple ex. gr.* et uxori reddidit.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Sereno. Propter [f. 116] divortium factum si quas res occultata sunt, restituuntur.

Lex 3. Idem a. et c. Quartioni. Propter divortium si quid ab una parte remota est, post eius obitum quantum invenitur de easdem res, tantum exigitur, non plus.

TITULUS XXII. De pro dote mulieri bona mariti addicantur.

Lex 1. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Apollinari. Pro dote uxoris omnes bona mariti non addicuntur, sed ei satisfiet que debentur.

TITULUS XXIII. De fundo dotali.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Dide. Si res dotales estimatas dentur et convenit, ut quod mulier eligat, licebit.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Domitie. Si in dotem rem communem accepisti, ad dividendum non provocaveris, propter quia estimatio pretii positum est.

TITULUS XXIV. Divortio facta apud quem liberi morari vel edocari debent.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Celestinae. Divortio facto iudici est videri, aput quem nutriantur filii.

TITULUS XXV. De alendo liberis hac parentibus.

Lex 1. Impr. Pius a. Basso. Si parentes necessitatem famis patiantur, filii illi subveniant.

Lex 2. Idem a.[1] *divi fratres Celeri. Competens iudex* [f. 116 v.] *a filii*[2] *te iubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta prestare possit.*

Lex 3. Idem a. et c. Tatiane. Mater filium, quem ab incertum hominem te protulisse dicis, si eum a te expellis, nutrimenta eius prestabitur tibi.

[1] Idem a. *del.* [2] *Lege* a filio ali.

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Severus et Antoninus aa. Sabino. Si pater iniuste filium a se repellat, iuxta modum substantiae alimenta tibi prestat.

TITULUS XXVI. De concubinis.

Lex 1. Impr. Constant. a. ad populum. Nemini licentia concedatur constante matrimonio concubinam penes se habere.

TITULUS XXVII. De naturalibus liberis et matribus eorum et ex quibus casibus iusti efficiuntur.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Gregorium. . . . . .[1] [f. 117]

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Mulier, qui fuit concuba et post legitima effecta est uxor, filii anteriores et posteriores aequum succedant patri.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Vir, qui libera muliere abuit concubina et postea eam matrimoniavit, fili, qui nati sunt antea et postea, similes sint in successionem.

Lex 12. [11] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* [12] Nepotes naturales non ita consequantur, sicut fili naturales, de avi substantia.

Lex 13. [12] *Impr. Iustinian. a. Ioh. pp. Substantia avi paterni naturalis, sed etiam proavi vel eius cognationis.*

TITULUS XXVIII. De tutela testamentaria.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Sperate. Tutor, qui per testamentum datus est, si non se miscuit, nec teneri potest.

Lex 2. Impr. Anthemius a. Savino. Testator per testamentum tutorem instituit, novissimus valet.

Lex 3. Impr. Alexander a. Cordie. Si per testamentum tutor vobis datus est et vos super duodecim annis sitis, tutela ab eo non requiritis. [f. 117 v.]

Lex 4. Idem a. Feliciano. Mater per testamentum filium heredem fecerit et tutorem illi instituerit, si administravit, fecit rationes tutelae.

[1] *Novem versuum spatium vacat.*

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Valerius et Galienus aa. Daphono. Qui servum alienum tutorem filium suum dare vult et libertatem, prius illum redimat.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. aa. et c. Domne. Si pater per testamentum abunculo tuo tutorem tibi instituit, si non egit, conveniri potest.

Lex 7. Idem a. et c. Triphime. Tutor per testamentum datus, cui et competebat, si neglexit, conveniri potest.

Lex 8. Impr. Theod. et Valent. aa. Florentium pp. Si per testamentum gregis [1] scripto tutor datus est, valet.

Titulus XXIX. De confirmando tutore.

Lex 1. Impr. Alex. a. Prisco. Tutor datus excausare se non potest absque iudice.

Lex 2. Idem a. Valerio. Per epistulam et inconsulte facto testamento tutor dari non potest; iudici est praevidere.

Lex 3. Idem a. et c. Sosiano. Si per inutilem testamentum tutor institutus est et alius tutor legitimus, iudici est discernere.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Naturale filio licet tutore ordinare qui illum herem fecit.

Titulus XXX. De legitima tutela. [f. 118]

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Firmine. Patrui a tutela excusare se non possunt.

Lex 2. Idem a. et c. Asclipiodoto. Patrui a tutela excusare se non possunt, nisi crimine sit decoloratus. [2]

Lex 3. Impr. Leo a. Eritrio pp. Propinqui a tutela excusare non possunt.

Lex 4. Impr. Anastasius a. Polycarpo pp. Aliena [3] paterna anteponitur gubernare tutela, quam aliena [4] materna. Emancipatus filius legitima etate tutor sit nepotibus et fratribus.

[1] *Lege* graecis verbis. [2] *Iust.* nisi capitis deminutionem sustinuerunt. [3] *Lege* a linea. [4] *Lege* a linea.

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Iust. a. Demostheni pp. Intra viginti quinque anni etate tutor esse non licet.

TITULUS XXXI. Qui petant tutores vel curatores.

Lex 1. Impr. Anton. a. Chrisanthe. Adultis petant sibi a iudice [1] curatore ; et parentes eius potent petere.

Lex 2. Idem a. Ephafrodito. Pro filio patroni tui iudicem roga, ut det illi tutore vel curatore, ut non incurras periculum.

Lex 3. Idem a. Athalante. Mater pro tutore mortuo petat ad iudicem alium dare filiis suis.

Lex 4. Idem a. Domino. Pro filio debitoris tui pete iudice dare illi tutore, si non abent.

Lex 5. Impr. Alexander a. Fusciane. Amita licet petere nepoti suo dari tutore. [f. 118 v.]

Lex 6. Idem a. Othacille. Mater filiis curatore petere licet.

Lex 7. Impr. Gordianus a. a Dionisio. Tutela gessisti, pete a iudice dari tutore, [2] ne tu graveris adiurationibus. [3]

Lex 8. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Musico. Si mater per procuratore agebat a iudice petere tutore, si ipse procurator mortuus est, mater pro neglegentie tutelae non inculpatur.

Lex 9. Idem a. et c. Asclipiodoto. Si tutor legitimus fuit, mater ad culpam non veniet pro tutela.

Lex 10. Imp. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Priscio. Consubrinus petere potestis illi dare tutore, si mater neglexit.

Lex 11. Impr. Zeno a. Dioscoro pp. [4] Et dare tutore, sicut ad legitimos filios.

TITULUS XXXII. Ubi petant tutores vel curatores.

Lex 1. Imperator Antoninus a. Aristobole. Filio tuo apud ordinem curie petere in ea provincia, ubi patrimonium patris consistat.

[1] *S.ª add.* et. [2] *Intell.* curatorem. [3] *Iust.* quo... possis rationes reddere administrationis. [4] *Nonnulla desunt. Lege ex. gr.* Matres naturalibus filiis petant dari...

Digitized by Google

TITULUS XXXIII. De tutoribus et curatoribus inlustrium vel clarissimarum personarum.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aa. Proculo pp. In urbe ad filios inlustres ordinando tutore et [f. 119] curatore prefecti urbis interest. *In ea lege abet: Decernimus: in provinciis curiales* suscipiant tutela, si non sunt propinqui.

Lex 2. Idem aaa. et c. Aureliano pp. Inlustrium filiis curiales non occupentur tutela suscipere.

TITULUS XXXIV. Qui dari tutores vel curatores et qui dari possunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Ambibolo. Adultus quamvis de statu ipsius libertatis incertum sit, curator illi dare liceat.

Lex 2. Idem a. Arthemesiae.[1] Maritus uxori curator esse non potest.

Lex 3. Impr. Philippus a. Dolenti. Cecus legitima etate curatore abere non licet.

Lex 4. Idem a. Emerito. Miles tutor nec curator esse non potest. Si ignorans fuerit, rationes facit.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Heliane. Tutore mortuo alium petere licet iudicem aut curialem de ipso loco, non de alio.

Lex 6. Idem a. et c. Leontio. Si mater neglexerit de tutela filii, curie liceat previdere.

Lex 7. Idem a. et c. Rupho. Servili persona tutela dari non posse. [f. 119 v.]

Lex 8. Idem a. et c. Evellsisto. Creditor debitori heredi tutore petere licet.

Lex 9. Idem a. et c. Maximiano. Abente tutore legitimo alio petere non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Florentio. Abente legitimo tutore alio pe tere sine culpa non licet, vel si absens sit.

[1] *B.* Arthemisiae.

Digitized by Google

Lex 11. Impr. Constantinus et Constans aa. et c. ad Bassum pu. Minor etate tenet [1] suas nec alienas utilitates agere potest.

Lex 12. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aaa. Eutropio pp. Curator factus deserere non potest.

Lex 13. Impr. Honorius et Theodosius aa. Maximo pp. Magistratus vel tutor factus removere se ab administratione non potest.

TITULUS XXXV. Quando mulier tutele officium fungi potest.

Lex 1. Impr. Alexander a. Othaliciae. Tutela administrare non potest.

Lex 2. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aaa. Tatiano pp. Mater si vult tutela filio suo administrare, faciat cautione sacramentaria, quia ad alias nuptias non venet.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Si a patre tutor non fuit ordinatus et matris [2] vult tutorem accedere, tactis [3] cum sacramentum fateatur sub obligationem rerum suarum ad [f. 120] secundas nuptias non venire; aut petat filio suo tutore.

TITULUS XXXVI. In quibus causis tutorem abenti vel curatorem dari potest.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Tiberiano et Rufo. Qui pro tempus datus est tutor propter occupatione publicam alius detur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Valentio. In loco excusati curator adulti utilitatem non aget.

Lex 3. Idem a. Qui propter dispersa et magna substantia solus tutela administrare non sufficit, alius illi detur.

Lex 4. Impr. Valens et Galienus aa. Eopolitio. Tutor si non sit [4] idoneus aut male agens, alius detur.

Lex 5. Imp. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Zezoni. Propter magnam substantiam curatori subiungi licet. Tutor ad curam agendum non vocantur.

[1] *Lege* etate nec (tenet *ex iteratione litter.* te) [2] *Lege* mater.
[3] *H.* factis: *idem coniec.* in actis. [4] *Vel* fit, *ut habet B.*

Digitized by Google

Titulus XXXVII. De administrationem tutorum et curatorum et de pecunia pupillari feneranda vel deponenda.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Modesto. Curator non ad periculum veniet, que tutor male egit.

Lex 2. Idem a. Thimoni et Ilpidoforo. Tutores et curatores a iudice ordinentur.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Eumuso. Tutor que pro pupillis erogavit, reputantur que iuste claruerint, quod in ipsis erogavit fidei creditor illi, si non illi interdictum est dari pupillis. [f. 120 v.]

Lex 4. Idem a. Procule. Liber [1] tutor rationales edet de pecunias et de possessiones.

Lex 5. Idem a. Ruphino. Tutor, quando se absolvet, a curatore scriptis muniri debet.

Lex 6. Impr. Alexander a. Pachonio. Tutores et curatores non calumniosas mobant actiones.

Lex 7. Idem a. Valerio. Si [2] administrat tutelas, ut res ipsorum non distraat.

Lex 8. Idem a. Aprili. Si datus fuisti curator, alius administravit, tu damnum non abes. Quodsi non, tu damnificaris.

Lex 9. Idem a. Mellite. Curatores si administrationes subtraent, compelluntur. [3]

Lex 10. Idem a. Ruphinae. Curator libertus si libertus si [4] fraudem fecit, exigitur et ponitur. [5]

Lex 11. Impr. Gordianus a. Cecilio. Tutor vel curator si iniuste addictus est et non apellavit, pupillo ipse satisfaciet.

Lex 12. Idem a. Octaviano. Administrator si fraudem vel neglegentiam fecit, de suo satisfaciat.

Lex 13. Idem a. Longino. Tutor vel curator debito minorum si exigit, fideiussorem non dat.

Lex 14. Impr. Philippus a. et Philippus c. Clementi. Ra- [f. 121] *tiones curie administrante* [6] *impletum vigesimum et quintum annum*

[1] *Lege* Libertus. [2] sic? [3] *B.* compellitur. [4] libertus si *prava vocabulorum iteratio.* [5] *Lege* punitur. [6] *Lege* administratae ante.

Digitized by Google

durante officium posci iure non posse manifestum est. ppp. V. da. Philippo aug. et Tatiano.

Lex 15.[1] *Impr. Dioclit. et Max. aa. Licinio.* Curator non dato fideiussore non tenetur, compellitur ad agendum.

Lex 16. Idem a. et c. Proculo. Administratores non licet res minorum vendi, nisi ex certis causis; ab aliis exigere licet.

Lex 17. Idem a. et c. Martiali. Tutores non inpediantur testare.

Lex 18. Idem a. et c. Sotherico. Debitores pupilli proficiant in usuras, ne tutor gravetur.

Lex 19. Idem a. et c. Venditiano. Tutor gogi abet, si non administravit, obnoxius est pupillo.

Lex 20. Impr. Constantinus a. Pro officio tutoribus et curatoribus bona sunt obnoxia pro debito, vel si neglexerunt administrare.

Lex 21. Idem a. et c. Maximo pp. Res minorum si ex neglegentia periit, quorum interest tenetur.

Lex 22. Idem a. et c. ad populum. Tutor omnia, que intra civitate sunt, mobilia et mancipium vendat et det usuras.

Lex 23. Idem a. et c. Felici. Tutor praedia emphy- [f. 121 v.] teuticam neglexit, si retolluntur, substantia res agitur.[2]

Lex 24. Impr. Archadius et Honorius a. et c. Eutichiano pp. Ter[3] tutores et curatores mox inventaneum faciat, et res vetustas pupillis non utatur, sed servetur aut vendentur propter usuras.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Tutores et curatores sub cautela fiant, aut debitores exigant absque dispendio.[4]

Lex 26. [28] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Tutores et curatores pupillis vel debiles mox se miscuerent, non se removeant[5] neglegentia agant; nam bonis eorum obnoxia sunt. Quod si ministrator debilis efficitur, alius detur. *In ea lege abet* [§ 4]*: Sancimus:* tutores et curatores prius cautionem faciant, reditus specierum vendant et ad usuras dent.

Lex 27. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Tutores et curatores

[1] *S. pro* Lex 15, 16, 17, 18 *habet* Lex V, VI, VII, VIII. [2] *Lege* resarcitur. [3] Ter *del.*? *H.* Per. [4] *S.*[a] *H.* dispensio. [5] *Adde* nec.

Digitized by Google

quemammodum pupillis suis debeant administrare *ex pensionibus* ex usuris *ex reditibus biennalem metas et* in *centum solidorum quantitatem* sive ex contractibus.

Lex 28. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Tutores et curatores pupillorum sive furiosis litem, quam susceperunt, non recusare eis licet vel si *demens factus fuerit.* [f. 122]

Titulus XXXVIII. De periculum tutorum et curatorum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Quinto et Quintotie[1]. Tutor vel curator si qua fraudem vel neglegentiam fecerint, substantias eorum obnoxias erunt.

Lex 2. Idem a. Satyro. Minor periculus non est tutore, si in alia provincia agat.

Lex 3. Impr. Philippus a. et Philippus c. Gratiano. Res pupilli ab igne comsumptas fuerint, tutori non reputetur.

Lex 4. Idem a. et c. Floro. Quod casu periit tutor non reputatur.

Lex 5. Idem Dioclit. et Maximianus aa. Severo. Tutor et curator si ignorante aliquid perdiderint, non ipsis reputetur.

Lex 6. Idem a. Epicteto. Tutor de curatore periculum non abet tutoris.

Titulus XXXIX. Quando facto tutoris vel curatoris minores agere vel convenire possunt.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Septimo. Viginti quinque annorum adultus ipse convenitur et non curator.

Lex 2. Impr. Alexander a. Synandro. Tutor si pecuniam pupilli mutavit,[2] pupillos debitore[3] exigere potest.

Lex 3. [4] *Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Ma-* [f. 122 v.] *xime.* Tutor vel curator si predia minoris lucravit,[4] minor exigere potest que ipsi locaverunt.

[1] et quintotie *ortum ex* Et qui notitiae *Kr.* [2] *B.* mutuavit, *quod restituendum est.* [3] *Lege* pupillus debitorem. [4] *Lege* locavit *H.*

Digitized by Google

Lex 5. Idem a. et c. Onesime. Tutores et curatores explicita administrationem causa eorum per ipsius agere potest.

TITULUS XL. Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel unum agere pro minore vel conveniri possunt.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Melthiadi. Ex plures tutores et curatores unus agere potest.

Lex 2. Impr. Constantinus a. et Licinius ad Symmachum. Tutores et curatores plures diviserunt, per singulis locis administrare licet.

TITULUS XLI. Ne tutor vel curator vectigal conducat.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Sexto. Tutor vel curator conducere non potest, ut fiscali tributarius exigatur.

TITULUS XLII. De tutore et curatore, qui satis non dedit.

Lex 1. Impr. Valens, Gratianus aa. Titio et Flaviano. Tutor vel curator si fidemiussorem non dederunt pro amministrando, nec causis minorum agere possunt contra alios.

Lex 2. Idem a. et c. Euphoio. Tutor, qui fideiussorem non dedit, vel si male egit, repelli potest.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et c. Stratonice. Tutor si fideiussorem non dedit, nec causa minoris agere potuit [f. 123] et quod irrita sunt. [1]

Lex 4. Idem a. et c. Tertullio. Tutor si fideiussorem dedit, preponitur propinqui tutori, qui fideiussorem non dedit.

Lex 5. Impr. Constantinus a. et Max. et Severus et Maximianus cc. Tutores fideiussorem non dedit, si quid distraxit, a pupillo reexigitur.

TITULUS XLIII. De suspectis rebus. [2]

Lex 1. [2] *Impr. Antoninus a. Longino.* Curator si tardius accedat, ipsius est periculus; si suspectus est, alius datur.

[1] *Lege:* et quae fecit irr. sunt. [2] rebus *ex* R. (Rubrica)? [tuto]ribus?

Digitized by Google

Lex 2. [1] *Impr. Antoninus a. Domitie.* Libertus tutor ad restituendam tutelam conveniendus est.

Lex 3. Impr. Alexander a. Fortunate. Tutores ad rationes faciendo vel restituendo compelluntur, et si suspecti sunt,[1] removuntur.

Lex 4. Idem a. Thalidae. Tutor per testamentum datus si in fraude invenitur, mutatur.

Lex 5. Idem a. Asclipiadi. Tutor et curator si non recte gubernent, pro suspecto mutantur.

Lex 6. Impr. Gordianus a. Felici. Tutor et curator si non recte agunt aut egens sit, mutari possunt; hoc pervidere extraneis det.

Lex 7. Idem a. et c. Gorgoniae. Tutor suspectus mutatur.

Lex 8. Impr. Philippus a. et Philippus c. Proculo. Tutor [f. 123 v.] suspectus removitur, denuo administrando non veniet.

Lex 9. Impr. Dioclit. et Maximian. aa. et c. Damiano. Si tutor dolosus sit, removitur.

Titulus XLIV. De in litem dando tutorem vel curatorem.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Meltiadi. Ut causa minorum agatur; et si non abet tutorem, curatorem dari potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Evaristo. Si inter tutorem et pupillum causa est, pete curatore illi fieri, ut causa agere possis.

Lex 3. Impr. Galienus a. Valerio. Tutor sive curator ad protegendam causam datus conveniri potest.

Lex 4. Idem a. et c. Hyrineo. Ad militem[2] *datus tutor si quid bona fide erogasti, a conductoribus*[3] *more solito exigere potest.*

Lex 5. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Tygrani. Tutor legitimus pro causam, quam abet cum patre suo pupilli, neglegentia in amministrando non agat, sed post petat curatorem, contra quem agere potest.

[1] *H.* suspectus: *B.* suspectis. [2] *Lege* litem. [3] *Lege* contutoribus.

Digitized by Google

TITULUS XLV. De eo, qui pro tutore negotia gessit.

Lex 1. Impr. Valerius et Galienus aa. Marcello. Mulier si tutoris locum administravit, tenetur rationes facere.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. et c. Marco. Tutor litem [f. 124] pupilli agere debet.

TITULUS XLVI. Si mater indemnitatem promiserit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Bruttie Curie. Periculus poterat esse de tutela, quem tu mater suscepisti, si se non miscuisset.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Asclepiadi. Si a matre vel avo tutor institutus fuisti, minor, quando proficit, contra te agit, non contra parentes.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et c. Gaiano. Mater si in suo periculo dedit feneo tutore, et hunc ipsa est obnoxia.

TITULUS XLVII. Si contra matris voluntatem tutor datus sit.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Tertio. Tutor per testamentum matris institutus es, si alius ordinatus, removitur.

TITULUS XLVIII. Ut cause post pubertatem hac sit[1] tutor.

Lex 1. Impr. Philippus a. Dextro. Tutor usque dum refundat actionem curatori, ipse agit.

TITULUS XLIX. Ubi pupilli edocuntur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Dionisiodoro. Filius apud matrem edocetur, si vitricus non est, aut ubi iudex previderit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Maximian. aa. et c. Grate. Pupillus apud patruo educatur.

TITULUS L. De alimentis pupillorum prestandae. [f. 124 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Faustino. Tutor alimento non prestet pupillo, iudicem rogare debet.

[1] *Lege* adsit.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Alexander a. Aufidio. Si tutor vel curator estimat quantum prestet sumptus vel aliis necessitates pupilli vel adulti, iudex definiat iuxta modum substantiae.

TITULUS LI. Arbitrium tutele.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Leoni. Si tutela administrare cepisti, excusare te non potes, quia in testamentum augmentatum est vel minuatum.

Lex 2. Idem a. Presentino. Si substantia defuncti idonea fuit et postea fenea cognoscatur, iudici est a tutore hoc requirere.

Lex 3. Idem a. Vitalio. Curator de solidos adulti predia sibi comparavit, aut possessionem refundat aut cum usura solidos reddat.

Lex 4. Impr. Alexander a. Aglao. Qui res patris tui abuit, si a curatore vel tutore ei abstultum fuit, tu adversus eam [1] actionem non abes.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Victorino. Tutores et [2] heredes eorum conveniuntur pro administrationem, que egerunt.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Septimo et Hononi. Si tutor vel curator predia vindedit et pretium defraudavit, cum usuris restituat ipsi et heredes eius. [f. 125]

Lex 7. Idem a. et c. Alexandro. Tutor vel curator quod neglexerint vel fraudaverint restituet.

Lex 8. Idem a. et c. Delmatio. Tutorum et curatorum rationes reddere prescriptio non obicit.

Lex 9. Idem a. et c. Iuliano. Tutor reddet quod debet, non mater, qui eius indemnitatem promisit.

Lex 10. Idem a. et c. Pomponio. Defunctus tutores [3] eius non occupas, set [4] est tibi actio contra heredes eius; et [5] feneas moritur et eius uxori ante obnoxius fuit, subvenitur mulieri.

Lex 11. Idem a. et c. Lysitaniae. Tutor si et curationem egit in omnibus rationem egit, [6] et ex omnibus rationem fecit. Si post

[1] *Lege* eum. [2] *S.*[a] vel. [3] *Lege* defuncto tutore res. [4] *S. H.* occupasset. [5] *S.*[a] *add.* si. [6] rationem egit, *ex superiori* curat. egit *perperam repetitum, del.*

Digitized by Google

administrationem tutele non se miscuit, non convenitur de curationes.

Lex 12. Idem a. et c. Quintille. Tutele actio tam heredibus quam etiam contra successores competit.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Tutor et curator secundum inventaneum exigitur; si non fecit inventaneum, periculum legis subiacebit.

TITULUS LII. De dividenda tutela et pro qua parte quisque tutorum conveniatur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Optato. De tutores et curatores plurimos si unus exigit et alius neglexit, unus pro alio non [f. 125 v.] tenetur.

Lex 2. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. et c. Primogenio. Tutores et curatores plures unus pro alio non exigitur.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Maxix.[1] *aa. et c. Zotico.* [LIII, 1] Pupillo contra heredem tutoris licet iurare, etsi inventaneus illi non ostenditur.

TITULUS LIII. De in lite iurando.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Adversus heredem tutoris ad transferendam tutelam iudicem accipiens tempore litis ad puverem instrumenta pertinentiam restitui desiderabis. Quod si dolo non exibeantur, in litem iurandi tibi facultas erit, modo si quodam pupillo debitam affectionem ab incola quoque religionis ostendere[2] *volueris.*

Lex 2. Impr. Antoninus a. Severo. Si pater tuus tutela vel cura egit et petatur a te rationes vel inventaneo ostendere, si non ostendis, pupillus invitus[3] iurat, sed iudici est per vicinos inquirere que fuit substantia. Quod si pupillus voluerit iurare que estimata fuissent substantia patris sui, annuatur illi.

Lex 3. Idem a. Prisciano. Si inventaneus non est factus, quantus

[1] *Lege* maxim. [2] *Lege* ad vincula.... extendere. [3] *Adde* non.

Digitized by Google

pupillus iuraret ausus fuisse substantia patris, minus non det tutor. [f. 126]

Lex 4. Impr. Gordianus a. Muciano. Tutor si inventaneum non fecit, quantum pupillus iuraverit estimare se fuisse substantia patris, tantum reddet tutor.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Arthemidoro. Contra filium tutoris pupillus iurare non potest de non facto inventaneo, sed iudici est previdere per vicinos que fuit substantia.

Titulus LIV. De heredibus tutorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Fusciano. Heres tutori aco iurare [1] non condemnatur, si pater eorum non est pulsatus.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Valentiniano et Materno. Heres tutoris vel curatoris pro administrationem auctorum suorum rationes edunt.

Lex 3. Idem. a. Avite. Quod tutor [2] pupillo heres eius reddet.

Lex 4. Impr. Alexander a. Frontino. Heredes tutores et curatores [3] exiguntur a pupillo.

Titulus LV. Si tutor non gesserit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Zotico. Quorum competit administrare tutela si pretermiserit, contra eum agere potest.

Lex 2. Idem a. Iusto. Cui competit administrare tutela et pretermisit, ad culpam vocetur, si alius non egit aut aliquid [f. 126 v.] deminuatum fuit.

Titulus LVI. De usuribus pupillaribus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Presentino. Tutor vel curator pecunias pupilli in sua utilitate expendit, cum usuris restituat.

Lex 2. Impr. Alexander a. Ampliato. Que debentur a tutore cum usuris redduntur.

[1] *H. coniec.* aut curatoris: *de restitutione non liquet.* [2] *Adde* debuit. [3] *Intell.* tutoris et curatoris.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Vitalio. Pecunias pupilli si tutor ad usuras si dare non potuit, nec ipse exigitur.

Titulus LVII. De fideiussoribus tutorum seu curatorum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Licet tibi, si vis contra tutorem vel fideiussorem vel heredes eorum agere, quem elegeris unam personam.

Lex 2. Idem a. et c. Prisco. Licet relicto fideiussorem principalem exigere, et siquid minus fuerit, fideiussor tenetur.

Titulus LVIII. De contrario iudicio.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Stratoni. Inter tutore et causidico preiudicatum est, non licet causaticus contra pupillum agere.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Primitivo. Tutor si iniuste et absens *pupille condemnatus* est, contra pupilla agere potest.

Lex 3. Idem a. et c. Thelesidi. Si pater tuus prevignae suae tutela administravit, heres eius rationes facit. [f.127]

Titulus LIX. De auctoritate prestanda.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Antheniano. Pupillus absque tutore vel curatore quod stipulavit, non valet.

Lex 2. Idem a. et c. Serene. Pupille absque tutore quid egit, nichil est.

Lex 3. Idem a. et c. Gaio. Qui a pupillo sine tutore comparavit, prescriptio pupilli non nocet.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Minorum etati absque curatore causa dicere de crimine vel de aliis non licet.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Si plures una tutela susceperunt, simul ad ratione vocantur.

Digitized by Google

TITULUS LX. Quando curatores vel tutores esse designant.[1]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Hermille. Pro magna substantiam tutor datur in auxilio curatoris.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Mene pp. [1] Curatores tutoribus adiuncti sunt pupillo pro infirmitates eorum.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Puer XII^{cim} annorum curatorem accipiet et puella XIIII^{cim} annorum curatorem accipiet.[2]

TITULUS LXI. De actore seu a tutore[3] curatore dando.

Lex 1. [2] *Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Alphogratio.* Explicita curationem per actorem licet agere.

TITULUS LXII. De excusationibus et de temporibus eorum. [f. 127 v.]

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Aviole. [2] Si curator accessisti absque iudice, licebit adultos alios sibi petere.

Lex 2. Idem a. et c. Abentiano et Cosmonio. Si curatores generaliter dati estis sine decretum, alios sibi intra provincia competens iudex dat.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Crispino. Si liberti tui curatore sine auctoritate accessisti, repelli potest.

Lex 4. Impr. Antoninus a. Agatho Demoniso. Pupilla tua uxore tulisti, eam abere non potest, sed infamis est.

Lex 5. Impr. Alexander a. Bysiae. Liberti patronibus filiis tutela administrare licet, si alii non sunt.

Lex 6. Idem a. Maximo. Cui iniungitur parentes vel a iudice tutore vel curatore esse, intra quinquaginta dies renuntiet, si non vult agere; postea se excusare non potest.

Lex 7. Idem a. Antonino. Tutor et curator ab administratione non se excusat, si eius debitor fuit.

[1] *Lege* desinant. [2] *Iust....* feminae post impletos duodecim annos.... mares post excessum quattuordecim annorum. [3] *Lege* actore a tutore seu....

Digitized by Google

Lex 8. Idem a. Maximo. Conductores fiscales ab administrationem tutele se non excusant.

Lex 9. Idem a. Romano. Tutor et curator ab ad[1] amministratione excusare se non potest, quia oculo ammisit.

Lex 10. Idem a. Crispino. Qui tributa exibent a tutela [f. 128] et curatione excusantur.

Lex 11. Idem a. Hyle. Si per testamentum tutor constitutus est, intra quinquaginta dies non renuntiasti, removere te non potis; propter maiorem substantiam curatorem in auxilium tibi petere potis.

Lex 12. [11] *Idem a. Yle.* Testamento tutoris datus, ut a bonis eius excuseris que pupilli tui in alia provincia, quam unde[2] es ibique morabis, intra quinquaginta dies postulare debuisti.

Lex 13. Idem a. Apollinari. Servus senatoris si filio eius fuerit[3] vel curator, liber efficitur.

Lex 14. Idem a. Eracliae. Abunculus sine causa excusare se a tutela non potest.

Lex 15. Idem a. Quamquam in tutela detentus seu quod[4] *excusatio, quam obiciebas, non est admissa, provocationis*[5] *auxilium flagitari.*[6]

Lex 16. Impr. Philippus a. Theodoto. Si tutor datus fuisti et tunc contentus est, quia causa cum defuncto te abere, tunc excusare te potis ab administrationem.

Lex 17. Impr. Valerius et Galienus aa. Ephegato. Qui nutricia sua uxorem abuit ab administrationem tutele excusatur, quia infamis est.

Lex 18. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Savino. Qui administravit tutela quia non intra quinquaginta dies renuntiavit, [128 v.] quodvis[7] licuisset, tunc illi rennuere post non licet.

Lex 19. Idem a. Dionisio. Non compellitur mater tutela gubernare.

[1] ad *del.* [2] *S.* qua munde. [3] *Adde* tutor. [4] *Lege* eo quod. [5] *B.* provacationis. [6] *Plurima desunt.* [7] quamvis.

Digitized by Google

Lex 20. Idem a. et c. Charitino. Tutor explicita administratio nec[1] curatione agere excusatur.

Lex 21. Idem a. et c. Paramonio. Fratribus tuis uterinis a tutela te excusare non potis.

Lex 22. Idem a. et c. Armodorum. Tutor si presidi iussionem abet excusatus esse a tutela, absolutus est.

Lex 23. Idem a. et c. Neophito. Fratribus et nepotibus tuis excusare te ad gubernanda tutela sine causa non potis.

Lex 24. Impr. Archadius et Honorius aa. Flaviano pp. Naviculari ad suum solus corpus tutor sit.

Lex 25. Impr. Anastasius a. Antiocho preposito sacri cubiculi. VV. cc. sacri nostri palatii silentianos[2] *circa latuos nostrorum*[3] *militantes de tutelis et curationibus excusari sancimus.*

Titulus LXIII. De falsis adsertionibus excusansus[4] sit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Antisymmacho Diotimo. Si extraneus, cui non competebat tutela, administravit propria voluntate, refutare potest. Si postea ad iudice detur, refutare non potest. [f. 129]

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Auligiano. Legitimi tutores post inchoata administratione tutela pro certa occasione non potest.

Lex 3. Idem a. et c. Otani. Tutor legitimus, qui ex aliqua causa potuerat se excusare, quia se miscuit, excusare se non potest, quia vitium fecit.

Titulus LXIV. Si tutor reipublice causaverit.[5]

Lex 1. Impr. Gordianus a. Guttio. Tutor vel curator publice datus si intra tempus non renuntiavit, iuste ad iudicium vocatur.

Lex 2. Idem a. Regnio. Qui a tutela publica non se removerunt, peragere compelluntur.

[1] *Lege* administratione. [2] *Lege* silentiarios. [3] *Lege* latus nostrum. [4] *Lege* excusatus. [5] *Iust.* causa aberit.

Digitized by Google

TITULUS LXV. De excusatione veteranorum.

Lex 1. Impr. Anastasius a. Saturnino. [2] Veteranis una tutela administrat, si intra tempus non renuntiavit.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Celeri veterano. Quod placuit veteranos tantummodo cum veterani filiorum seu militarum et quidem una tutela securam eodem tempore administrante[1] *apud conpetentem iudicem deferat.*

TITULUS LXVI. Qui numero liberorum se excusant.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Herodiano. In Roma qui tres filios parvulos abet non agat tutela vel cura; in Italia quattuor; in provincia quinque. [f. 129 v.]

Lex 2. Impr. Antoninus a. Marcello. Filia maritata[2] et nepotes abentes patrem ad excusationem tutele non computentur.

TITULUS LXVII. Qui aetate.[3]

Lex 1. Impr. Philippus[4] *et Philippus c. Severo.* Homo septuaginta annorum[5] vocatur.

TITULUS LXVIII. Qui morbo.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Sabino. Cecus surdus mutus excusavit; *perpetuam valitudinem tentus* tutor vel curator esse non potest.

TITULUS LXIX. Qui numero tutelarum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Pompeiano. Qui quattuor tutelas vel curationes administravit non amplius administret.

TITULUS LXX. De curatores furiosi vel prodigi.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Marine. Curator pupilli post le-

[1] *Lege* conveterani .... militum .... seu cura (*pro* secura) .... administrare. *Post h. v. plurima desunt.* [2] *Iust.* amissa. [3] *S.* quia etate. [4] *B. add.* a. [5] *Adde* non *vel supple* vocatur, se excusare potest.

Digitized by Google

gitimos explicitos annos absolvitur; furiosi tutor non ita absolvitur.[1]

Lex 2. Impr. Gordianus a. Nichio. Tutor vel curator furiosi absque iudici iussione res eius non distraatur vel pignoris detur.

Lex 3. Idem a. Aureliano. Si pater tuus amens, curatorem illi pete. Nam quod agit resolvitur.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. Asclipiodoto. Furiosam uxorem repudiasti; si mater eius chartas eius conscidit, nichil furiose nocuit.

Lex 5. Impr. Anastasius a. ad populum. Emancipatis [f. 130] personis res nullus adquirere potest sine curatore, si furiosus est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Freneticus semper abeat curatorem ex inchoationem usque ad plenam sanitatem.

Lex 7. Idem a. et c. Iuliano pp. Furiosus si patrem abet, alius curator non datur. Quod si non abet, datur illi curator, ita ut det fideiussorem; non dat, alia plurima sunt que iubet fieri.

Titulus LXXI. De prediis vel aliis rebus minorum sine decreto non alienandis vel obligandis.

Lex 1.[2] *Impr. Antoninus*[3] *a. Muciano.* Minor quod absque tutore vel curatore vendidit[4] vel obligavit, dum ad legitimam etatem venerit, restituitur illi.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Clearco et Afrodisio. Tutor vel curator sine iudicio quod vendidit firmum non est, vel que obligavit.

Lex 3. Impr. Valerius Galienus aaa. Thoodosiano et aliis. Tutores pupilli sine iussione iudicis si vendidit, pupillus eam recepit.

Lex 4.[5] *Idem a. et c. Mitridati.*[6] Pupillus vel adulti[7] res suas nec vendi[8] nec donari vel commutari licet, nec cum fratre suo.

Lex 5. Idem a. Serene. Si iudici iussio abuit, ut minor res suas

[1] *Cfr. legem* 6. [2] *Extat in codice Vercellensi* CXXII. *Cfr. Bullett. di dir. Rom.*, III, 300. [3] *Verc.* Imp. Antonino. [4] *Verc.* vindedit. [5] *Extat in cod. Vercell.* [6] *Verc.* Constitutio Metridiati. [7] *Verc.* adultis. [8] *Verc.* vindi.

Digitized by Google

vendat, propter petitionem adversa, si post cognoscis falsa [f. 130 v.] eius petitio fuisse, agere potis.

Lex 6. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. Ovaro. Procuratores minorum si vendat, aput actam manifestet iussione iudicis.

Lex 7. Idem a. Ysidoro. Quod pater in ea mancipatione [1] filio donavit, si ipse filius minor cabuit hoc reddere. [2]

Lex 8. Impr. Diocl. et Maximianus aa. Theodote. Sponsa minor aetate sine curatore sponso aliquid donavit, nichil est.

Lex 9. Idem a. Muciano. Curator res minoris distraxit, firmum [3] est. Idem et pignus *tibi obligavit.* [4]

Lex 10. Idem a. Grato. Res minorum, que sine iudicio venditas sunt, nichil est. Quo autem ex iudicio vendita sunt, tutor exinde rationem facit.

Lex 11. Idem a. Trophimo. Minor sine iudicio rem minoris pretium vendidit, non est dici de vili pretium, sed ut restituat rem. Quod si ex iudicio vendidit, de minori pretio [5] impleatur, dicere potest.

Lex 12. Idem a. et c. Leontio. Res minorum in alia provincia positas preter censum per iudici iussionem ab extraneo venundantur.

Lex 13. Idem a. et c. Zenoni. Curialis propter censum rem alienam sive [6] iudici auctoritate vendere non licet.

Lex 14. Idem a. et c. Frontoni. Curiales res minorum sine [f. 131] decreto vendidit; si non constat debitus, cum fructibus restituatur.

Lex 15. Idem a. et. c. Sabine. Minor pro in soluto [7] cessionem possessionem, quem dedit sine auctoritate, recipiet cum frutibus.

Lex 16. Idem a. et c. Eusticie. Adultus sine auctoritate iudici possessionem distraxit curatorem consentiente, possessionem recipies.

Lex 17. Idem a. et c. Philippo. Rem communem ad minorem distrai non licet, sed ad dividendum maior dividet frater.

Lex 18. Impr. Constantinus a. et Constantinus c. ad Severum. Minorum debitus in publico vel privato iudicio examinetur, et si verum est, cum auctoritate iudicis minor vendat rem suam.

[1] *Lege* in emancipatione *vel* in emancipato. [2] *Adde ex. gr.* nichil est. [3] *Adde* non. [4] *Adde cum Iust.* non prohiberis persequi. [5] *Adde* ut. [6] *Lege* sine. [7] *S.* insoluto.

Digitized by Google

TITULUS LXXII. Quando decretus opus non est.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Valenti. Si probatur quia pater pupilli promisit pretium recipere possessionem reddere, tutor non abet necesse iudici iussionem restituere.

Lex 2. Impr. Valerianus a. Pulchro. Qui decreto principis accipiet rem distrai, iudicem non necessatur inrogare.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Straniciane. Minor rem distrai non potest sine decreto, praeter si auctoribus eius iussio fuit. [f. 131 v.]

Lex 4. Impr. Constantinus a. ad populum. Tutor et curator vestes et superentiaria enim alia [1] sine decreto vendi licet.

TITULUS LXXIII. Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparavit.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Felici. Res [2] tutoris rem pupilli vendidit; emptor si sciens alienum comparavit, annositas illi prode non est; si ignoravit, prescriptio illi prodest.

Lex 2. Idem a. Crispinae. Qui sciens alienum comparavit, cum fructibus restituit.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Agathae. Rem minorum esse ignorans ab alio comparavit, si praescriptio temporum non sit, restituit.

Lex 4. Idem a. et c. Alexandro. Qui bona fide rem adquisivit, sub se [3] vel auctor eius decem vel viginti annis possiderunt, inquietandus non est.

TITULUS LXXIV. Si maior factus sine decretum factum [4] alienationem ratam habuerit.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Licinio. Tutor patris tui sine decreto predium vendidit et pater tuus pretermisit agere, potis tu, ut solidos cum usuris recipias aut possessionem teneas.

[1] *Pro* enim alia *l.* animalia. [2] *Lege* Heres *H.* [3] *Lege* si ipse *H.* [4] *Lege* decreto factam.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. et c. Alexandro. Qui[1] tutore sine decreto res minorum comparavit ignorans, annositas illi prode est. [f. 132]

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Minor quod absque decreto alienavit, post expleta etate quinque annis tacuit, nichil exinde proponi potest. Si veniam etatis petiit et in vota sponsalia conscripsit, si tacuit inter presentes decem annis et viginti inter absentes, firmum est.

Titulus LXXV. De magistratibus conveniendis.

Lex 1. Impr. Antoninus aug. Muciano. Magistratus, cui pupillus traditus est, ipse est obnoxius de indemnitatem pupilli. Quod si tutorem vel curatorem illi instituit in cautionem muniti sunt, cum ipsa cautione administratores exigere potis et sine curiae cessionem.

Lex 2. Impr. Alexander a. Paterno. Contra heredes curie, si curiae culpam non est, de neglegentia pupilli non tenetur.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Proniano. Curia si neglegentia in utilitate pupilli fecit, unus pro alio curiale tenetur.

Lex 4. Idem a. Aruntiano. Lex ut supra.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Eugeniae. Si idonea persona per cautionem pupillo tutorem non dedit, ut tempus expletum rationes edat, ipsi curiales in integro teneantur.

Lex 6. Impr. Zeno a. Heliano pp. Si ex iussionem iudicis pro tutela curia inter se fecit, si in rebus discribendis fraus facta est, ipsi periculus recipiet non curatore. [f. 132 v.]

EXPLICIT LIBER QUINTUM
CONSTITUTIONUM DOMINI IUSTINIANI FELICITER.

[1] *Adde* a.

Digitized by Google

INCIPIT LIBER CONSTITUTIONUM SEXTUS FELICITER.

TITULUS I. De fugitivus servus et de libertis mancipiisque cuiuscunque civitatem artificibus et ad diversa opera deputatus et ad rem privatam vel dominicam pertinentibus.

Lex 1. Impr. Diuclit. et Max. aa. Etchelie.[1] Fugitivus servus perscriptionem temporum non abet.

Lex 2. Idem a. et c. Pompeiano. Fugitivus servus semper inquiri licet.

Lex 3. Impr. Constantinus a. et Liciani c. ad Probatum. [4] Qui fugitivum servum sciens aput se detenuerit alio tale cum ipso reddet aut viginti solidos aut fustigetur. Quod si fugitivus dixerit se esse ingenuum, absolvitur qui eum suscepit. Quod si ex consensum domini hoc fecit, ipse servus publico societur.

Lex 4. Im. Constantinus a. ad Valerianum. [5] Qui servum artificem sollicitat XII^{clm} solidos det. Qui eum ingenuum defendet dua mancipia det.

Lex 5. Idem a. ad Ianuarium. [6] Qui occulte fugitivum vel ingenuum eum defendet tormentis castigetur. [f. 133]

Lex 6. Idem a. et c.[2] *comitem Spaniorum.* Qui servum fugitivum repetet et defendit eum ingenuum tormentis cum ipso adfligetur.

Lex 7. Impr. Valentinianus et Gratianus aa. et c. ad Felicem consularem. [8] Qui servum fiscalem ancillae tuae coniuncxerit.[3]

Lex 8. Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aa. Albino praefecto urbis Rome. Qui servum fiscalem ancillae tue coniuncxerit, ipsa ancilla et filii fisco proficiat.

[1] et cc. Aeliae? *Iust.* Aemiliae. [2] *Spatium quinque vel sex litterarum vacat.* [3] *Cfr. legem* 8.

Digitized by Google

TITULUS II. De furtis et de servo corrupto.

Lex 1. Impr. Antoninus et Severus aa. et c. Diogeni. Qui pecunias domnicas a servo tulit et comparavit possessionem furti tenetur.

Lex 2. Idem a. et c. negotiatoribus. Si rem, quem comparavit, furtiva cognoscatur, recepto pretio eas reddet. [1]

Lex 3. Impr. Antoninus a. Secundo. Si vitricus tuus occulte tibi aliquid tulit, furti tenetur.

Lex 4. Impr. Alexander a. Aurelio. Qui servum sollicitat et occultat furti tenetur.

Lex 5. Idem a. Cornelio. Non licet dici « a transitore incognito comparavi », sed restituas illam rem.

Lex 6. Idem a. Phitodoro. Qui servum alienum donavit aut vendidit vel occultavit dominium preiudicium non fecit, sed [f. 133 v.] furtim tenetur.

Lex 7. Idem a. Dato. Qui pecunias accepit portandas si exinde in sua utilitate expendit, furtim tenetur.

Lex 8. Idem a. Valenti. Qui ancillam tulit pro tributo, que non debetur, et vendidit furtim tenetur, nec annositas est prode illi, qui comparavit.

Lex 9. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Hesidio. Qui occulte vel violenter res alienas tulit poena subicitur legis.

Lex 10. Idem a. et c. Plagiata vel violenter abstulta mancipia et vendita, emptori annositas prode [2] est.

Lex 11. Idem a. et c. Demostheni. Si noverca pupillo aliquid subtraxit, quadrupplum reddat.

Lex 12. Idem a. et c. Ancillae.[3] Qui furavit ancillam vel foetus eius et vendidit furtim tenetur; et qui sciendo comparavit furtim tenetur.

Lex 13. Idem a. et c. Domino defuncto [4] transactio facta replicari non potest.

[1] *S.* redd. [2] *Adde* non. [3] Ancillae *ex initio constitutionis.* [4] defuncto, *ni fallor, adiecit librarius ex coniectura, cum r.* Domino *summae iungendum duceret.* (*H. coni.* de furto.)

Digitized by Google

Lex 14. Idem a. et c. Dionysio. [15] Pro furto actoris[1] heres non exigitur.

Lex 15. Idem a. et c. Socratiae. [16] Qui *servum nutriendum* accepit, qui eum vendidit furtum tenetur.

Lex 16. Idem a. et c. Arthemidoro. [18] Qui de naufragio vel incendio res abstulit intra annum quadrupplum reddet, post annum simplum. [f. 134]

Lex 17. Idem aa. et cc. Cononi. . . . . . [2]

Lex 18. Idem a. et c. Dionisiodoro. [19] Res comendatas qui sine domini voluntate egit dupplum reddet.

Lex 19. Idem aa. et c. Theofalsus.[3] *Procurator depositum recipiendum vel aes alienum exigendum citra domini voluntate furtim facit*[4] *preter rei restitutionem duppli nec manifesti furtim convenitur.*

Lex 20. Impr. Iustinianus a Iuliano pp. Qui servum alienum suasit, ut res domini ad se deportaret, et fecit, alio tale servum cum ipsum reddet.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Pro furtum, quem ammisit servus, dominus convenitur. Si liber ammisit furtum, patronus convenitur.

Lex 22. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Qui res mutuas accepit furtim passus est, ipse exigat furem et non cui res esse videtur.

Titulus III. De operibus libertorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Romano. Libertus si sub retentatione factus fuit, persolvat labores. Quod si non[5] dominus eius inopia patiatur, a liberto nutriatur.

Lex 2. Idem a. et c. Eutychiti. Libertus factus ad servitium non redagitur nec ad opera.

Lex 3. Idem a. et c. Quintiano. Qui manumisit de [f. 134 v.] operas, quas non cessit, si postea pretium accepit, reddet.[6]

[1] *Lege* auctoris. [2] *Lacuna duorum versuum.* [3] *Lege* [Mnesi]theo. Falsus procurator *etc.* [4] *Adde* ac. [5] non *del.?* [6] *S.* redd'.

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Antoninus a. Valeriano. Si libertus pro operas pretium debet domino, si eas reddet vel cautionem fecit, liber est.

Lex 5. Idem a. et c. Terentio. Quem mater tua liberum fecit ex iussione defuncti, tu operas ab eo petere non potes.

Lex 6. Impr. Alexander a. Cecilio. Liberti libertorum operas patronis patronorum suorum facere non facient.

Lex 7. Idem a. Cyonie patricie.[1] Liberti a patronis pretium pro operas exigi non potest.

Lex 8. Idem a. et c. Augustino. Qui ex suo pretio per alium se comparavit et ab eo manumissus est honore patronatus non debet.

Lex 9. Idem a. Lytorio. Si liberta tua uxorem accepisti, operas ab ea exigere non potest.

Lex 10. Idem a. et c. Erculiano. Si libertus sub conditione factus, ut heredi eius serviat, proherede servire non potest.

Lex 11. Impr. Gordianus a. Africano. Liberta libero paret, et si eam patronus libero sociavit, honore patroni non amisit.

Lex 12. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et cc. Veneriae. Liberti ubi vult abitant, nec ab herede redigi potest absque ingratitudine. [f. 135]

Lex 13. Impr. Valens, Gratianus et Valentinianus aaa. ad Probum ppm. Qui alienum libertum retinet, qui obnoxius est opera solvere, poena tenetur.

Titulus IV. De bonis libertorum et de iure patronatus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Secunde. Qui suo pretio per alio se comparavit et ab eo manumissus est, postea a conditione reportare pro ingrato non potest.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens ad Florianum pp. Qui liberta sua servo fiscale permittit accipere, ammisit iure patronatus.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Si patronus liberto suo faciat, ut non det honorem patrono, non subsistat, sed det honore[2] et heredibus.

[1] *Iust.* Idem a. Minicio: *lectionem S. ex corruptela verborum* [Mini]cio. Nec patronis *ortam putat Kr.* [2] *B.* honorem.

Digitized by Google

TITULUS V. Si in fraudem patroni aut liberti alienatio facta.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Claudio. Si libertus in fraudem patroni egerit, contra eum agi potest.

Lex 2. Idem a. et c. Iuliae. Intestato liberto mortuo patrono succedit, si non demisit liberos parentes.

TITULUS VI. De obsequiis patronis praestandis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Zontio. Libertus contra patrono in eius indemnitatem agere non potest.

Lex 2. Idem a. Leonthogonio. Si liberta patrono uxor fuerit, obsequium non prestat. [f. 135 v.]

Lex 3. Idem a. Santho. Liberti obsequium patronis debent.

Lex 4. Idem a. Victorino. Si libertas[1] patrono suo violentiam fecit, in servitio redigi debet.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Sulphiciae. Si libertus heredi patroni honorem non praestaret, ipse in servitio se revocavit.

Lex 6. Idem a. Cornelio. Libertus, qui operas non abet reservata, non facit, sed honorem prestat.

Lex 7. Impr. Dioclit. et Max. aa. Noverce tue libertis si tibi honore non prestavit, iudex vindicare potest.

Lex 8. Idem a. Hermenie. Libertus patrone sue obsequium denegare non potest.

TITULUS VII. De libertis et eorum liberis.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Dapho. Qui iussa libertum fecit culpas liberti filium non condemnat.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Maximum pp. Si libertus contra patrono aget aut iniuria vel manus iniecerit, in servitio revertatur, et filios, qui post nascuntur: si non penituerit et bene egerit, efficiatur liber.

[1] *Lege* libertus.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Honorius et Theod. aa. ad Senatum. Libertus contra patronum vel heres eius egerint, in servitute revertatur.

Lex 4. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Basso pp. Liberti [f. 136] vel filii eius militantes si ante contra patronos egerint, in servitio revertantur.

TITULUS VIII. De iure aureorum anulorum et de natalibus restituendis.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Philadelpho. Honore non ex genere sed ab imperio datur.

Lex 2. Idem a. et c. Eumeni. Libertinis honor dignitatis nec ab imperio dari licet.

TITULUS IX. Qui admittit ad bonorum possessiones possunt et intra quod tempus.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. et c. Macrinae. Filio petere paterna hereditate nulla perscriptio temporum illi obicitur, si non pater ingratus illi decessit.

Lex 2. Idem a. et c. Crispino. Propinquis hereditate defuncti intra certum dies [1] non petierit, amisit.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Criscentino. Infantes hereditatem propinquorum petere anni non excludent.

Lex 4. [5] *Idem a. et c. Maximo.* De successione si questio est dubietatis, utrum ex testamentum an ab intestato, tempus si [2] non inpedit successionis.

Lex 5. [4] *Idem a. et c. Marcello.* Emancipatus si intra annum non petiit, successionem patris amisit.

Lex 6. Idem a. et c. Frontine. Mulieri non liceat dicere « ignoravi legem de successionem ». [f. 136 v.]

[7] *Pars epistule constitutioni bis* [3] *et Maximiani a. et Severi et Maximini novies consulibus.* [4] Pupillus per tutorem potere petest successionem propinqui et per se annositas illum non excludit.

[1] *Lege* centum dies. [2] si *del.* [3] *Lege* Constantii. [4] *Lege* nobiliss. cc.

Digitized by Google

Lex 7. [8] *Impr. Constantinus a. ad Dionisium.* Successio propinqui si intra tempus non adhiet propter ignorantia vel rusticitate vel absentia, non ei impedit adire.[1] Obesse impedire, obici, obviari.[2]

Lex 8. [9] *Idem a. ad populum.* Petendum successionem propinqui, si quoram duo testes[3] contestasti detentatore, non tibi preponitur tempus.

TITULUS X. Quando non petentium partes petentibus adcrescant.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Martianae. Si unus filius[4] adipiscat substantiam patris, fratribus suis preiudicium non fecit.

TITULUS XI. De bonorum possessiones secundum contra tabulas.

Lex 1. Impr. Alexander a. Vitali. Si accusatus fuit testamentus, successori tempus non excludit.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Cornelio. Successio tibi ex testamento septem testes roborato.

TITULUS XII. De bonorum possessione contra tabulas, quam pretor liberis pollicetur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Rupho. Contra testamentum agere licet filium et patrem contra se invicem, nam non aliis.

Lex 2. Idem a. Clare. Postumus si in testamentum non [f. 137] est nominatus, solvitur testamentum.

TITULUS XIII. De bonorum possessione contra tabulas liberti, que patronis vel liberis eorum datur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Herculano. . . . . . [5]

Lex 2. Impr. Theodosius a. Asclepiodoto. . . . . . [6]

[1] *H. S.*[a]*? add.* a. [2] obesse.... *etc. glossa.* [3] *Iust.* duumviros. [4] non *add.?* [5] *Versus in cod. vacat.* [6] *Duorum versuum spatium vacat.*

Digitized by Google

TITULUS XIV. Unde liberi.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Sarpedoni. Si pater filios suos emancipatus heres instituit, firmum est.

Lex 2. Idem a. et c. Zosimo. Filius vel nepus ab intestato heres succedit.

Lex 3. Impr. Constantinus a. ad Leontium comitem Orientis. Nepus a successionem avi repelli non potest, si non fuit emancipatus.

TITULUS XV. Unde legitimi et unde cognati.

Lex 1. Impr. Alexander a. Ulpio. Consobrini ex semine [1] succedunt consubrio.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. . . . . . [2]

Lex 3. Idem a. et cc. Felici. . . . . . [3] [f. 137 v.]

Lex 4. Idem a. et cc. Surisse. . . . . . [4]

Lex 5. et c. Platoni. . . . . . [5]

TITULUS XVI. De edicto successorio.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iulio. Si mater non petiit hereditatem, que ei ex successione competebat, filio petere licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Firmo. Si propinquus obmisit petere hereditatem, que illi competebat ex successione, alius propinquus petere potest. . . . . [6]

TITULUS XVII. De Carboniano edicto.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Flore. Si ex matre tua minori etate constituti petatis successionem, ille vos in servitio petat, dato fideiussorem accepit hereditatem et post de servitute agitur.

[1] ex sem. *fortasse ex corruptela verborum* necessitudinis neminem. [2] *Duo versus in codice vacant.* [3] *Quattuor versus in codice vacant.* [4] *Duo versus vacant.* [5] *Tres versus vacant.* [6] *Duo versus vacant.*

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Valentinianus, Theod. et Archad. aaa. ad Rufino pp. Duodecim annorum puer de testato suo non inquietetur, sed facultate utatur.

TITULUS XVIII. Unde vir et uxor.

Lex 1. Impr. Valentinianus a. Hierio pp. Maritus et uxor invicem sibi succedant. [f. 138]

TITULUS XIX. De repudianda bonorum possessionem.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Theodotiano. Emancipatus repudiavit substantia, postea ea repudiare [1] non potest.

Lex 2. Idem a. et c. Theodoro. Sub fraude repudiare facultate non licet.

TITULUS XX. De collationibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Deuteriae. Si filio emancipato pater herem fecit, validum est.

Lex 2. Idem a. Primo. Frater et soror dotati et heredes relicti dotem et facultatem equum dividant.

Lex 3. Idem a. et c. Alexandro. Dote parentes in filio facta, ut hereditate inter fratres non sit mixtus, firmum est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Marino. Dote sua mulier refundat et dividat cum fratre suo.

Lex 5. Idem a. Alexandro. Dotem suam refundat et dividat cum fratrae, et non illi obviat maritus eius.

Lex 6. Idem a. Claudio. Filius emancipatus cum fratribus conferet ad dividendum.

Lex 7. Impr. Philippus a. Tirannu. Filia, quem pater sibi heredem instituit, dotem suam non confundit inter fratres ut dividantur, si patris non est iussio.

Lex 8. Impr. Dioclit. et Max. aa. Calyppio. Dum substantiam

[1] repetere?

Digitized by Google

patris dividisti, obligata fuisti dotem tuam confundere; non [1] cogeris eam conferre inter fratres.

Lex 9. Idem a. et c. Onesimo. Si fratres ambo eman- [f. 138 v.] cipati sunt, dotem suam non conferent. Quod si alius non est emancipatus, conferent si pater non testavit.

Lex 10. Idem a. et c. Herenee. Filia per testamentum patrem rogavit non conferre dotem et pater aptum abuit, fili defuncte non confert dote matris.

Lex 11. Idem a. et c. Arthemie. Testamentus, in quo postumus filius pretermissus est, resolvitur. Si emancipatus vult conferre, equum dividant.

Lex 12. Idem a. et c. Nilantie. Soror cum fratraes suos minores dotem, quam accepit, in divisionem adducet.

Lex 13. Idem a. et c. Antistia. Ut omnia equa [2] dividatis.

Lex 14. Idem a. et c. Stratonicae. Si maritus cum postumo fratrem dotem suam non confundit, nunc in divisionem eam adducis.

Lex 15. Idem a. et c. Philippo. Emancipati filii, salvam que [3] acciperunt, reliqua equum dividant.

Lex 16. Idem a. et c. Socratis. Soror cum fratres equum divident ab intestato.

Lex 17. Impr. Leo a. Eritrio pp. Omnia, que a parentes in filio conscribuntur in nuptiis et in mancipationibus, post obitum parentum confundant et equum dividant.

Lex 18. Impr. Anastasius a. Constantino pp. Fratres cum alios emancipatos fratres conferant et equum dividant.

Lex 19. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Defuncto avo [f. 139] relicto filio et nepote ex alio filio conferant dotem, que ab avo data est, simul et quod post obitum reliquid; et ex omnibus duas partes abeat filius et tertiam nepus ex hoc, quod patri eius poterat competere. *In ipsa lege ad locum, ubi dicit: Tam filios vel filias defuncte persone dotem, ante nuptias donationem.* Ab isto loco [§ 3] utere legem.

[1] nam? [2] *B. om.* equa. [3] *Supple* post mortem patris.

Digitized by Google

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Si non ex testamento in quarta portionem falcidiae scriptum est, equum dividant. *In ea lege* [§ 2] *abet: Ea enim tantummodo ex his, que conferuntur.* Dotis et sponsalia et donationis in conlatione veniant et aequum dividantur. Quod si non [1] dator fecit « hoc excepto portionem illum volo abere », talis charta in conlatione non veniet.

Lex 21. Impr. Iustinianus a. Iohanni pp. Adquisitio filiorum post obitum parentum non dividantur, sed unusquisque suam adquisitionem [2] abeant.

Titulus XXI. De testamento militis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Floro militi. Si miles per testamentum fratri suo reliquit quod ex parentum obvenit, quod autem ipse adquisiit [3] alii dimisit, licuit.

Lex 2. Idem a. Septimo militi. Miles castrensem peculium commilitonem suum abere testavit et matrem suam in reliquis rebus, validum est. [f. 139 v.]

Lex 3. Idem a. Venditiano. Miles quomodo vult deliberet testamentum, et si alium heredem fecit in uncias decem et alio in duas, ex hoc tres uncias abeat filia.

Lex 4. Idem a. Alexander Iuni. Miles minori aetate condito testamento servo libertatem dedit, nichil est. Quod si ab alio illi datus est, ut post obitum suum eum libertum emitteret, quamvis minor etatis testatus fuit, libertas valet.

Lex 5. Idem a. Sozomeno. Militi testamentum qualiter deliberaverit impleatur.

Lex 6. Idem a. Valenti. Quidam reliquid uxorem et filiam condito testamento, et, [4] si filia parvula moreretur, miles extraneus illi succederet, unde vivente filia in alio miles testare non potuit.

Lex 7. Idem a. Fortunato. Qui miles non fuit quasi miles servum libertavit, invalidum est.

[1] non *del.?* donator? [2] *S.*[a] *H. add.* non. [3] *B.* adquisivit. [4] *Lege* ut.

Digitized by Google

Lex 8. Impr. Gordianus a. Eternio militi. Dum miles fuisti, licebit te secundum consuetudinem militare testari.

Lex 9. Idem a. Valerio. Miles ignoravit filium abere, alium herem fecit, invalidum est, si invenitur filius.

Lex 10. Impr. Philippus et alius Philippus aa. Iustino militi. Miles, qui ignorat filiam abere, eam per testamentum legato accipere iussit, exheredavit eam.

Lex 11. Idem a. et c. Emiliano militi. Capitaturias in- [f. 140] *stitutiones et in militi testamentum nullius esse momento manifestum est.*

Lex 12. Idem a. Domitiae. In testamento militi querella falcidiae non obicitur.

Lex 13. Impr. Valerius et Galienus aa. Claudie. Miles in expeditione testari licet, et si sine testamento moritur, propinqui illi succedant.

Lex 14. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. heredibus Maxime. Si a frater suo mulier heres instituta, quod et ab intestato succedere potuit et filios non reliquit.

Lex 15. Impr. Constantinus a. ad populum. Miles in expedito quomodo vult testetur, in verbo in charta in scuto in vagina et in terra, firmum est.

Lex 16. Impr. Anthoninus a. Herio pp. Adparitor dum in adparatum militum est, illi liceat testare quomodo militi. [1]

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Militi in sua expeditione testari liceat quomodo vult.

Lex 18. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Miles in pupillaris annis constitutus testari non licet.

Titulus XXII. Qui facere testamenta possunt vel non possunt.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Petronio militi. Indivisa substantia unus de sua portione testari licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Viatori et Pontiae. Testamentus, que [2] sine vim vel furorem factus est, firmum est. [f. 140 v.]

[1] *S.*[a] quam vult. [2] *S.* q:

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. et c. Licinio. Senes et infirmus testari licet. Filia, que in potestate patris est, testari non potest.

Lex 4. Idem. a. et c. Rodoni. Si consobrinus tuus minor quatuordecim annis testatus est, invalidum est.

Lex 5. Impr. Constantinus a. ad Rufinum pp. Eunucho liceat facere testamentum.

Lex 6. Idem a. ad Volusianum pp. Qui in imperatore testavit posteus vult in alio testare, licet.

Lex 7. Impr. Valentinianus, Valens et Grat. aaa. ad Maximum. Liceat, qui vult, instituere cum alio imperatore et augusta heredes *et motare.* [1]

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Cecus testamentum faciat et deliberationem eius octo testes et scriba publicus. [2]

Et post ista septima lex suprascripta invenimus quarto legis in codicum. [3]

TITULUS XXIII. De testamentis et quemammodum testamenta ordinantur.

Lex 1. Impr. Adrianus a. Catonio. Qui in testamento subscripsit ut liber, postea servus inventus, non inpedit.

Lex 2. Impr. Alexander a. Expedito. Testamento reservato [4] si qua querella eius post invenitur, dici potest.

Lex 3. Idem a. Thygono. [5] Si non legibus factus est testamentus in inperatore, valere non potest. [f. 141]

Lex 4. Impr. Gordianus a. Rufino. Si scriba in testamento nomen pronomen heredis fecit, non impedit, quia testes nomen heredi cognoverunt.

Lex 5. Impr. Valerianus et Galienus aa. Lucillo. Per epistulas adseveratio et assertio filio non facit: quem in testamentum significavit, firmum est.

[1] *Lege* mutare. [2] *Iust.* praesentibus septem testibus .... tabulario etiam .... ubi tabularius reperiri non possit, octavum adhiberi testem. *Cfr. etiam infra* VI, 23, 14. [3] *Intelligo:* et post istam septimam (VIII ?) legem suprascriptam invenimus quattuor leges in codice. *Nam summae constt.* 9-12 *hic desiderantur.* [4] *Lege* reserato. *H.* [5] *Lege* Antigono.

Digitized by Google

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. Terentiae. Qui in testamento negavit alicui donationem fecisse, si invenitur facta, valet.

Lex 7. Idem a. et c. Rufine. Error tabellionis testamentum non solvit, si testes vera dicant.

Lex 8. Idem a. et c. Marcellino. In testamentum necessitas mortalitatis minor numerum testimonium non subvenit.

Lex 9. Idem a. et c. Patrocliae. [1] Si ex sacro imperio [2] non est tibi remissum de minore numerum testium, testamentus invalidum est.

Lex 10. [14] *Idem a. et c. Archillio.* Non est integra hereditatio [3] vel institutio, qui dixit « facere volo testamento taliter ».

Lex 11. [15] *Impr. Constantinus ad populum.* Non est firma deliberatio, qui dixit « facio testamentum et instituo heredem » aut, dum facit, admutescit.

Lex 12. [10] *Idem a. et c. Moenepholiano.* Testamentus legibus factus si ad erede neglegatur, legatis non impedit.

Lex 13. [11] *Idem a. et c. Zeto.* Legibus condito testamento si occultatus fuerit. [4] [f. 141 v.]

Lex 14. [12] *Idem a. et c. Matrone.* Si testes octo ut [5] *coram testatore* non fuerit et *suo vel alienum anulum signaverit,* invalidus sit testamentus et inquiratur si ex dolo factum est.

Lex 15. [13] *Idem a. et c. Euripidiae. De pecunia* testari licet.

Lex 16. Impr. Gratianus, Valens et Theod. aa. Eutropio pp. Imperatori et omnibus liceat testare, et qui heres accedit, quamvis non legibus legata vel libertas relicta sit, si heres cognoscit, resolvat. [6]

Lex 17. Impr. Honorius et Archad. aa. Aeternali proconsule Asiae. Testamentus, in quo superfiua leguntur, non nocent: minus quod lex precipit factum est, resolvitur.

Lex 18. Idem a. et c. Africano pu. In urbe Roma testamentum aput censuales reserentur, [7] non alibi. Nam irrita fiunt.

[1] *B.* Patrodiae. [2] *Iust.* speciali privilegio. [3] *Lege* exheredatio. [4] *Adde ex. gr.* nihilominus valet. [5] vel? unus? (*Iust.* Si unus de septem testibus. *Cfr.* VI, 22, 8). [6] rem solvat? [7] *Iust.* reserventur, *sed libri tantum non omnes* reserentur.

Digitized by Google

Lex 19. Impr. Honorius et Theod. aa. Ioh. pp.[1] Testamentus propria voluntate dictante, non alio suadente sed[2] dictante, firmum est.

Lex 20. Idem a. et c. edictum ad populum. Omnis potens et mediocres liceat in testamenta defunctorum subscribere.

Lex 21. Impr. Teod. et Valentinianus aa. Florentio pp. Testator sua vel alterius voluntate manu scriptum testamentum et non relicto[3] testibus septem testes firmaverint, et si litteras ignorant, octavus subscribant et signent,[4] validum est. *In ea lege ad locum* [§ 4]: *Per nunccupationem quoque, hoc est sine. Septem testes, ut* [f. 142] *supra dictum est, simul in unum eodemque tempore.* Nunccupatio per septem testes valet. Novissimus testamentus legibus factus priorem solvit; codicellos quinque testes subscribant.

Lex 22. Impr. Zeno a. Sebastiano pp. Post expletum testamentum testes ad subscriptionem venire licet.

Lex 23. Impr. Iustinianus a. Archelao pp. [24] Si ad scriba fallit textum[5] testamenti legibus facere, non impedit testamentum.

Lex 24. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [25] Non[6] est ita subventum in testamentis sine[7] in nuptiis, si testatoris voluntas exigatur.

Lex 25. Impr. Iustinianus a. Moene pp. [26] Nunccupatio per septem testes valet, qui simul positionem[8] deliberationem testari[9] cognoscant.

Lex 26. Impr. Iustinianus a. Moene pp. In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem observationem penitus amputamus. Sive testatori septem testes *simul omnibus manifestari significantes, ad quos substantiam suam pervenire vellet.*

Lex 27. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Testamentum legibus factum testator supervixerit annos decem, valet. Quotsi coram tres testes dixit « nolo illo testamento valere », licet. [f. 142 v.]

Lex 28. Impr. Iustinianus a. Testator non patiatur necessitatem

[1] *S.* p(er) p. [2] seu? vel? [3] lecto? relecto? [4] *Lege* ignorat.... subscribat et signet. [5] *B.* textu. [6] *H. coniec.* Nunc. [7] *Lege* sicut. *H.* [8] dispositionem? positi? [9] testatoris?

Digitized by Google

potus vel escam aut medicina nec testium congregationem; et si quoram testibus manifestaverit omnem deliberationem et non peradimplevit hoc testamentum, quot dixit valet. *In ea lege abet* [§ 6]: *Sancimus, si qua sua manu.* Testamentum et codicellos testator suam manum scripsit, validum est.[1]

Lex 29. [28] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Testamentum et codicellos testator sua manu scripsit, validum est.

Lex 30. [29] *Imp. Iustinianus a. Iuliano pp.* In testamentum si testes nomen heredi non fecerint, invalidus sit testamentum, et qui scripsit testamentum falsarius plectatur.

Lex 31. [30] *Imp. Iust. a. Ioh. pp.* Testator dum inmutat testamentum et incidi[2] linum, alium non occurrisset facere: si quoram testes ipsum vel alium heredem sibi esse dixerit, validum est.

Lex 32. [31] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* In civitate et in castra septem testes scribant testamentum, quinque cum signaculis et subscriptionem, que et deliberationem et nomen heredi cognoscant et iurati dicant.

Titulus XXIV. De heredibus instituendi et que persone heredes institui non possunt.

Lex 1. Impr. Titus Helius Antoninus aa. Antestaniano. Qui[3] in exilio deportantur testari non potest, sed cui ab intestato [f. 143] competit succedit.

Lex 2. Impr. Anthoninus a. Cecilio. In quantum pater tuus heres scriptus est, amplius capere non potest.

Lex 3. Impr. Alexander a. Vitali militi. Qui suum servum fecit heredem, et substitutum illi constituere licuit.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Ulpio. Si quis ignorans quasi filium suum esse heredem sibi illum instituit, post cognitionem proici potest.

Lex 5. Idem a. Cassiano. Non ideo minus uxor iurem heres esse videtur instituta, quod non uxor, sed afines testamento nominata est.

[1] *Cfr. l.* 29 *h. t.* [2] *Lege* incidit. [3] In eos, qui?

Digitized by Google

Lex 6. Impr. Philippus a. et Philippus c. Antonino. Si maritus uxorem heredem fecit, debitum mariti satisfaciat.

Lex 7. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. Zizonio. Hominem peregrinum heredem sibi instituere ante filium suum non licet.

Lex 8. Idem a. et c. Adriano. Collegas colleganti heres sine placito heres succedere non licet.

Lex 9. Idem a. et c. Iulie. In extraneum testari licet.

Lex 10. Idem a. et c. Asclepiade. A se ipsum nullus herem scribere potest.

Lex 11. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Herio pp. Licet homini in [1] alterius civitatis donare vel relinquere quam vult rem.

Lex 12. Impr. Leo a. Herio pp. Hereditatis vel legati [f. 143 v.] *seu fideicommissi aut donationis titulo domus aut annone civile aut quelibet edificia vel mancipia ad ius inclite urbis vel alterius cuiuslibet civitatis pervenire possunt.*

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Exercitas res [2] testari licet, non de incertas, [3] que solvuntur.

Lex 14. Impr. Iust. a. Ioh. pp. Testator si unum nomen et alium nomem dictavit, invalidum est testamentum.

TITULUS XXV. De institutionibus vel substitutionibus seu restitutionibus sub condicione facta.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus Alexandro. Testamentus sub conditione factus servetur conditio.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Cassie. Qui conditione testamenti non adimplet exheredatur.

Lex 3. Idem a. Maxentio et aliis. Si mater tua *sub conditione emancipatione* heres fecit, valet.

Lex 4. Impr. Alexander a. Emilio. Si res, que erant in potestate patris, testatus est, nichil est; in peregre profectus filius exheredari non potest.

Lex 5. Impr. Valerius et Gallius a. Maximo. Sine ullo damno

[1] *Dele* in. [2] *Lege* Ex certas. [3] *B.* incertis.

Digitized by Google

coniunctionem retinere potuisti; redigitur[1] *ad maritum, sciens hereditatem matris, etiamsi redieris, retentura; quippe quam retinere scilicet*[2] *prorsus ab eo non recessisset.*

Lex 6. [7] *Impr. Iustinianus a. ad Senatum. Ut quid inter iustos liberos nanctum est, hoc est inter naturales filios exten-* [f. 144] *datur. Que omnia in legati vel fideicommissi specialiter locum abere sancimus.*[3]

Lex 7. [8] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Si testator iussit « si hoc factum fuerit, abeat hoc », et ipsum vivente conditio facta est, quod deliberavit adimpletur.

Lex 8. [9] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Quis in conditione testamentum adiet, legata persolvat.

Lex 9. [10] *Impr. Iust. a. Ioh. pp.* Quidam uxorem pregnantem heredem reliquid, et si postumus natus fuerit, cum ipso[4] heres sit, natus est et puer mortuus est, matri fecit lucrum successionis.

Titulus XXVI. De inpuverum et de aliis substitutionibus.

Lex 1. Impr. Titus Helius Antoninus a. Secundo. Qui in testamento fecit duo heredes et invicem sibi substitutus, plenum ius est.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus aa. Afronime. In testamento qui filio suo herem fecit et substituto illi fecit, valet, sic tamen, si pupillus fuerit mortuus non maior.

Lex 3. Impr. Alexander a. Achille. Quamvis non[5] per testamentum heres noluisti succedere, sed ab intestato successisti, omnem actionem, que contra testatorem abuisti, ammisisti.

Lex 4. Idem a. Firmo. Testator iussit, si filius eius puer moriatur, heres illi certa persona fiat, et puer mortuus est, [f. 144 v.] successio illi debebitur.

Lex 5. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. Adriano. Qui filio legitime etatis fecit substitutum, nichil est.

[1] *Lege* redi igitur. [2] *Lege* retineres, licet. [3] *Lege* sanctum est, hoc et .... fideicommissis specialibus .... [4] *Lege* et si non post. n. f., alium, qui cum ipsa. [5] *Dele* non.

Digitized by Google

Lex 6. Idem a. et c. Quintiano. Qui plures fecit heredes, qui iniuste factus est repellitur et alii proficit, quia filius minus de falcidia abere non potest. [1]

Lex 7. Idem a. et c. Feliciano. Superstite patre filia maritata intra decem et septem annis condito testamento in aliquo pater illum non excludet.

Lex 8. Idem a. et c. Petronie. Si miles reliquid uxorem et filio fecit heredem, cui instituit alios substituto, si super pubertatis annos mortuus est, mater excludet substitutos.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Ut non fiat talis testamentus.

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Qui duos filios parvos sibi instituit heredes, ut, inpuberes ambo moriantur, alius illi succedat, si unus mortuus est, frater excludit substituto.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Qui duos filios parvulos abet heredes instituit, ut, si puberes mortui fuerint, duo illi succedant.

Titulus XXVII. De necessariis et servis heredibus instituendis vel substituendis.

Lex 1. Impr. Pertinax a. Lucretio. Si servum suum [f. 145] heredem fecit, qui creditoris oblegatus pignoris erat, testamentus solvitur propter creditores.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Aufidio. Qui servum suum sub nomen libertatis heredem scripsit, validum est.

Lex 3. Idem a. et c. Felici. Qui ancillam pupilli sui uxorem sibi fecit et heredem, pupillus illa retollit lucra [2] *facultatem.*

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Si tutor pupillo herem fecit, ut post obitum eius servum pupilli libertet, [3] heres succedat, in hoc, si adierit hereditatem, conditio valet servo.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Qui servum suum herem

[1] quia filius *etc. haec add. Breviator.* [2] illam retollit et lucrat? [3] liber et? liber sit et?

Digitized by Google

instituit, liber est et heres; vel illum substitutum filium suum scripsit, ex eo liber effectus est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Servus a domino institutus heres fuerit, liber effectus est et heres. *In ea lege abet:* Libertus si conditione non adimplevit, in servitio redigitur.

Titulus XXVIII. De liberis preteritis vel exheredatis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Favio. Qui unum ex filiis per testamentum exheredavit, heres cum fratribus succedet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Eraclide. Si avus tuus condito testamento patruo suo [1] et novercam heredem instituit, si non exheredavit, defuncto avo tuo heres succedis.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Pater si per [f. 145 v.] testamentum filio exheredavit, validum est.

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Non licet ab intestato alter succedere masculo, quam femine; et postumus equum succedant et in exheredatione similiter graventur.

Titulus XXIX. De postumis heredibus instituendis vel exheredandis preteritis.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Urittatio. Post facto testamento postumus natus est, de quod in testamentum nulla est mentio, solvitur testamentus et nichil per eum aliquid succedit, sed ab intestato omnes.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Sotherico. Aborsum uxoris testamentum non solvet, sed postumus.

Lex 3. Iust. a. Iuliano pp. Si postumus natus est et mox mortuus est, solvet testamentum patris, in quo non fuit nominatus.

Lex 4. Impr. Iust. a. Iuliano pp. Post obitum testatoris intra decem menses filius natus est, secundum voluntatem testatoris firmum est.

[1] *Iust.* patrem tuum.

Digitized by Google

TITULUS XXX. De iure deliberandi et de adeunda vel adquirenda hereditate.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Titisiae. Filius emancipatus ab intestatus heres succedit, nec servo defuncta [1] manumittit.

Lex 2. Impr. Alexander a. Florentio militi. Si filius debito patris solsit, pro portionem hereditatis reputetur. [f. 146]

Lex 3. Impr. Gordianus a. Florentino militi. Si nepus tuus a patre suo heres institutus est et mortuus est, ut, si heres succedis, intra constitutum tempus non neglegas.

Lex 4. Impr. Decius a. Athenaidi. Si filiofamilias hereditas ab alio relicta est, pater studere debet.

Lex 5. Impr. Valerianus et Galienus aa. Paulo. Que pupilla [2] relicta sunt cum voluntate eius totum [3] adire debet.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. Filippe. Si avus tuus [4] patri tuo duas uncias reliquid, et ille tibi eas testavit, exigere ea potes.

Lex 7. Idem a. et c. Eusebio. Cui relicta est substantia priusquam adiret mortuus est, posteri eius adire non potent.

Lex 8. Idem a. et c. Claudio. Si filius ignorans si [5] tardius adierit substantia patris, annositas illum non excludit.

Lex 9. Idem a. et c. Platoni. Adultus relicta sibi a curatore substantia tardius occupavit, anni illum non excludent.

Lex 10. Idem a. et c. Savine. Si legitima etate facultatem patris capuisti, a creditoribus te excusare non potest.

Lex 11. Idem a. et c. Philumine. Si substantiam patris renuntiasti, servum eius libertare non potuisti.

Lex 12. Idem a. et c. Antonino. Si puer [6] adiet facultatem, heres invenitur. [f. 146 v.]

Lex 13. Idem a. et c. Archipolidi. Qui suo heredi dimisit substantiam, adire potest.

Lex 14. Idem a. et c. Flaviae. Sororis tue facultatem adibisti, ad iniustos detentatores reliqua exigere potis.

[1] *Lege* defuncti. [2] *Lege* pupillo. [3] tutor? [4] *Iust.* avia tua. [5] si *del.* [6] *Lege* puber.

Digitized by Google

Lex 15. Impr. Constantinus a. ad Leontium comitem ordinarium. Priusquam pater det filio facultatem, ipse adire non potest.

Lex 16. Impr. Archadius et Honorius aa. Hennodio. Nullus compellitur aliquid adquirere.

Lex 17. Impr. Theod. a. Anthemio pp. Scripulosa sollicitudo patre agere licet.

Lex 18. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. Infantes annorum septem ab aliquo hereditas relicta est, pater vel avus exigere debet ipso vivente vel mortuo, aut tutores eius. Vel cata demissa, relicta. [1]

Lex 19. Impr. Iust. a. Demostheni pp. Cui hereditas per testamentum vel ab intestato competit, intra anno adire debet, et si non adibet, ammisit illa et ipse et heres eius. Hoc non dicit de filio et nepotibus. [2]

Lex 20. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Non fiat invitus homini hereditatem vel substitutionem adiere vel repudiare.

Lex 21. Impr. Iustin. a. Ioh. pp. Si quis liberum instituit sibi heredem, ut post obitum eius servum testatori succedat; [f. 147] quod si heres noluit adire, servus succedit.

Lex 22. Impr. Iust. a. ad Senatum. Si mulier [3] absque inventaneo occupavit substantiam, a creditoribus non absolvitur. Intra tres annos [4] aut renuntiet hereditatem. [§ 2] Inventaneus intra XXX dies fiat, et intra LX.ta alias perficiatur per tabularium, in quo et heres subscribat et testes. Si heres absens sit, intra anno inventaneus fiat per heredem aut per procuratorem eius. [§ 4] Si plus relictum est legati, quam heredi, primitus heredi tres uncias salventur. Creditoribus non amplius reddis, preterquam substantiam adisti: simul et legatariis veniant: [§ 8] et si a creditores substantia comparavit, alii creditores non contra emptores abeat actionem. [§ 9] Reputetur in quod expensum est in funus et inventario et in reseretionem testamenti vel in alias causas. *In ea lege abet ad locum:* [§ 4] *sine periculo abeant et leges Falcidie. Ipsa verba*

[1] *Glossa: pro* vel cata *lege* delata (*H. con.* devoluta). [2] Hoc.... nepotibus: *glossa.* [3] mulier *ex corruptela verbi* maluerit? [4] menses?

Digitized by Google

sunt. Item in ea lege verba ipsa: [§ 8] *Rerum hereditariarum* expendent et si quacumque causa abet heres vel legatarii contra defuncto proponant cum creditores. [§ 10] Nam de fraude substantiae per examinatione servorum aut per sacramentum heredi cognoscatur. Fraus inventa dupplo reddatur.

TITULUS XXXI. De repudianda vel abstinenda hereditate. [f.147 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Muciano. Filius, qui non hereditario nomen tenet facultatem, sed pro custodia aut inquilinus, debitum patris non compellitur reddere.

Lex 2. Impr. idem a. Severo. Si res patris ex inventionem [1] creditoris tenis, debitum paternum non exigeris.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Theodatiano. Si pactuasti hereditatem futuram te non petere, repeti non potes.

Lex 4. Idem a. et c. Modestino. Qui legitimam etatem repudiavit hereditatem adire non potest.

Lex 5. Idem a. et c. Claudio. Pupillus sine tutore hereditate repudiavit, nichil est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Filius impleta etate post mortem patri intra tres annos repudiet hereditatem et quarto anno, si vult adibisci, licet.

TITULUS XXXII. Quemammodum aperiantur testamenta et inspiciantur et describantur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Procule. Testamentus publice reseretur. [2]

Lex 2. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Alexandro. Testamento defuncti coram testibus tradi in publico recensetur.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Arestotheli. [3] Reseratio testamenti absque die et consule invalidum est.

[1] venditione? [2] *Iust.* publice recitetur. [3] *B. H.* Aristotheli.

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Grat., Valentinianus et Theod. aaa. ad Sperium pp. Testamenta publice reserentur.

TITULUS XXXIII. De edicto Divi Adriani tollendo et [f. 148] quemammodum scriptus heres in possessionem mittatur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Lucillo. Prius heres in facultate mittatur, et post substitutus.

Lex 2. Impr. Alexander a. Eustatio. Si quis se dicit competere facultatem, prius heres in facultate ingrediatur.

Lex 3. Impr. Iustin. a. Iuliano pp. Testamento sine querella oblato in iudicio intromittitur heres in facultate, et sic causiticis litigent. Heres, si rem adquisitam dicitur alienam, decem vel viginti annis possederit, non inquietur. [1]

TITULUS XXXIV. Si quis aliquem testare proibuerit vel coegerit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Severe. Testare hominem qui invitus facit crimen admisit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Nicagore. Etsi quis inpediet testatori, ut non indignas personas heres scribentur, nichil nocet.

Lex 3. [2] *Idem a. et c. Eutychidi.* Qui uxori sue dicit, ut in ipso testetur, criminis non est.

TITULUS XXXV. De his quibus ut indignis auferuntur et ad senatusconsultus Silaniarum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Celeri. Qui iniuste facultate defuncti occupavit cum fructibus cogatur reddere.

Lex 2. Idem a. Vero. Qui liberam personam puellam abet in domo administrandum. [3]

Lex 3. Impr. Alexander a. Antiochiano. Cui competit successio

[1] *Lege* inquietetur. [2] *S.* Lex IIII. [3] *Iust.* Polla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem....

Digitized by Google

non requirit mortem auctoris, qui ad servis occisus est, [f. 148 v.] fiscus succedit defuncto.

Lex 4. Idem a. Filomono. Per epistulas et codicellos heres non fiat.

Lex 5. Idem a. Tyrranno. Quamvis indignus est heres adire hereditate, quia sepultura defuncti non adimplevit, tamen remittatur illi.

Lex 6. Idem a. Venusto et Clementino. Minor etati si offidit interdicendo qui testari voluit, remittitur illi.

Lex 7. Idem a. Vitaliae. Si quis non potuit obicere heredi culpas exheredationis, ab intestato succedis.

Lex 8. Impr. Gordianus a. Tatiae. Non exsimilis [1] exheredandi his, quem non occursit testator accusare, sicut illum, quem exheredavit.

Lex 9. Impr. Dioclit. et Max. aa. Heliane. Qui mortem auctori sui non requirit, nec heres illi esse potest. Clam occulte interpraetatus. [2]

Lex 10. Idem a. Silriane. Si mortem propinquus vindicasti, heres inveniris.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [§ 2] *Hereditatibus et in legatis et in fideicommissis maxime in libertatibus.*

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Servum non licet in crimine domini sui credi, nisi sub examinatione. [3] Nam servus si cognoverit domino suo insidiari manibus ut occidatur et non defenderit, et mortuus fuerit, ipse servus occidatur. [f. 149]

Titulus XXXVI. De codicellis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Mocimo et aliis. Rumpitur testamentum, qui post unum [4] pretermisit, codicelli invalidi sint. Nam que praetermissa sunt addicta fuerint per codicellos, valet.

[1] *Lege* est similis: *adde* causa. [2] interpretatur? interemptus? *Est glossa ad verba constitutionis:* clandestinis insidiis perimuntur. [3] Servum.... examinatione: *fortasse ex male intellectis verbis* servos, qui supplicio adficiuntur. [4] *Legè* postumum. *H.*

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Asclipiodote. Per codicellos testamentus non abstollitur, sed addi per codicellos licet.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Iachynto et aliis. Duo codicelli facti, novissimus valeat.

Lex 4. Idem a. et c. Stratonico. Codicelli absque testamentum invalidi sunt.

Lex 5. [6] *Idem a. et c. Demostheni.* Post testamento quod per codicellos firmavit valet.

Lex 6. [5] *Idem a. et c. Flaviae.* Codicello invito invitus [1] factos invalidum est.

Lex 7. Impr. Constantinus a. ad Maximum pp. Per codicellos addere in testamentum et substitutum facere licet.

Lex 8. Impr. Theod. a. Asclipiodoto pp. Qui pro sua successione contra testamentum vel nunccupationem aget, legatariis non impediunt, si testamentus perfectus esse. *In ea lege abet: Scriptus heres fuerit vel nunccupatus.* Novissimus testamentus non legibus factum si tamen abuerit pro codicellos, valet. *Item in ea lege verba abet ad locum, ubi dicit: Sponte voluerit ad fideicommissum.* [f. 149 v.] Nunccupatio vel codicelli per quinque testes valet.

Titulus XXXVII. De legatis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Opius [2] *liberti Sextiliae.* Si aput heredem moratus est, vestimenta et alimenta, si testator iussit illi dare, non reputavit.

Lex 2. Impr. Severus et Antoninus a. Saviniano. Si heres totam facultatem vendidit, et que legatis relicta sunt venditor ab emptore exigat et legati restituatur.

Lex 3. Idem aa. Victorino. Producto testamento si testator easdem res pignus posuit, ab here exigantur et legatis detur.

Lex 4. Impr. Antoninus aa. Sulpicio. Servi testamentum dominorum non data libertate legatum seu fideicommissum [3] *non valet nec convalescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sunt.*

[1] *Ex male intell. v.* furentem? [2] *Lege* Pius. [3] *Add.* relictum.

Digitized by Google

Lex 5. [6] *Idem a. Iulio.* [5] Legatariis[1] ad iudicium non est provocari.

Lex 6. [7] *Idem a. Faustino.* [6] Legatario si per codicellos substituto illi fecit, nichil est.

Lex 7. [8] *Idem a. Demitrio.* [7] Fundum, quem pater fratribus suis dedit, tibi legavit, et a tę queritur.

Lex 8. [9] *Impr. Alexander a. Antiocho.* [8] Tutor sacramentum non prestat, si a patre constitutus est; et que illi legata relicta sunt exigit, et a tutela non repellitur.

Lex 9. [10] *Idem a. Ingenne.* [9] Si accusatus testamentus falsus legata persolvere, accepto fideiussore, si ita claruerit, restituatur. [f. 150]

Lex 10. [11] *Idem a. Albiniano.* [10] Legata relicta res alienas credens suas esse, ab herede adimpletur.

Lex 11. [12] *Idem a. Muciano.* [11] Que tibi relicta sunt postea in dote data sunt tibi, tacebis.

Lex 12. [13] *Impr. Dioclit. et Max. aa. Severe.* [12] Si legatum quam iussit testator a matre filia accipere, si ipsa filia non est heres matri, legatis exigi potest.

Lex 13. [14] *Idem a. et c. Tatiano.* [13] Testari[2] non licet iubere heredi, ut de suo solvat legata.

Lex 14. [15] *Idem a. et c. Terentio.* [14] Testatorem[3] legata non exiguntur, sed post eius obitum.

Lex 15. [16] *Idem a. et c. Scyllae.* [15] Si testator significet nemini debere et post debitus claruerit, redditur; et quod remanserit salva falcidia heredi, tunc libertas et legata solvatur.

Lex 16. [17] *Idem a. et c. Euticiano.* [16] Si creditor debitori suo pignus eius legatario nomen ab herede precipiet, exigitur.

Lex 17. [18] *Idem a. et c. Iustino.* [17] Relicta legata exigi licet a libertis et ingenuis.

[1] *S.*[a] *H. add.* n̄e (non est). [2] *Lege* testatori. *H.* [3] *Intell.* a testatore *vel* vivente testatore; *sed genuina constitutio aliena prorsus continet.*

Digitized by Google

Lex 18. [19] *Idem a. et c. Niconi.* [18] Legata non cum iniuria exiguntur per procuratore, sed per se.

Lex 19. [20] *Idem a. et c. Euticiano.* [19] Successio vel legata mox post defunctum consequatur.

Lex 20. [21] *Impr. Constantinus a. ad populum.* Inter [f. 150 v.] herede et legatario causatio non oriatur.

Lex 21. [22] *Impr. Iustinianus a. Moene pp.* Legata, que singulis annis testator dari iussit, persolvantur ab heredibus et proheredibus eius.

Lex 22. [23] *Iustinianus a. Iuliano pp.* Si quis antea totam possibilitatem cuidam donavit, liceat exinde per testamentum tertiam partem deliberare in alio. *In ea lege abet verba hec ad locum* [§ 2] *dicit ubi « huiusmodi igitur* [1] *» dicit:* Si ante cuidam res fuerat conlocata et postea in ipso et alio eadem rem per testamentum in senis unciis reliquid, conservetur testatori voluntas.

Lex 23. [24] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Qui filio suo exheredavit et legato illi reliquid et substituto illi constituit, substitutus repellitur.

Lex 24. [25] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Cui legatum relictum est si testamentum celavit, transigere. [26] Quod si testator iussit, ut post aliquos tempus mortis sue consequatur legata, heredes dent fideiussore de conservandis rebus.

Lex 25. [26] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Legatario vel fideicommissario cautionem in personam heredes exponere post transactum tempus.*

Titulus XXXVIII. De verborum rerum significatione. [f. 151]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Antipatro. Qui fundum vendidit oleum, quem ibi abuit, non tenetur. Nam sibi ad expensas ibi abuit, legatarius [2] legatario eas relinqui licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Trifino. [3] Fundum si

[1] *Lege* ubi dicit: Huiusmodi igitur. Si *etc.* [2] legatarius *del.* [3] *Iust.* Rufino.

Digitized by Google

donatus fuerit cum omnia ibidem pertinentes, capiuntur simul et movilia seseque moventibus.

Lex 3. Imp. Iustinianus a. Iuliano pp. Sancimus cautionem nomine specialiter vel in grecis vel in latinis verbis scriptum fuerit. Nisi enim generaliter de satisdatione vel fideiussionem specialiter sit nominatum, cautionem vel cautela velut φι *iam*[1] *miniminime*[2] *fideiussionem, sed in nullam*[3] *promissionem significari. Dat. Kl. Martias pc. Lampadio et Orestes.*

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. In testamentum liceat heredem instituere legata quod voluerit solvi et libertatem dari et tutorem instituere.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Liceat parentibus filios et nora et genero instituere et libertatem et legata ab eos dari, non autem filii patrem[4] vel matrem legati relinquant.

Titulus XXXIX.[5] Si ommissa sit causa testamenti. [f. 151 v.]

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Ianuariae. Si in fraudem legatorum ad substituto heres substituto[6] transtulit, dari vendendum est.[7]

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Victorie. In quem factus est testamentus si noluit adhire, et alios propinquos ab intestato adiente non solvet legata nec libertatem prestant.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et cc. Proetpiet.[8] Si patri tuo relicta est facultas, sed ille non adhiet, set post obitum eius vos adistis, legata persolvis.

Titulus XL. De indicta viduitate et de lege Iulia miscella tollenda.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Bono. Si maritus uxoris legatum reliquid, si ad secundas nuptias non migrare, legatum abere, valet.

[1] *Lege* vel ἀσφαλείᾳ. [2] *Lege* minime. [3] *Lege* sed nudam. [4] *S.*[a] *add.* filii. [5] *S.*[a] Lex VI. [6] substantiam? [7] *Iust.* utilis actio .... competit. [8] Apro et Piae.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Non liceat maritum uxorem suam ad sacramentum tenere vel per testamentum, ut maritum non ducat nec filios faciat, aut nichil substantiam eius abeat; invalidum est.[1]

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Maritus et uxor testati fuerint, ut, si superstites ad secundas migraverit nuptias, nichil de eius substantia consequatur, nichil est; sed migret ad nuptias et omnia abeat secundum testamentum.

TITULUS XLI. De his, qui poene nomine in testamento vel codicellis relinquuntur.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Precipientes nul- [f. 152] *lum valere dicendum poene nomine quodam esse relectam*[2] *vel adeptam.*

TITULUS XLII. De fideicommissis.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Demitrio. Si filius petit patrem alimenta et indumenta, ut eas postea redderet, exigitur.

Lex 2. Idem a. Eupatrio. Si legata ab herede soluta sunt, sine causa proherede eius pulsantur.

Lex 3. Idem a. Rufino. Liberta intestata sine filiis decessit, heres succedit manumissor.

Lex 4. Impr. Alexander a. Victorino. Si voluntatem defuncti adimplisti, que egisti firma sunt.

Lex 5. Idem a. et c. Regine. Si fratri tuo non es relictus substitutus a defuncto, successisset[3] que legata reliquid consequeris.

Lex 6. Idem a. Nilo. Si testator res oblegatas legatarii reliquid, heres colligat et tradat, aut pretium eius det.

Lex 7. Idem a. Septimo. Propter deliberationem testatoris intentio est, iudex prevideat.

Lex 8. Idem a. Marcello. Liberto que dimissa sunt exigat.

Lex 9. Impr. Gordianus a. Paulinae. Cui nichil relictum est, nec ipse ex ea hereditate alii relinquere potest.

[1] inval. est *del.?* [2] *B. H.* relictam (*Iust.* relicta vel adempta).
[3] non succedis, sed?

Digitized by Google

Lex 10. Idem a. Firmo. Qui dixit « volo hec fieri », etsi non est *perfectum,* si sana mente hoc dixit, valet.

Lex 11. Idem a. Appiano. Quotiens res venditur ab [f. 152 v.] alio, si his, cuius fuit, consensit, venditio evelli non potest ab eo, cuius fuit.

Lex 12. Impr. Philippus a. et Philippus c. Rufine. Hereditatem paternam a fratribus compellitur refundere per testamentum patris, retinet sibi falcidia.

Lex 13. Idem a. et c. Simpronia. Substitutus legata non solvit, sed heres.

Lex 14. Impr. Valerius et Galienus aa. Falconi. Duodecim annorum frater tuus precandum iussit legatum dare, si tu heres successisti, persolvis legata.

Lex 15. Idem a. et c. Philograti. Frater tuus de tua portione indivisa testare non potuit, set de sua.

Lex 16. Impr. Carus, Carinus, Numerius aaa. et c. Hysidore. Heres legata post omnimodo adempta[1] hereditate persolvat.

Lex 17. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et cc. Fortunato. Si testator deliberavit quomodo reddatur creditorum debitus, adiacet heredi perscrutare, si vellet accidere.

Lex 18. et c. Pollausto. Defunctus invitus cui aliquid cessit vel iussit, invalidum est.

Lex 19. [20] *Idem a. et c. Iuliano. Etiam a pupillorum tutoribus velut ab ipsis relicta fideicommissa debentur.*

Lex 21.[2] *Idem a. et c. Tiberio.* Si heres patri tuo est, legata, quem ille abuit dare, tu persolvis. [f. 153]

Lex 22. Idem a. et c. Planciano. Per epistulam vel parve scriptum vel in verbo legata relinquuntur, adibiti testes.

Lex 23. Idem a. et c. Stratonico. Si sollemnitas legitima non est facta, adibisti hereditatem, legata persolvere non cogeris.

Lex 24. Idem a. et c. Menestrato. Heres non tradit legatariis documenta possessiones, que illi relicta sunt, sed cautionem facit, ut, quando necessaria fuerit, manifestet illas.

[1] *Lege* adepta. [2] *Lex 20 desideratur.*

Digitized by Google

Lex 25. Idem a. Iulianae. Ad heredes res proprias fideicommisso relinqui debent.

Lex 26. Idem a. et c. Gaio. Legata repudiasti, adhire non potis; si pater tuus pro te eas repudiavit, non te nocebit.

Lex 27. Idem a. et c. Olympiade. Heres si substantia renuntiavit,[1] legata dari non compellitur.

Lex 28. Idem a. et c. Gaio. Libertas inutiliter data non valet.

Lex 29. Idem a. et c. Achilleo. Testamentus non legibus factus nec fideicomisso valet, si ipsi heres non succedent ab intestato.

Lex 30. Impr. Iustinianus a. ad Demostheni pp. [31] *Si utilis est huiusmodi fideicommissum, tota igitur antiqua*[2] *super hoc explosa nobis in oc casum*[3] *placuit emancipatus aut pote iniuria patre effectus*[4] *non compellatur*[5] *fideicommissum a sua persona* [f. 153 v.] *relictum prestet.*[6]

Lex 31. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [32] Legatarius petat fide heredi, si iussus est illi aliquid dare vel quanto, et quod iuraverit credatur. Quod si ignorat, legitima probatio fiat. *In ea lege verba hec sunt ad locum:* [§ 2] *Quemammodum extraneam fidem.* Qui voluntatem testatoris non adimplevit, recedit a successione.

Lex 32. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Ubi dicit: Ut duo testes dicant testimonium.

TITULUS XLIII. Communia de legatis et fideicommissis et de in re missione tollenda.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Legatariis exactio XXX^ta^ annis non excludent, quia non est personarum actio, sed in rem, qui et epothecaria dicitur. De quadraginta inante alia invenisse lege.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Legatariis omnino ab heredes compleatur, ut, sicut gaudet heres, ita et legatarius.

Lex 3. Impr. Iust. a. Ioh. pp. Si pluribus relicta fuerit here-

[1] *S.*[a] repudiavit. [2] *Adde* dubietate. [3] *S. H.* occasum. [4] *Lege* utpote iniuria a patre adflictus. [5] *S.*[a] compellitur. [6] *Lege* praestare.

Digitized by Google

ditas, per sorte dividatur. Serviles masculi et feminas supra decem annis viginti solidos valet, minor decem, artifex triginta solidos, notarius quinquaginta, medicus; [1] eunuchus decem decem [2] annorum decem XXX solidos, maiores quinquaginta solidos; *sin autem artifices sint* comate LXX. solidos. [3] Quod otio [4] alicui re- [f. 154] lictum fuerit, estimationem eius det, si in ipsa intentione mortuus fuerit, medietatem pretii det heres. *In ea lege abet verba ista ad locum:* [§ 2 a] *Nemo itaque ex.* [5] Quod ipse non possidet, ad alium transferre non potuit, nec obligare, nec manumittere eas res, quas alius iussus est accipere.

Titulus XLIV. De falsa causa legato vel fideicomisso.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Septimo. Testator si dixit « nemini debeo, nemo michi debet », nichil est, sed que prolata fuerit exsecuntur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Faustinae. Si testator dixit quedam sibi debitorem, non exigitur citra probationem.

Lex 3. Idem a. Venerie. Testator dixit dotem vel sponsalia adimpleta fuisset [6] vel deberi, probatio est necessaria.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Alexandro. Dotem, quem accepisti, per testamentum significis eam uxori tue reddidisses aut socer tuus tibi eas donavit, ostendere debis.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. et cc. Severe. Si testator dixit dotem accepisset eam reddi, [7] probari oportet eam reddidisse.

[8] De his, que sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Satornine. Testator pro adimplenda legata conditionem posuit, valet. [f. 154 v.]

Lex 2. Impr. Gordianus a. Ammonio. Conditio testamenti valet et per codicellis.

[1] *Adde* sexaginta. [2] *Lege* minor decem ann. [3] *Iust.* sin autem artifices sint usque ad LXX sol. [4] *Intell.* optio. [5] *Iust.* ea. [6] *B.* fuisse. [7] *Fortasse* « d. accepi set e. reddidi ». [8] *Adde* Titulus XLV.

Digitized by Google

TITULUS XLVI. De conditionibus insertis tam legatis quam fideicommissis et libertatibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Claudie. Si testator iussit, ut post obitum tuum neptis tua tibi succedat, si filios non abueris, valet.

Lex 2. Idem a. Gallicano. Si testator legatum te accipere iussit, si marito non deservieris, firmum est.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Aurelio militi. Si testator iussit te legatam accipere, si matrem suam non deservierit, placitus custodiendus est.

Lex 4. Impr. Alexander a. Liciniae. Legata tibi relicta, ut filium eius maritum abueris, et quia ante coniunctionem mortuus est, nichil consequeris.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Faustino.[1] Si mortuam viventem patrem legatum tibi reliquid interdicente patre, si non fuit emancipata, invalidum est.

Lex 6. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Si testator servum suum libertatem sub conditionem dedit, quid ut faciat aut servo pro se det, et pretermisit, in servitio permanet. Si quem ut daret, ad hostibus tultus est, quindecim solidos pro eodem det. *Peremptum* absolutum.[2]

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Testatori[3] plures personas una conditione facere iussit et accipere eos certam rem, qui non adimplevit, ipse solus culpetur. [f. 155]

TITULUS XVLII. De usuris et fructibus legatorum vel fideicomissorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. et c. Maximo. Legata cum usuris et fructibus exigantur ex die pulsationis.[4]

Lex 2. Impr. Antoninus a. libertis Cassiani. Qui falcidia relicta ex testamento moratur dare, cum usuris reddat tamquam stipulatu.

[1] *S.*[a] Faustine. [2] *Glossa.* [3] *Lege* Testator si: *B.* testori. [4] *Iust.* ex eo tempore, quo lis contestata est.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Alexander a. Patrono. Quod tibi ex legato relictum est, mora damni heredis est.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Dionisio. Legata morata a die pulsationis[1] causa nascitur, non a die defuncti.

Titulus XLVIII.

Lex Greca.[2]

Titulus XLIX. Ad senatumconsultum Trebollianum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Probo. Si heres institutus ante omnes creditores tres uncias tollet, a[3] creditores reliquo tollent, vel, si quid legati datum est, creditor illis exigit.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Iuliano. Heredes portionem suam[4] honera debiti solvant.

Lex 3. Impr. Carus, Carinus et Numerius aaa. Zotico. Testator si per legatis sine herede de bona sua deliberavit, nichil est; ab intestato succedent propinquis. [f. 155 v.]

Lex 4. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et c. Quintiano. Testator si iussit legatarios in[5] uncias accipere, ita ut heres de tres uncias minus non abeat, firmum est, set heres sibi primitus tres uncias salvet.

Lex 5. Idem a. et c. Verissimo. Si mulier in mortem suam sine testamentum marito et filiastro suo heres esse voluit, que iussit legata adimpleantur.

Lex 6. Impr. Zeno a. Dioscoro pp. Si parentes filiis suis deliberaverit, ut, qui prius eorum mortuus fuerit, alius illi succedat, valet deliberatio in hoc, quod supra falcidia portionis eius illi reliquid.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Que pupillo ab alio relicta sunt tutor exigat, et desuscepto faciat. *In ea lege abet hec verba ad locum: Itaque sive per contumatia.* Si ab herede legata non exigisti, a substituto exigis.

[1] *Iust.* post litis contestationem. [2] *Quattuor versus vacant.* [3] aut? [4] *Lege* pro portione sua. *H.* [5] novem?

Digitized by Google

Lex 8.[1] *Impr. Iust. a. Ioh. pp.* Si testator legata ab herede dari iussit et heres easdem substituto reliquid, a substituto legata solvantur.

Titulus XLIX. [L] Ad legem falcidiam.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus a. et c. Proco. Si minus de falcidia tibi reliquid, ipsam exigere potes in integro.

Lex 2. Idem a. et c. Laterano.[2] Cui hereditas competit, si minus de falcidia illum heredem vel legatario reliquerit, falcidiam exigat.

Lex 3. Impr. Alexander a. Hermagore. Minus de falcidia [f. 156] filiis et nepotibus per legato relinqui non potest, nec si amplius proficiscet exigere.

Lex 4. Idem a. Philetiano. Falcidia relinqui filiis licet.

Lex 5. Idem a. Samosite. Si mater in filia parva donationem fecit, quem sola abere voluit, falcidiam persequitur.

Lex 6. Idem a. Secundine. Falcidia quarta pars est ex omni substantia, et cui minus reliquit exequi potest.

Lex 7. Idem a. Pomponio. De militi testamento falcidia adici non licet.

Lex 8. Idem a. Aurelio. Si frater tuus, cui tu a patre scriptus fuisti, herem te instituit et legata plurima dare iussit, minus de falcidia adire non potest.

Lex 9. Impr. Gordianus a. Mestriano. Heres legata persolsit et minus de falcidia illis remansit, repetere non potuit legatarius.

Lex 10. Idem a. Diogeni. Cui competit successio minus de falcidia non potest abere.

Lex 11. Idem a. Maximo. Si portionem tuam pater fratribus tuis iussit per testamentum dari, falcidia repetere licet.

Lex 12. Impr. Dioclit. et Max. aa. Iustino. Placitus in coniugium, ut superstis falcidia abeat, invalidum est.

Lex 13. Idem a. et c. Zeto. Si quis servum tuum heredem in-

[1] *S.*[a] Lex VIIII. [2] Laterano, *ut videtur, ex subscriptione const.* 1 *vel* 2: *Iust.* Sanctiano.

Digitized by Google

stituit, ut liber sit, et plus est substantiam, quam pretium servi, ille erit liber et dominus eius substantia illi relicta lucravit. [f. 156 v.]

Lex 14. Idem a. et c. Pausune. Patris substantia, que adibisti, restitues pro debitum, quem administravit tutele, aut, quantum heres es, persolvis; nam fundum, quam tibi pater dedit, falcidia retinebis.

Lex 15. Idem a. et c. Pomponi. Si dotem suam mulier per testamentum marito cessit, falcidia exinde filiis restituatur.

Lex 16. Idem a. et c. Diomedi. Testator herem de alienis rebus fecit et legata de suo, heredi salvatur falcidia de proprio.

Lex 17. Idem a. et c. Gaio. A coheredibus petere potis falcidia.

Lex 18. Imp. Iustinianus a. Ioh. pp. Si testator minus de falcidia ad heredibus reliquid, salvetur primo heredi falcidia.

Lex 19. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Heres si legatis persolsit aut cautionem emisit, non abet fiduciam dicere « quia minus abeo [1] de falcidia, refundite [2] michi de portiones vestras ».

TITULUS L. [LI] De caducis tollendis.

Lex 1. Imp. Iustinianus a. Senatu urbis Constantinopolitane et urbis Rome. [§ 15] *Locum autem huic legi constituimus in his defunctorum vel* [3] *elogiis.* Leg. lex ipsa lege et alia multa invenies.

TITULUS LI. [LII] De his, que antea per tabulas hereditates transmittuntur.

Lex 1. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Horsmide pp. Filie, nepotes et pronepotes parentum suorum tamquam debitam substantiam ita occupent. [f. 157]

TITULUS LII. [LIII] Quando dies legati vel fideicommissi succedet.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Agrippe. Legatariis exigunt heredem, que singulis annis iussi sunt accipere.

Lex 2. Idem a. Prisco. Si ager plurimis legatis est derelictis, unusquisque eos heredes pro parte succedant.

[1] *S. H.* ab eo. [2] *S. H.* refundi te. [3] vel *del.*

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Elie. Etsi defuncta est legataria, heres eius potest exigere que illi relicta erant.

Lex 4. Idem a. Ambite. Si uxore marito iussa est, ut a filiis legata accipere, exigi potest.

Lex 5. Impr. Alexander a. Maximo. Si testator iussit ab heredem [1] suum accipere illa decem solidos, dum ad legitimos annos pervenerit, si antea mortua est, heres illius lucrabit.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Eusebio. A patre si a sorore tua iussus est legata accipere, si non accepisti, falcidia facultatis petere potis.

TITULUS LIII. [LIV] Ut in possessione legatorum vel fideicommissorum servatorum causa mittatur et quando satisdare debet.

Lex 1. Impr. Divus Piius [2] *Salvio.* Que iussum est a testatore accipere, ab herede consequatur.

Lex 2. Impr. Divus Martius Stratonice. Ipsis rerum experimentis cognovimus ad publicam utilitatem pertinere, ut satisdationis, que voluntate defunctorum tuendi gratia potest autem [3] *item fidei-* [f. 157 v.] *commissis iniuncte sunt, eorundem voluntatem remitti possint. Quocumque enim in* [4] *iudicio voluntatis cautio legatis sive fideicommissis remitti potest. Sine die et cons.*

Lex 3. Impr. Severus et Antoninus a. Siphorisi. Que legatis relicta sunt si cuidam distracte sunt, ab erede restituantur.

Lex 4. Idem a. Protagore. Pupilli a creditoribus actionem non abent.

Lex 5. Impr. Alexander a. Paulinae. Qui legata sive fideicommissa causa in possessionem mittitur, [5] *non proprietatem nanciscuntur, sed ius pignoris.*

Lex 6. Idem a. Donato. Fideicommissum servandi causa in possessionem: post sex menses. Lex ipsa lege.

[1] *B.* herede. [2] *B.* Pius. [3] *Iust.* t. gratia in legatis. [4] in *del.* [5] *Lege* legati ..... fideicommissi ..... mittuntur.

Digitized by Google

Lex 7. Idem a. Procliano. Fideicommissum et legatis his, cuius ususfructus est, utatur lege.

Lex 8. Idem a. Zenodote. Contra eos, qui rem publicam administrant, *sub condictione relictis fideicommissis.* Lege ipsa lege.

TITULUS LIV. [LV] De suis et legitimis liberis et ex filia nepotibus ab intestati venientibus.

Lex 1. Impr. Severus et Anthoninus aa. Crispine. Soror fratri suo centum dies morata fuit heres succedere, non excluditur.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Avie. Nepotes avo suo per stirpe succedant.

Lex 3. [4] *Idem a. et c. Marcelle.* Postumus cum frater natum ab intestati equum succedant.

Lex 4. [5] *Idem a. et c. Apiano.* Adoptivus et natuli [1] filii [f. 158] aequum succedant.

Lex 5. [6] *Idem a. et c. Possidonio.* Ex libera et servo natus adulterius [2] est, nec ad honorem pervenire potest.

Lex 6. [7] *Idem a. et c. Emiliano.* Filius ex liberta in potestate patris est liber.

Lex 7. [8] *Idem a. et c. Cathoni. Apud hostes patre defuncto filia communis vobis, quo casu scientia* abona [3] *mortis non prestolatur, heres extitit sua et ad te transmisit successionem. Sub die decimo Kl. Decb. Nicea.*

Lex 8. [9] *Impr. Valentinianus et Theod. aa. Const. pp.* Defuncto avo superstites filios et nepotes per stirpes dividant, et nepotes tertiam partem refundant suis avunculis vel amitis.

Lex 9. [10] *Impr. Honorius et Theod. aa. Maximo pp.* Successio avie filius et deminutio capitis non opponitur.

Lex 10. [11] *Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum urbis Rome.* Defuncto filio superstite matre vel avia matre succedat.

Lex 11. [12] *Impr. Iustinianus a. Mene pp.* Mortua persona

[1] *B.* naturali. *Lege* naturales. [2] *Lege* adulterinus. [3] abona (bona?) *del.*

Digitized by Google

superstite nepotes ex filio et alios nepotes ex fratre, succedunt nepotes ex filio.

Titulus LV. [LVI] Ad Senatumconsultum Tertullianum.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Vavinie. Defuncto filio superstite matre, ipsam heres succedit.

Lex 2. Idem a. et c. Resue. Defuncto filio superstite [f. 158 v.] matre, ipsa[1] ab intestati succedit.

Lex 3. Impr. Constantinus a. Catilino prefecto Africe. Mater minori etate si filio suo tutorem non petiit, si mortuus est, a successionem non excluditur mater.

Lex 4. Impr. Grat. Valens et Theod. aaa. Eustrophio pp. Defuncto marito superstite matrem cum filio, si intra annum migravit ad nuptias, infamis est; si veniam ab imperatore petierit et remiserit, reparavit: in coniunctionem filiorum priorum sex uncias donec ex suo matrimonio[2] retento sibi usumfructum. Aboliti absolutio.[3] *In ea lege abet verla: Ex viro priore.* Mulier, qui ad secundas nuptias migravit, defuncto filio superstite matre et fratre defuncti, patri debetur successio; quod si sola mater supersit, ipsa successit.

Lex 5. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. Mulier si post mortem filia ad secundas[4] non migravit, morte filii ipsa lucret. Quod si migravit, usumfructum de sponsalibus suis abeat, proprietas superstitis fratri sit defuncti.

Lex 6. Idem a. et Florentino pp. Mulier, qui suscepit gubernare tutela filii, ad secundas nuptias migravit priusquam ei petiit tutore, et si moriatur filius, non illi succedat heres.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Defuncto filio superstite matre et nepotes et filiastrum, medietas sit matri secundum [f. 159] antiquas leges. *In ea lege abet hec verba ipsa ad locum: Si vero matre superstite.* Defuncto filio suo superstite[5] matre et fratres et nepotes equum dividant. *In ea lege hec verba ipsa ad locum: Vel*

[1] *B. om.* ipsa. [2] donet, nec ex suo patrimonio? [3] Aboliti (l. abolitio) absolutio *glossa.* [4] *Adde* nuptias. [5] *S.*[a] *add.* et.

Digitized by Google

ex constitutionibus parte matris. Defuncta persona superstite pater et mater et fratres, medietas parentibus est usumfructum.

Titulus LVI. [LVII] Ad Senatumconsultum Orphitianum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Evacelo. Defuncta muliere superstite filia et parentes, filia succedit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Merodore. Defuncta persona superstites duos filios et alio emancipato, si mortuus emancipatus, duo filii succedant exclusos[1] omnes parentes.

Lex 3. Idem a. et c. Iuliane. Defuncta muliere filius succedit.

Lex 4. Idem a. et Valentinianus et Theod. aaa. et c. ad Elarium pp. Filii emancipati et parentes invicem sibi succedant.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Mulier inlustris abens[2] filios ex nuptiis, alios ex adulterio, ex nuptiis filii succedunt mulieri. Minor sit, alio modo abeat filios, omnes succedant matri.

Lex 6. Idem a. Iuliano pp. Quidam iussit heredi dari libertatem ancille; mora faciente si ancilla peperit,[3] liber natus est et matrem heres succedit.

Titulus LVII. [LVIII] De legitimis heredibus. [f. 159 v.]

Lex 1. Impr. Alexander a. Cassio Ermosiano. Fili parentibus succedunt exclusos alios parentes.

Lex 2. Idem a. Tatiane et aliis. Si filius patri successionem ipso vivente repudiavit, post eius obitum adire non potest.

Lex 3. Impr. Decius a. Asclepiodote. Frater patri moritur[4] exclusos nepotes.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aa. Cecilio. Si nepus tuus intestatus aut quattuordecim annis decessit testatus, tu illi succedis.

Lex 5. [6] *Idem a. et c. Claudiane.* Cui competit successio ea repudiavit, alius propinquus succedit.

[1] *B.* excluso. [2] *B.* absens. [3] *S.*[a] *H.* peperrerit. [4] Fratris patrimonium? *Supple ex. gr.* habeat.

Digitized by Google

Lex 6. [7] *Idem a. et c. Lamnio.*[1] Defuncto nepote succedit frater patris eius, exclusa sorore matris defuncti.

Lex 7. [8] *Idem a. et c. Silviano.* Cui conpetebat successio in captivitate decessit, propinquus illi succedat.

Lex 8. [9] *Idem a. et c. Damagore.* Soror sorori succedit excluso avo materno.

Lex 9. [10] *Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio pp.* Cui competit successio pupilli si post obitum patris intra anno tutore illi non petierit, et mortuus fuerit, non illi succedit, sed alii.

Lex 10. [11] *Impr. Anastasius a. Constantino pp.* Qui filios suos emancipavit, non illi abstollatur avitio[2] vel a posteris eorum. [f. 160]

Lex 11. [12] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Uxor si quinquagesimo etatis sue anno partum fecit, cum aliis heredes succedat.

Lex 12. [13] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Si filius emancipatus mortuus fuerit intestatus sine liberis superstite patrem et fratrem, usumfructum sit patri, proprietas autem sit fratris.

Lex 13. [14] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Equum veniant ad successionem fratres et sorores de uno patre et matre progeniti. *In ea lege abet hec verba ipsa ad locum,* [§ 3] *ubi dicit: Fratris filius ad successionem.* Defuncta persona superstites nepotes ex fratres et alius de sorore, anteponuntur in successione nepotes ex fratre et per capita dividant.

Lex 14. [VI, 59, 7][3] *Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Nicolao.* [ibid. 6] Propinqui ab intestato succedant.

Lex 15. [ibid. 7] *Idem a. et c. Nicolao.* [ibid. 8] Heres si ante testamentum vel post repudiavit hereditas, invalidus videtur testamentus.

Lex 16. [ibid. 9] *Idem a. et c. Sopatro.* Si liber homo ancillam suam uxorem abuit, dominus ancille liberus esse[4] non successit.

Lex 17. [ibid. 10] *Idem a. et c. Danato.* Nutritores ab intestato heres non succedit, quem nutriit.

Lex 18. [ibid. 11] *Impr. Iustinianus a. Demostheni pp.* Defuncto

[1] *B.* Iamnio? *Iust.* Ammiano. [2] *H.* auctio: *idem coniec.* agnatio. *Iust.* legitima iura. [3] *Cfr. Praef.* § 2. [4] libero heres?

Digitized by Google

filio superstite patre et germano et fratre uterinum, germanus illi succedit de castrense peculio.

TITULUS LVIII. [LIX] De communia ad successionibus.[1] [f. 160 v.]

TITULUS LIX. [LX] De bonis maternis et maternis generis. [f. 161]

Lex 1. Constantinus a. consulibus, pretoribus, tribunis, senatui salutem. Defuncta muliere superstite marito et filio res eius pater tueat et usumfructum capiat et utilitate filii peragat. Quod si res filii distraxerit, non sit perscriptio filii repetendo.

Lex 2. Impr. Archadius et Honorius aa. Florentio pp. Omnia, que ex linea materna sunt, tueantur a patre, et usumfructum capiat et non distraatur.

Lex 3. Impr. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum urbis Rome. Defuncta muliere reliquid marito et filios emancipatos, res emancipatas[2] filii tollent; si alii non[3] sunt non emancipati, patris est usumfructum; hoc est in nepotibus est servanda. *In ea lege hec verba specialiter sunt ad locum* [§ 2 *a*]: *Deteriores et in*[4] *nepotibus filii non sinantur.* Mortua muliere reliquid marito et filio aut nepote, usumfructum avum est, proprietas filio et nepote.

Lex 4. Impr. Leo a. Colligrato pp. Defuncta muliere superstites marito et filios, usumfructum marito abeat, si ad secundas venerit nuptias non an non.[5]

TITULUS LX. [LXI] De bonis, que liberis in potestate constitutis ex matrimonium vel aliter adquiruntur, et eorum administrationem.

Lex 1. Theod. et Valentinianus aa. ad Senatum. Filius [f. 161 v.] aut filia matrimonio iuncta adquisierit ab avo vel avia, ipsorum sit, non patri eorum.

[1] *Fol.* 160 *v. vacat.* [2] *Lege* emancipati. [3] non *del.* [4] *Pro* et in *lege* esse. [5] *Lege* sive ad secundas.... sive non.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. et c. Hierio pp. Quocumque casu avo vel avia vel proavo filia adquisierit sub patre, usumfructum sit patri.

Lex 3. Idem a. et c. Florentio pp. Defuncto filio superstite patre et avo si filia [1] non reliquid, patri est proprietas, usumfructum avo.

Lex 4. Impr. Leo et Antoninus a. Eritrio pp. Adquisitio filiorum patris vel matris est usumfructum. Quod si eas res parentes distraxerit, post eorum transitum filii vel nepotes exigant, remota prescriptionem.

Lex 5. Idem a. Nepoti magri [2] *militum Dalmatiae.* Vivente patre sponsum vel sponsa que in coniunctione contulerint, firmum non est. *Verba hec leg.* Ipsa filia sub patre que ab sponso vel marito adquisierit, non est patri.

Lex 6. Impr. Iustinian. a. Demostheni pp. Omnem adquisitionem filii, excepto castrense peculio, patri sit usumfructum, et de usumfructum si quid adquisierit, cui vult dimittat. *In ea lege verba hec ipsa sunt ad locum* [§ 3]: *Sancimus huiusmodi casus.* Filius quod a patre in mancipatione accepit, medietatem retineat pactus [3] usumfructum excepto castrense peculio. *In ea lege* [§ 4] *verba hec ipsa: Ex quo epothecas.* Res filiorum, que patri debentur usumfructum, vendite sunt, post obitum patris sit repetitio, et non com- [f. 162] putetur anni, ex quo distractum est.

Lex 7. Impr. Iust. a. Iuliano pp. Filiusfamilias quod ab imperio adquisierit, ipsius sit, nec abeat pater vel mater aut avus exinde usumfructum.

Lex 8. Impr. Iust. a. Ioh. pp. Ex omnem adquisitionem filii portio [4] est usumfructum. Si aut [5] filii legitime etate ab aliquo res relicte fuerint et filius volueri [6] adire, pater adhierit, si quo damnus exinde emerserit, patri erit: similiter et si quid patri relictum fuerit et noluerit adire, filius adierit, omnem damnum filio sit, quia licet hoc filio adire et patrem. Militi de castrense peculio licet facere. *In ea lege* [§ 4] *verba hec ipsa: Est* [7] *alienum* si *supersederit.* Pro

[1] *Lege* filios. [2] *Lege* magistro. [3] pater? [4] *Lege* patris. *H.* [5] autem? [6] *Lege* voluerit. [7] *Lege* aes.

Digitized by Google

rebus filiorum si debitus est et non est redditus, unde reddatur, licet patri res filiorum vendere et debitum reddere. *In ea lege verba hec ipsa ad locum* [§ 4 *e*] *sunt: Ipsum autem filium aut filiam.* Liceat patri pro necessitatem famis res, que filiis competit, venundare et pignus ponere et cum eis vivere. *In ea lege verba hec ipsa ad locum* [§ 6 *b*] *sunt: In sacris constitutum vel patria potestate.* Que filio ab alio relicta est facultas si pater repudiavit, filio preiudicio non fecit.

Titulus LXI. [LXII] De hereditate decurionum, naviculariorum, coortalium militum et fabricentium.

Lex 1. Impr. Constantinus a. Musciano prefecto anne.[1] Navicularii, qui publico administrant, si moritur sine filio et parentes et intestatus, alii naviculari succedant excluso fisco. [f. 162 v.]

Lex 2. Impr. Constantinus a. Bono magistro militi et equitum. Qui honeribus publicis militant moritur absque herede, corpora eius illi succedant.

Lex 3. Idem a. Rufino pp. Qui in operibus publicis constituti sunt sine herede mortuus fuerit, corpora eius ei succedant.

Lex 4. Impr. Theod. et Valentinianus a. Florentio pp. Curiales moriens sine herede, curiales illi succedant.

Lex 5. Idem a. Aurelio comiti rerum privatarum. Faber fiscalis[2] moriens sine herede, illi succedant fabri.

EXPLICIT LIBER CONSTITUTIONUM VI ADNOTATIONUM DOMINI IUSTINIANI FELICITER.

[1] *Lege* annonae. [2] *Iust.* Fabricensis.

Digitized by Google

INCIPIT LIBER CONSTITUTIONUM ADNOTATIONUM
DOMINI IUSTINIANI VII.

TITULUS I. De indicta[1] libertate et apud consilium manumissionis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Terentio. Qui iuste manumissus est inquietari non potest.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Callistrio. Data libertas refragari non potest. [f. 163]

Lex 3. Idem a. et c. Attiae. Nec mulierem per maritum nec alium per procuratorem vindicta manumittere posse non est ambigui iuris.

Lex 4. Imp. Const. a. Maximo pp. Ante iudicem vel curia libertum facere licet a domino, ut liber sit servus eius.

TITULUS II. De testamentaria manumissione.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Primo. Viginti annorum etate XX[2] per testamento data libertas valet.

Lex 2. Idem a. Filito. Testator quem manumisit, dum dominus vivet, serviat.

Lex 3. Idem a. Ephiposi. Heres si a successionem se abstineat, libertati non impedit.

Lex 4. Idem a. Anchilao. Si pater tuus libertus est, cuius tu heres es, quod ante libertatae domino suo debuit non reddet, nec rationem ei tu facis.

Lex 5. Imp. Alexander a. Quintiano. Qui creditoribus obnoxius fuit servum quem libertavit, non illi prodest.

[1] *Lege* vindicta. [2] XX *del.*

Digitized by Google

Lex 6. Impr. Gordianus a. Phisistrato. Qui te libertavit si heres demisit, ut sufficiad creditoribus, valeat tibi libertas.

Lex 7. Idem a. Iuste. Servum, quem auctor [1] tuus liberum esse noluit, tu non libertis.

Lex 8. Imp. Philippus a. et Philippus c. Gemello. Servum quem in coniunctione filii sui [2] fecit, firmum est.

Lex 9. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. Mauro. Si extraneum servum herem fecerit, valet; nam liberum eum facere non potest. [f. 163 v.]

Lex 10. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Germano. In verbo data libertas valet, si aliud non impedit.

Lex 11. Idem a. et c. Laurinae. Si legibus non est factus testamentus, libertas servi cassatur, si non fecit, ut pro codicellis valet.

Lex 12. Idem a. et comiti [3] *Phizosi.* [4] Recte factus testamentus si ab herede vitius [5] neglegentie vel repudii factus est, libertas manet.

Lex 13. [6] *Idem a. et c. Martiali.* Libertum ab herede reputari non licet in servitio, nec perscriptio eum nocebit.

Lex 14. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Florentio pp. Testari verbis grecis et libertare licet, si legibus fiat.

Lex 15. Impr. Iustin. a. Ioh. pp. Defunctus si per testamentum vel absque scriptura libertos fecerit et heres noluerit succedere, liceat extraneo vel ipse libertos heres succedere, ita ut creditoribus satisfaciat, ita ut fideiussorem det; hoc intra anno fiat.

Titulus III. De lege Fuffia Caninia tollenda.

Lex 1. Impr. Iust. a. Moene pp. Libertas inter ingenuis abeantur.

Titulus IV. De fidecommissariis libertatibus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Si ad hereditatem non adiet his, [7] qui iussus est oc, [8] quod tibi legatum dari iussum est,

[1] S.ª actor. [2] *Adde* liberum. [3] *Lege* et cc. [4] *Iust.* Rhizo. Si.... [5] *B.* victus. [6] *S.* Lex IIIX. [7] *S.ª* is. [8] *S.ª* hoc.

Digitized by Google

si alius adiet absque conclusione [1] ab herede, legata tibi dare non potest [6] et qui tenet. [f. 164]

Lex 2. Impr. Antoninus a. Valerio. Si per codicellis libertis iussus est legata adimplere, neglexistis, XX solidos daet poena.

Lex 3. Impr. Alexander a. Lucio. Qui iussi sunt certum tempus liberi fierent, si mora intercessit, filii, qui nati sunt, liberi sint.

Lex 4. Idem a. et c. Arriano. Si per testamento iussa es fieri ingenua, si heres tardavit, ex ea die tu et pater [2] tuus liber est. Quod si tu petere distulisti, partus tuus serviet.

Lex 5. Idem a. et c. Dionisio. Pupillus per testamentum libertum facere non potest.

Lex 6. Idem a. et c. Maximo. Testator alienam ancillam libertam fecit et legata dimisit, si domina eius non adquievit, heres pro alterius redemptionem hoc legatum det.

Lex 7. Idem a. et c. Nicomedi. Testator heredi iussit facere de servo libero, adimpletur.

Lex 8. Idem a. et c. Euticheti. Testator iussit ancillam uxori sue libertam esse, si uxor non contradixit, libera est.

Lex 9. Idem a. et c. Mercuriali. Testator iussit « quando filius meus legitima etate fuerit, libera sis » si filius non ante et [3] impleta etate mortuus est, ad illos annos tu libera es.

Lex 10. Impr. Valerianus et Galienus aa. Daphono. [f. 164 v.] Qui servo suo tutore filio suo reliquid, hoc liber est et tutela prestat.

Lex 11. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Flaviano. Testator heredi iussit te manumittere, si non te manumisit, servus es; [4] contra eum iudicem, ut fias liber.

Lex 12. Idem a. et c. Herineo. Si servo comendatur testamentus vel codicellis, infirmum est.

Lex 13. Idem a. et c. Pithagoride. Maritus ancilla, quem antea uxori donavit, per testamento precario nomine libertavit, valet.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Si testator iussi « quod de ista ancilla pregnante nascitur, liber sit » firmum est. Si unus vel gemini nascuntur, liberi sunt.

[1] *Lege* collusione. [2] *Lege* partus. [3] *Lege* ea. [4] *Supple* adi. *H.*

Digitized by Google

Lex 15. Impr. Iustinianus aa. Ioh. pp. Testator si iussit heredi libertati dari servo, si heres tardaverit dare illi libertatem, iudex illum libertet, firmum est.

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Testator iussit unum ex filiis istius ancillae liberum [1] facere, si moratus est facere, ille mortuus, post eius [2] fili ancille liberi sunt.

Lex 17. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Testator iussit legatario servum suum libertatem [3] et heres non permisit, sed ad iudicio pervenit, heres pretium servo dare multatur salva libertate. Quod si post libertatem legatario accusat, quod menses tenuerit, [f. 165] expensas legatarius quadrupplum reddat.

Titulus V. Dediticia libertate tollenda.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Dediticia conditio nullo modo in posterum nostram rempublicam molestare concedatur, sed sit penitus delata, quia nec in ius esse repperimus, sed vanum nomen huiusmodi libertatis circumducitur. Nos enim, qui libertatem colimus, et ea tantummodo in nostris esse legibus, que res ipsa obtinent.

Titulus VI. De Latina libertate tollenda et per certos modos in civitate Romana transfusam.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Per epistulam servum libertas datur ita ut quinque testes scripti sunt. *In ea lege abet verba ipsa ad locum* [§ 1 c.]: *Ita tamen, ut ipso patrono vivente.* Quoram quinque dominus dixit servo « liber sis », firmum est. *Idem in ea lege* [§ 3] *abet: Quod si quis servum suum* egrum minaverit aut iactaverit: dominus servum suum in infirmitate foris domum proicit, si evasit, liber effectus est. *Idem in ea lege ad locum* [§ 4] *verba ipsa: Ancilla sua sub hoc conditione.* Qui ancilla sua prostituta fecerit, mox libera effecta est. *Idem in ea lege* [§ 5] *abet: Sed qui domini funus* sepelit. [4] Ante lectum defuncti coronatus ambulat vel super

[1] *S.*[a] libertum. [2] *B.* posteus. [3] *Lege* libertare. *H.* [4] sepelit *ex iteratione litterae* s *et corruptela* r. pileati.

Digitized by Google

lectos sedet iusso defuncti vel heredi, hii servi liberi [f. 165 v.] effecti sunt, qui apellati[1] dicuntur. *In ea lege abet:* Qui servo liberam uxorem dedit. Si homini libero ancillam tuam uxorem dedisti, libera effecta est, vel si consensit, ut eam aberet. *Idem in ea legem* [§ 10]: *Si dominus* dixit. *Si dominus inter acta* servum suum dixerit filius, et mox ingenuus effectus est. *Idem in ea lege* [§ 11] *abet:* Si dominus instrumenta servi quoram quinque testes servo dedit, mox liber effectus est.

Titulus VII. De servo communi manumisso.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Qui servo commune manumisit, compellatur coheredes portionem suam vendere heredi manumissoria, ut[2] ipse servus pretium pro se reddet. *In ea lege abet:* Pretium ancille et servus sine arte viginti solid. XX; decem annorum decem solidos X,[3] et reliquas arte relege et invenis. *In ea lege abet:* Servus pro parte manumissus, si sotii pretium accipere noluerint, tunc amissio[4] pretio iudex eum liberum efficiat.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Servus communis ab uno domino pro sua portione liberum fecit, alii socii pretium a servo accipiant.

Titulus VIII. De servo pignori dato manumisso.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Proculo. Mancipium, quem in dotem dedit, postea manumittere eam non licuit. [f. 166]

Lex 2. Idem a. Bascanto. Mancipium fisco obligatus vendi non licet.

Lex 3. Idem a. Antonino. Qui tota bona obligavit, servo libertatem non[5] potuit dare.

Lex 4. Impr. Alexander a. Sabiniano. Debitor si cum voluntate creditori servum libertavit, valet.

[1] *Lege* pileati. [2] manumissoris, vel? [3] *Dele* XX.... X. [4] *Lege* amisso. [5] non *del?*

Digitized by Google

Lex 5. Idem a. Extricaniano. Ancilla pignoris data fuit, non redditas pecunias in servitio revocatur, si fuit manumissa.

Lex 6. Idem a. Auctori. Si tutor si de res pupilli servum comparavit et manumisit, non est firmum.

Lex 7. Impr. Gordianus a. Iuliane. Maritus si dotem uxoris mancipium comparavit, libertare illum non [1] potuit.

Titulus IX. De servis reipublice manumittendis.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Ephigonio. Qui servo publico manumisit ut [2] vicario pro eo dedit, fuga lapsus est, [3] manumissus est, in servitio [4] redit.

Lex 2. Idem a. Agriagne. Ancillam, quem manumisisti, postea eam in dotem conscripsisti, filii ex ipsa nati liberi sunt.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Philadelphio. Libertus si patrono suo curiali in obsequium fuit, servus non redigetur, cuius filius ex [5] curie administrari potest.

Titulus X. De his, qui non a domino manumissi sunt. [f. 166 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Corneliano. Qui alienum servum manumisit, pretium reddat, quantum dominus vult.

Lex 2. Impr. Alexander a. Mercuriali. Si rogatus servo alteri comparasti, si cui pretium fuit eum manumisit, iniuste petis eum tibi servire.

Lex 3. Idem a. Pompeio. Qui te heredem fecit si servo tuo manumisit, valet.

Lex 4. Impr. Valerius et Galienus aa. et c. Zoilo. Qui ad solum obsequium abuit datum servum si eum manumisit, nichil est.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. Marcelle. Qui tibi donavit mancipium postea eum libertare non potuit.

Lex 6. Idem a. Mido. Si pater ex consensum fili minoris servum ipsius manumisit, nichil est.

[1] non *del?* [2] vel? [3] *Add.* qui? [4] *Add.* non? [5] et? etiam?

Digitized by Google

Lex 7. Impr. Constantinus a. ad Bassum. Qui alienum mancipium manumisit, nichil est; sed alia dua domino reddat et trea fisco det. Si dominus per multa tempora sciens tacuit, libertas stat et poena suprascripta adimpletur. [1]

TITULUS XI. De his, qui manumittere non possunt, et ne in fraudem creditorum manumittuntur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Antiocho. Debitor servum quem manumisit, a creditore revocatur.

Lex 2. Idem a. Netaliano. Servus ab extraneo manumittere non potest. [f. 167]

Lex 3. Idem a. Iustine. Alienum servum non licet manumittere.

Lex 4. Idem a. Felicissimo. Viginti annorum etate servum manumitti non licet.

Lex 5. Idem a. Crispino. Debitor fisci servum quem manumisit, nichil est. Servus, qui per extraneum solidos dedit pro sua libertate, ingenuus non est.

Lex 6. Impr. Dio lit. et Max. aa. et c. Olympio. Pupilla fideicommissaria libertate dare non potest; si a tutore data fuit, in servitio reddit.

Lex 7. Idem a. et c. Zotico. Si curator debitor per testamentum manumisit, reportatur.

TITULUS XII. Qui non possunt ad libertatem pervenire.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Torquato. Qui in exilio sunt ad libertatem non possunt perducere sua mancipia.

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. Theodoro. Si servus per extraneum se redimat, libertas illius revocatur.

[1] *Iust.* non imponitur.

Digitized by Google

TITULUS XIII. Pro quibus causis servi premium accipiunt libertatem.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Firmino. Servus, qui dominui sui cede vindicat.

Lex 2. Impr. Constantinus aa. ad Ianuarium. Servus monetharius [1] a fisco dato pretium liberatur.

Lex 3. Idem a. ad populum. Servus, qui raptum fecit si dominus culpam eius per iudicem [2] liber efficitur.

Lex 4. Impr. Grat., Valent. et Theod. aaa. ad Fiacrium pp. Servus advocatus [3] liber effectus est. [f. 167 v.]

TITULUS XIV. De ingenuis manumissis.

Lex 1. Impr. Alexander a. Phileto. Ingenuus si libertus est sub conditione, si se probet liberum natum, ea, que ad dominum [4] accipiet, restituat. [5]

Lex 2. Impr. Gordianus a. Pompeie. Ingenua nata qui nutrit, nutrimenta non consequitur, nec ea ancilla tenet.

Lex 3. Impr. Philippus a. Felicissimo. Ancilla manumissa postea filius creavit, postea denuo manumissa est, liberi sunt filii.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aa. Agrippe. Liber factus si post de captivitate redimatur, servus non erit suo domino.

Lex 5. Idem a. et c. Criscenti. Qui ingenuas personas ad servitium vocat, pro eius iniuria iudex decernere debet.

Lex 6. Idem a. et c. Dionisio. Liber propter obsequium, quem prestitit, servus effici non potest.

Lex 7. Idem a. et c. Patrone. Si ingenua tu et filii tui nati sunt, qui te pulsavit removitur.

Lex 8. Idem a. et c. Calimorfio. Liber natus vel factus, qui de eius statui transigit sine eius consensum, libertati non nocebit.

[1] *Iust.* qui monetarios... detulerint. [2] *Lege ex. gr.* qui, si r. f. d., c. e. detulit ad iudicem,... [3] *Iust.* Si desertorem servus prodiderit... [4] *Lege* a domino. [5] *S.*[a] restituit.

Digitized by Google

Lex 9. Idem a. et c. Pontamoni. Libertina liberum pe- [f. 168] perit, et post captivitate reversa ad servitium replicari non potest.

Lex 10. Idem a. et c. Ethimodore. Mulier libera vendi se permisit, filii, qui prius nati sunt, ad servitutem non vocantur.

Lex 11. Idem a. et c. Maxime. Liber sine conditione mercennarius se locavit, mercedes consequitur nec libertati impediri potuit.

Lex 12. Idem a. et c. Quiete. Ingenua placitata [1] et vendita servire non potest.

Lex 13. Idem a. et c. Menandro. Qui ingenuum se esse contendit si non probet, nichil est.

Lex 14. Idem a. et c. Aristoteli. Libera persona in in [2] sponsalibus posita abes, in servitute teneri non potest.

Titulus XV. Communia de manumissionibus.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Si quis suum servum, qui alii usumfructum debebat, vel si eum usufructuarium abuit, manumittere illum non licuit, si sunt quorum competent. *In ea lege* [§ 3] *abet:* Liceat dominis per quem vult mandare, ut servo detur libertas in ecclesia.

Lex 2. Impr. Iustinianus aa. Iuliano pp. Liceat dominum, quemammodum vult, dare servo libertatem, sicut hic legitur.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. De communi [3] [f. 168 v.] ancilla dare servo libertatem, sicut hic legitur. [4] Dominus sine uxore ancilla si a [5] concuba [6] abuerit, si non ea manumisit, post obitum eius libera sit et filius eius. Quod si per testamentum eam ancillam esse voluerit, valet. Abentibus uxore non liceat concubina abere.

Titulus XVI. De liberali causa.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Saturnine. Si filii a parentibus venditi sunt, liberi efficiuntur.

[1] *Iust....* commissum plagii... [2] *Dele* in. [3] concuba? [4] *Verba* dare servo lib. sicut hic leg. *ex superiori lege perperam repetita sunt.* [5] ancillam suam? [6] *S.* concubina.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Vereniano. Quos servos tuos esse dicis, si liberi se clamant, audiantur.

Lex 3. Impr. Alexander a. Quirino. [4] Servum tibi in absentem dicis, comdempnatus tenere eum non potis; in secundo iudicia adictus si apellavit, vendendum est. [1]

Lex 4. Idem a. Iocundo. [3] Liber si ancillam uxorem duxerit, si ei est interdictum, se [2] removit, servus non tenetur.

Lex 5. Idem a. Sabino. Viginti annorum qui se permisit vendi et liber fuit, servi est.

Lex 6. Impr. Valerianus, Galienus et Valerius aaa. novies pc. [3] *Barimetio.* Liber invitus venditus liber effici potest.

Lex 7. Impr. Aurelianus a. Secundo. Qui a proprio domino manumittitur, inquietari non potest. [f. 169]

Lex 8. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. Venerie. Qui te comparavit et manumisit, firmum est, salvo honore patronatus.

Lex 9. Idem a. et c. Servus liber factus ad iudicium peti iniustum est.

Lex 10. Idem a. et c. Statio. Liberti quodcumque administrationem egerint, ad servitium non revocantur.

Lex 11. Idem a. et c. Faustino. Si servis honores utantur, a servitio se non excusant.

Lex 12. Idem a. et c. Secundo. Ex matre ingenua natus venditus fuisti, non reddito pretio liber eris.

Lex 13. Idem a. et c. Antistiae. Si pater vel proximus tuus liber in servitio mortuus res, [4] de rebus eius agere potest.

Lex 14. Idem a. et c. Quintiane. Liber si ad servitium iniuste pulsetur, liber est.

Lex 15. Idem a. et c. Palladio. Si obmisisti fidem generis aut falsum contra te [5] dictum est, in servitio non teneris.

Lex 16. Idem a. et c. Diogenie. Libera dum obsequium prestat minori etate si in dote scripta fuisti, nichil tibi nocet.

[1] videndum est? *Iust.* in auditorio quaeretur. [2] non *add.?* [3] *Lege* nobilissimus Caesar. [4] *Lege* est. [5] *B. om.* te.

Digitized by Google

Lex 17. Regino. Si unus frater ex casu eruit,[1] alii non nocet. [f. 169 v.]

Lex 18. Idem a. et c. Zotico. Sub locatione si fuisti, in servitio detineri non potest.

Lex 19. Idem a. et c. Paulo. Libertas si[2] a te data revocari non potest, nisi libertus ipse voluerit.

Lex 20. Idem a. et c. Aeternali. Libertas data *revocari non licet,* nec sine libertate servo amittere.

Lex 21. Idem a. et c. Thalassae. Si non ex dolo in libertate permansisti, ad servitium replicari non potest.

Lex 22. Idem a. et c. Pardalee. Si ex ancilla natus es et postea ad libertatem venisti, in servitium non permanis.

Lex 23. Idem a. et c. Musciae. Si a minore manumissa es et post chartula tibi facta est, filii tui anteriores servientes tibi preiudicium non facient.

Lex 24. Idem a. et c. Sebastiano. Mulier si in iudicio confessa fuerit se esse ancilla, et potuerit se libera ostendere, confessio illi non nocet libertati.

Lex 25. Idem a. et c. Licentiano. Servus recte manumissus, si documento perierit, libertati non petit.[3]

Lex 26. Idem a. et c. Molento. Documenta dari liberto dominus compellitur.

Lex 27. Idem a. et c. Asterio. Dominus vel heredes eius contra libertum suum pro servitio agere non potest.

Lex 28. Idem a. et c. Heromedotio. Si avus liber et curialis fuit, nepoti nichil prode est, si ad servitium vocatur; nec si [f. 170] avi[4] libertata fuit.

Lex 29. Idem a. et c. Trophile. Si de ancilla natus fuisti et pater tuus servus te redemisti,[5] sine libertate servis.

Lex 30. Idem a. et c. Euticio. Libertus si obsequium patrono non prestavit, ad servitium replicari non potest.

[1] *Lege* servit. [2] si *del.* [3] non impedit? [4] *Lege* avia. [5] redemit?

Digitized by Google

Lex 31. Idem a. et c. Corsiane. Si per calumniam ad servitium vocatus et adictus postea libero ostendere potueris, liber eris.

Lex 32. Idem a. et c. Anthenaidi. Si mater servo filiis manumisit, si filius ibi subscripsit, reputari non licet.

Lex 33. Idem a. et c. Militiade.[1] Si iuste manumissus es, censusque te scriptus est, pro hoc ad servitutem non vocaris.

Lex 34. Idem a. et c. Hermine. Libera concuba fuisti, in servitio teneri non potest.

Lex 35. Idem a. et c. Athellio. Tutor servo pupilli libertare non potest.

Lex 36. Idem a. Theodore. Liberta pro obsequio dominae perseveravit, libertas maculari non potest.

Lex 37. Idem a. et c. Olimpio. Si filio tuo genero tuo vendedisti, ambo in crimine iacent et socero et genero. [f. 170 v.]

Lex 38. Idem a. et c. Philoserapi. Non idcirco, quod minus de[2] *te limenarca creato nemo contradixit, reapublicae nomine moveri tibi*[3] *status questio* pp.[4] X *k. lan.* Nicea *cc. cons.*

Lex 39. Idem a. et c. Eutichio. Liberi homines si servi adpetent, servi non tenentur.

Lex 40. Explicit[5] *sacrarum litterarum ad Verrianum.* Contra statum libertatis absente patre[6] nec testes discuti licet, nec iudicare.

Lex 41. Impr. Constantinus et Licinius aa. ad Titianum presidem Cappadocie. Qui in alterius iudicium confessa est se esse ancilla, et testes dixerunt, te iudicem eam addici licebit.

Lex 42. Impr. Constantinus et Licinius aa. ad Maximum pp. Filia ancille matris sequitur conditione.

Titulus XVII. De adsertione tollenda.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Moene pp. De servitio vel libertate aput iudicem, qui in cingulo positus est, examinari licet, non apud arbitrem. *In ea lege abet:* Si ex libertate ad servitium traatur, pro-

[1] *B.* Meltiade [2] *Lege* Non idc. minus quod te.... [3] S. H. moverit ibi. [4] *Iust.* potest. D..... [5] *Lege* exemplum. [6] *Lege* parte. *H.*

Digitized by Google

curatore sibi facere licet. Si servus pro libertate proponat, procuratorem abere non licet. *In ea lege abet:* Qui pro sua libertatem petet, fideiussorem det aut iuratoria cautionem faciat, et [f. 171] si se absentaverit, in absenti detur iudicatus manere eum servum.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Servus comparatus pro libertate clamans, dum causam terminatur, si mortuum fuerit, licet emptore pulsare venditore, ut ostendat si servum vendidit, aut dupplum pretium reddat.

TITULUS XVIII. Quibus ad libertatem proclamare non licet et de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non proibentur.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Proculo. Homo liber, qui se permisit vendi pro pretium participandum, servus erit.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Molane. Servus latroni fiscalis efficitur, nec libertari licet.

Lex 3. Imp. Const. a. ad Maximum pp. Si dominus hominem ad servitium petat, fideiussorem dat. Si pro libertate sua clamat et vicerit, quod ab ipso domino adquisivit ammittit, quod alius illi donavit non admittit.

TITULUS XIX. De ordine cognitionum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Vitalio. Qui ad servitutem petit, ipse probet; et si probavit patrem tuum[1] esse, te nichil nocet.

Lex 2. Idem a. Gallie. [3] Si de crimen et de libertate causa petatur, de libertate prius agatur. [f. 171 v.]

Lex 3. [2] *Idem a. Gallie.* Si pro libertate et facultate causa agatur, prius de libertate agatur.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Moenedemo. Qui et te ad servitium pulsavit si te non evicerit, postea et contra eum agere potest.

[1] *Add.* servum? *Ceterum Breviator genuinam constitutionem prorsus non intellexit.*

Digitized by Google

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Alpheo. Si petas debitum ab illo, quiete[1] servum esse dicit, prius agi debet si liber es, et postea debitum potis exigere.

Lex 6. Idem a. et c. Alexandro. Si petas ab illos homines res tibi[2] abstultas, quos servos petis, prius de statu servitutis agi oportet.

Lex 7. Imp. Const. a. ad Bassum. Si petas tibi res abstultam adversus eum, qui de libertate sua contra te clamant, prius de libertate sua contra te clamant, prius de libertate[3] agi licet. *In ea lege abet:* Dum quis repetatur rem, quem abstulit, restitui sibi, et ille dicat « servus, mentis », prius sequestret res et de servitute sic dicat.

Titulus XX. De conclusione detigenda.[4]

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Theodore. Si mater tua clamavit de violentia se fuisse, dum libera se ostendere non potuit, in servitio permansit tu et filii eius.

Lex 2. Idem a. et c. Milisiae. Libertina sub conditione[5] absque publico iudicio in servitio reverti non licet. [f. 172]

Titulus XXI. Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Nichoni. Si mater tua ab aliquo manumissa est, quinque annis in libertate permansit et mortua est, filia eius a proprio domino non inquietatur.

Lex 2. Idem a. et c. Maximo. Si ancilla tua ab alio manumissa fuit et quinque annos ita permansit, et post mortem eius si[6] filius eius, qui heres institutus est, in servitio non revocatur.

Lex 3. Impr. Alexander a. Olympiadi. Si de statu defuncti mariti tui questio movetur, si[7] propter eius facultatem respondere debis.

[1] *Lege* qui te. [2] *B. om.* tibi. [3] sua contra te clamant prius de libert. *perperam repet. del.* [4] *Lege* collus. deteg. [5] *Iust.* libertinae condicionis. [6] si *del.* [7] si *del?*

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aa. Martiano. Si servus tuus ab extraneo manumissus est et heres constitutus, si intra quinque annos non egisti, contra libertatem eius agere non potis.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Severo. Si mater tua ab aliquo manumissa mortua est, tu non inquieteris.

Lex 6. Impr. Valerianus et Galienus aa. Polle. Si mater tua per quinque annis in libertate morata est, tu non inquietaris.

Lex 7. Impr. Dioclit. et Max. aa. aa.[1] *Heliodoro.* Si pater vel mater tua[2] quinque annis in libertate vacans mortuus est, tu [f. 172 v.] non inquieteris nec a fisco.

Lex 8. Idem a. et c. Theodoro. Si res servi tui apud alium tenentur, perscriptio non opponitur. Quod si[3] servus pulsatus fuga lapsus mortuus est.

TITULUS XXII. De longi temporis prescriptionem, que pro libertatem non adversus libertatem opponitur.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Musciano. Servus in fuga positus, anni illum liberum non facit.

Lex 2. Idem a. et c. Catherio. Si viginti annis bone fidei in libertate moratus est, inquietari non potest.

Lex 3. Exemplum sacrarum litterarum Constantini et Licinii ad Dionisium. Homo liber in obsequium cuidam fuerit sexaginta annis, non impedit libertatem.

TITULUS XXIII. De peculio eius, qui libertatem meruit.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Rufino. Libertus, si in priore libertate peculius illi non est concessus, si posteus per testamentum iterum illum libertavit, peculium illi donavit, firmum est.

TITULUS XXIV. De senatumconsultum Claudianum tollendum.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Hermogeni mag. off. Lex Claudiani. ut liceat libera servum maritum ducere. amputet eum[4] est. qui

[1] aa. *del.* [2] vel mater tua *add. Breviator vel potius librarius.* [3] opponitur, etsi? [4] *H. con.* amputatum. *Puto autem priorem legis par-*

Digitized by Google

servis cum liberis consortium committent. *In ea lege abet:* [f. 173] Servus vel conditionalis si liberam uxorem tulerit, mox separentur; quod si non, ad libertatem veniant.

TITULUS XXV. De nudo ex iure Quiritum tollendum.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Antique subtilitatis ludibrium per hanc decisionem expellent. Ipsa lege relegit.

TITULUS XXVI. De usucapione pro emptore vel post transactionem.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Flaviano. Servus tuus ab extraneo venditus fuerit, emptori possessio annorum prode non est, sed eum restituit.

Lex 2. Impr. Alexander a. Marcellino. Servus a tutore venditus, quem testator non iusserat vendi, emptore prescriptio non movet.

Lex 3. Idem a. Nepotille. Ancillam, quem conparasti, si alienam constiterit, eam reddis; filios, quas aput te fecit, lucrabis.

Lex 4. Idem a. Achelleo. Ancillam, quem comparasti, si his, cui fuit, consensum prebuit, ad proprium dominum reverti non potest.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Marino. Qui aliena ex parente [1] vendidit, quod apud eum remansit cum fructu restituit. Similiter et qui emit, si sciens alienum esse conparavit.

Lex 6. Impr. Philippus a. Qui sciens rem alii obligatam conparavit, prescriptio illum non adiubat. [f. 173 v.]

Lex 7. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Pecudi. Qui alienum servum citra domini voluntate vendidit, furtum admisit, nec emptoris annositas prode est.

Lex 8. Idem a. Severo. De iusta causa transactio usucapi potest.

Lex 9. Idem a. et c. Gaio. Qui absente tutore a pupillo comparavit, restituit, nec perscriptione illi obponit.

tem ex glossis perperam iunctis constare, scil. ad verba Claud. sen. cons. (Lex Claud.): conquiescere (amputatum est): tale conamen (quod servi... committent). [1] alienam partem?

Digitized by Google

TITULUS XXVII. De usucapione pro donato.

Lex 1. Impr. Alexander a. Machedio. Qui alienas res donavit, qui bona fide comparavit, annositas illi prodest.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et c. Capitoni. Donantem ancillam alienam nichil domino deminuere non est ambiguum iuris; furtum etiam contrahere ex[1] *voluntate domini contrectantem, ut eius rei ne usucapio possit procedere.*

Lex 3. Idem a. et c. Rodano. Recte facta donatio resolvi non potest, sed falsa resolvitur nec usucapi potest.

TITULUS XXVIII. De usucapione pro dote.

Lex 1. Impr. Alexander a. Taurino. Res alienas mobiles in dote datas qui accepit, usucapio illi prode est tres annis.

TITULUS XXIX. De usucapione pro herede.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Zoilo. Inter coheredes pro [f. 174] usucapio non adicitur quod tu vel mater tua possedisti.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Marine. Inter coheredes usucapio non est.

Lex 3. Idem a. et c. Dioclitiano. Quia si[2] mortua coherede res eius possedisti, usucapio non est.

Lex 4. Idem a. et c. Serapioni. Non iniuste[3] adquisitas res usucapio temporis nichil est prode heredes vel proheredi.

TITULUS XXX. Communia de usucapionibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Sabino. Conductor longi tempus quod possidet, non sibi, sed domino.[4]

Lex 2. Idem a. Onisimo. Mancipium, quem comparasti, si de ancilla fiscale non est non est[5] nata, tolli tibi non potest.

[1] *Iust.* citra. [2] *Lege* Quasi. [3] *Lege* iuste. [4] *Adde ex. gr.* prodest. [5] non est *del.*

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. et c. Pantherio. Qui servum alienum mala fide possidet, contra heredem eius agere potest.

TITULUS XXXI. De usucapione transformanda et de subblata differentia rerum mancipet[1] nec mancipi.

Lex 1. Impr. Iust. a. Ioh. pp. In ea lege [§ 2] *abet: Ut, si quis alienam rem mobilem seu moventem in quacumque terra.* Res mobiles si quis bona fide adquisitas tres annis possidit, in perpetuum quietus possideat.

TITULUS XXXII. De adquirenda et restituenda possessione. [f. 174 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus aa. Attico. Per liberas personas res adquisitas ex eo ad te pervenit, usucapi potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Gauro. Quod procurator tuus ad suum nomen comparavit, si tu ab eo in possente[2] introductus possedisti scienti debitore,[3] repelli non potest.

Lex 3. Impr. Decius a. Rufo. Si a minore restitui[4] sine tutore donavit, invalidum est.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Nepotiane. Possessione, que non firmiter adquisita, propter dubietatem colere eam noluisti, hoc, quod vacuabit,[5] in prescriptione tibi non reputatur.

Lex 5. Idem a. et c. Memnoni. Colonus res domini vendere non potest.[6] [6] Si nullum titulum iustum qui in rem tuam ingressus est, annositas pensionis te non nocet.

Lex 6. Idem a. et c. Valerio. [7] A secreto[7] in alienam possessionem ingressus sine domini auctoritate vel auctoris firmum titulum possidere non videris.

[1] mancipi et. [2] in praesenti? [3] venditore? [4] *Locus corruptus.* [5] *B.* vacabit. [6] *Summa const. 6, quae sequitur, in S. et H. extat post legem 7, sed inde transferendam esse docuit librarius adpositis notis* hd. hp. [7] A secreto *corruptum ex* Asyncrito.

Digitized by Google

Lex 7.[1] [8] *Idem a. et c. Cyrillo.* Per procuratore possessio alienari non potuit.

Lex 9. Idem a. et c. Sargio. Sine venditione vel oppositione fundum alienum non recte tenuisti.

Lex 10. Impr. Constantinus a. ad Paternum. Possessionem, quem tenis, si adversarius non tacuit, sed contestavit[2] vel causavit, [f. 175] contra te agere potest.

Lex 11. Impr. Archad. et Honorius aa. Petronio vicario Spaniorum. Si auctor tuus ex malo titulo possedit, et tibi obviari potest.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Servus vel colonus et procuratores domini alienare non licet. *In ea lege* [§ 2] *abet: Per servum domini* utilitas damnari non potest, nec testificari.

Titulus XXXIII. De prescriptione longi temporis decem vel viginti annorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Iuliano pp. Mota actio postea pulsatus viginti annos quietus permansit, inquietari non licet.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. Longi temporis prescriptio illi conputatur, qui sine pulsatione possidet.

Lex 3. Idem a. et c. Anthonino. Si mater vitrico heres[3] tuas dedit et[4] anni intercesserit, recipere potis.

Lex 4. Idem a. et c. Hermode. Diuturna possessione iusto titulo prodest.

Lex 5. Idem a. et c. Sotherio. Absque aliquo titulo qui rem alienam per annos possidet, nichil est.

Lex 6. Pars epistule. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et c. ad Primosum presidem Syriae. Per fraudem et dolum res alie- [f. 175 v.] nas per multos annos possessa nichil est.

Lex 7. Idem a. et c. Anthee. Emptam rem perdito documento possessore non repellit; si mala fide possedis, prode tibi non est.

[1] *S*ᵃ Lex VIII. [2] *S.*ᵃ *H.* antestavit. [3] *Lege* res. [4] nec?

Digitized by Google

Lex 8. Idem a. et c. Celso. Quasi adoptatus filius mancipia tenuisti, possessio tibi nichil est.

Lex 9. Idem a. et c. Demostheni. Bone fidei emptor si contestatus fuit, erit adversus eum repetitio.

Lex 10. Idem a. et c. Regino. Emptorem qui contestavit, postea erit illi repetitio.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Si quis decem vel viginti annis rem adquisitam possidet, non inquietetur.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Rem adquisitam possessam decem vel viginti annis inter presentes, hoc est in una provincia, nec [1] dicat petitor « quia ignoravi. » *In ea lege abet:* Non licet [2] « ignoravi, quia res venditas fuissent, quem me competebant ».

TITULUS XXXIV. In quibus causis cessat longi temporis prescriptio.

Lex 1. Imperante Dioclit. et Max. aa. Marcelline. Colonus si possessionem tuam, quem ad nomen tuum noverce tue tenuit, [3] prescriptio te excludi non potest. [f. 176]

Lex 2. Idem a. et c. Dionysi. Sicut in servos proprios usus prode est, ita et adquisitos.

Lex 3. Idem a. et c. Apollinario. Res in pro divisa [4] ab uno possessa prescriptio non est, nec ad dividendum repellitur.

Lex 4. Idem a. et c. Lybiae. Si res hereditarias petis, prescriptio tibi non obicitur.

Lex 5. Idem a. et c. Zosimo. Servum cum ab hostibus vulnerato cura adibuisti, pro non redditas expensas prescriptio, quod eum possidisti, prode tibi esse non potest.

TITULUS XXXV. Quibus non obiciatur longi temporis prescriptio.

Lex 1. Imperante Alexander a. Venuleio. Qui in expeditione publica fuit, prescriptio eum non removet, quod illi competebat agere.

[1] non? [2] *Adde* dicere. [3] *Intell.* si poss. tuam ad nomen nov. tuae tenuit. [4] *Lege* pro indiviso.

Digitized by Google

Lex 2. Imperantibus Dioclitianus et Max. aa. et c. Aurelio archiatro. In absentia res tuas occupata sunt, dum tu in comiti [1] medicina fecisti, inter absentes prescriptio possibilitatis non est.

Lex 3. Idem a. et c. Numidio corrector Italiae. Res minoris qui possidet, prescriptio illi prode [2] est.

Lex 4. Idem a. et c. Crispino. Cuius res possedisti absens fuit vel pro republica vel si quo casu, prescriptio possessorem [f. 176 v.] non moyet.

Lex 5. Idem a. et c. Ianuario. Quorum prescriptio obici non posse.

Lex 6. Idem a. et c. Doleo. Post captivitate reversus res suas repeti licet, remota prescriptionem.

Lex 7. Idem a. et c. Casandro. Bone fidei possessorem decem et XX annis prode est; si minus conputetur conditio potest.

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Miles dum in utilitate publica occupatus fuit, prescriptio illi non impedit.

Titulus XXXVI. Adversus creditorem.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Venerie. Inter debitorem et creditorem prescriptio taciturnitatis obicitur.

Lex 2. Impr. Dioclitianus et Maxim. aa. et c. Marcelle. Si res in te translate sunt et inter absentes, [3] creditori auctori tuo [4] contra te agere non possunt.

Titulus XXXVII. De quadriennii prescriptione.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Orpitum. Res fiscales qui iusto titulo possident post quattuor annis non inquietentur.

Lex 2. Impr. Zeno a. Ennee comiti rerum privatarum. Qui res fiscalis comparatas a fisco possidet quatuor annos, non in- [f. 177] quietetur.

[1] *Lege* in comitatu. *H.* [2] non *add.* [3] *Supple* viginti annis possedisti. [4] *Intell.* creditores auctoris tui.

Digitized by Google

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Floro comiti rerum privatarum et curatorum dominice domus et Petro viro inlustris curatoris divine domus Augustae serenissime et Machedonio viro inlustri curatori et ipsi dominice domus. Ab inperatore vel ab Augusta quocumque titulo adquisiit, post quatuor annos non inquietetur, vel si non sunt insinuata sacra.

TITULUS XXXVIII. Ne fidei dominicae vel temporum [1] vindicatio temporis exceptione submoveatur.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Probum pp. Galliarum. Ex servis fiscalibus si ad militiam vel dignitatem pervenerunt, in servitio fisci revocentur.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Theod. aa. Dextro comiti rerum privatarum. Qui res fiscales vel ecclesiasticas comparavit, prescriptio illi non conputatur, sed restituet et pretium [2] recipit.

Lex 3. Impr. Archad. et Honorius aa. ad Paulum comiti domesticorum. Qui in res fiscales possidet, prescriptio illi non manet, [3] sed restituit rem.

TITULUS XXXIX. De prescriptione XXX vel XL annorum. [177 v.]

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. Arriane. Qui te absente res tuas desertas suppetit colere, ut fisco solveret, prescriptio illum non munet, sed rem restituet, amisso quod dedit.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Volusianum pu. Possessor XL annorum inquietetur, nec conductor, qui rem alienam tenuit, ius sibi vindicet.

Lex 3. Impr. Honorius et Theod. aa. Asclipiodoto pp. Treginta annis actione non motas conquiescant, nec opponant militia vel absentia. Quod si ante executio data est aut sacra meruit aut si minor etate fuit, licet pulsari.

[1] *Lege* templorum. [2] non *add.?* [3] *Lege* munet.

Digitized by Google

Lex 4. Impr. Anastasius a. Matronino pp. Omnes causas, que non fuerant mota, supra quadraginta annos non mobantur.

Lex 5. Idem a. Anthomate pp. per Yllyricum. Curialis ad administrandum eum quadraginta annis non defendit.

Lex 6. Idem a. et c. Leontio pp. Causa, que inter quadraginta annis non est mota, nec movi licet.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Archelao pp. Cautio epothicaria in quadraginta annis extenditur. *In ea lege, ubi dicit* [§ 2]: *Et hoc dirimere.* Tunc epothicarius creditor excludet priorem creditorem personalem, si post obitum debitoris XXX annis intercesse- [f. 178] rint sine interrupta tempora. *In ea lege* [§ 3]: *Creditor longivi possessione.* Si novissimus creditor offerat reddere debitum priori creditori, omnem oblegationem in se suscipiet. *In ea lege* [§ 4], *ubi dicit: Prescriptiones triginta vel quadraginta annorum.* Post dissoluto matrimonio ad repetenda dote vel sponsalia triginta vel quadraginta anni obponuntur.

Lex 8. Impr. Iustinianus a. Moene pp. His, qui rem bone fidei adquisitam decem vel viginti annis possidet, et postea abstulta est, repeti potest. *In ea lege abet, ubi dicit* [§ 1]: *Triginta vel quadraginta annorum.* Qui rem alienam possidet mala fide, postea quacumque casu ad priorem dominum rediet, inquietari non debet.

Lex 9. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Qui causam dixit si non eam finiit propter alienum casum, liceat ex eo usque ad quadraginta annos extendi ex die, quo pulsatio facta est.

TITULUS XL. De annali exceptione Italie contractus tollenda et de diversis temporibus, prescriptionibus et interruptionibus earum.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iulano pp. Preter epothicarias actiones. Nam alias omnes actiones vel divisiones post XXX^ta^ annis non moveantur, si non fuerant motas, excepto si minor etate fuit. [178 v.]

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. [2-3] Contra quem abes causam si absens est, ut non te excludant anni, pene[1] contesta-

[1] *Lege* pone. *H.*

Digitized by Google

tione scripta apud iudicem aut episcopum aut ad curia aut in locum, ubi domicilium abuit, et subscribant tres viri. Adversus pupillum iudicem rogare, ita fiat illi tutor. *In ea lege abet, ubi dicit: Triginta vel quadraginta annorum.* [3] Cui competit actio dederit libellum conventionali de unam rem, post voluerit dicere quia ex omnes actiones interrumpit tempora, verum non est.

TITULUS XLI. De alluvionibus et de paludibus et pascuis ad alium statum translatis.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Marco. Fluminis cursus ab alio diverti non licet; ripa cedere licet propter suam lesionem. Si fluminis [1] terram in alterius fundum duxit, adquisitor lucravit.

Lex 2. Impr. Archadius, Honorius et Theod. aa. Caesario pp. Cursus aque si alio minavit [2] et in alio addidit, propter censum providendum est.

Lex 3. Impr. Theod. et Valentinianus aa. Ciro pp. Ager aquosus infructibilis si ad culturam venerit, censum eius solvat: si contempserit, quinquaginta libras auri poena. [f. 179]

TITULUS XLII. De sententiis prefectorum preturiorum.

Lex 1. Impr. Theod. et Valent. aa. Thalassio pp. Yllyrici. Iudicium prefecti qui supplicandum appellavit, liceat intra biennium reddere rationem.

TITULUS XLIII. Quomodo et quando iudex sententiam proferre debent, presentibus partibus vel una absente.

Lex 1. Impr. Titius [3] *Helius Antoninus Publicio.* Absentem patrem [4] non liceat iudicari.

Lex 2. Impr. Gordianus aa. Severo. Litigator si ad denuntiationem se absentaverit, liceat eum absenti dare sententiam.

[1] fluvius (*Iust.*)? fluminis vis? [2] minuavit (minuit)? [3] *B.* Titus. [4] *Lege* parte.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Antistio. Partem absentem vel indefensam addici non licet.

Lex 4. Impr. Philippus a. ad Domitium. Diem feriatum [1] absente datus iudicium retractatur.

Lex 5. Impr. Philippus a. et Philippus c. Longino. Si iudex constituit in certum locum dare iudicatum, et alibi [2] inter absentes, invalidum est.

Lex 6. Impr. Valerianus et Galienus aa. Domitio. Minor sine curatore causa dixit, si addictus est, denuo litigari licet.

Lex 7. Impr. Dioclitianus et Maximianus aa. et c. Marino. Inter absentes absque contumacia iudicatus invalidus est.

Lex 8. Idem a. et c. Claudie. Litigator si se substraxit et tertio inclamatus non apparuit, inter absentes datus iudicius firmum est. [3] [f. 179 v.]

Lex 9. Idem a. et c. Leontio. Tertiam vicem contumacem datus iudicatus firmum est. [4]

Lex 10. Idem a. et c. Blesio. Si ex necessitate absens fuisti, que contra te iudicatum est resolvitur.

Lex 11. Idem a. et c. Valerio. Si intra tempus constitutum, te tamen absente, iudicatum est, vel si non appellasti, iudicius invalidus est.

Titulus XLIV. De sententiis ex periculo recitandis.

Lex 1. Impr. Valerianus et Galienus aa. Quintio. Sententiam arbitrum si scripsit et non relegit, invalidum est.

[1] *Adde* in *vel* te. [2] *Lege* alibi dedit *vel* iudicavit. [3] *Laudatur haec lex in placito Romano a.* 999 (*Regesto di Farfa, doc.* 437: *Hübner, Gerichtsurk.* n. 1139): Item in alio loco idem imperator (*Iustinianus*) dicit: Litigator si se suptraxerit et tertio acclamatus non apparuerit, inter absentes iudicium datum firmum est. *Cfr. etiam placitum a.* 1014 (*ibid. doc.* 492: *Hübner,* n. 1200). [4] *Laudatur et fortasse emendatur haec lex in placito a.* 999 (*Reg. di Farfa* l. l.): Quia Iustinianus imperator praecipit: Contumacem tertia vice vocatum, datum iudicatum firmum est. *Item in placito a.* 1014: Contumace tertia vice vocato datum iudicatum firmum est.

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Valentinianus, Valerianus et Gratianus aa. ad Probum pu. Iudex non subito et facile denuntiet, nec posteus illi liceat retractare iudicium suum.

Lex 3. Idem a. et c. ad Probum pp. Causa scriptis dicta in verbo denuntiata invalidum est.

Titulus XLV. De sententiis et interlocutionibus omnium iudicum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Quintilliano. Causam, quem procurator dixit, eum absentem inter principales personas iudicatum est, nichil est.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Sextilio. Iudex liberi causam iudicavit; si post servus inventus est, preiudicavit, infirmum est.

Lex 3. Impr. Alexander a. Vettio. Iudicatus in suspensus datus invalidum est.

Lex 4. Idem a. Severe. Si quid contra ordinem iudiciarium iudicatur, invalidum est.

Lex 5. Impr. Philippus a. et Philippus c. Montano. Qui fisci actiones tenerit procuratore instituto fidedixit, dato iudicato si non apellavit, quae iudicatum est firmum est. [f. 180]

Lex 6. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aa. Zoilo. Iudex absente [1] officium iudicavit, invalidum est.

Lex 7. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Ysidoro. Si imminentia iudicis pactuasti vel si iudex non iniuste iudicavit, agere potest.

Lex 8. Idem a. et c. Lycinio. Iudicatam rem si non apellasti, repetere non potes; si apellasti, repetere potis.

Lex 9. Idem a. et c. Domno. Rem iudicatam sine apellationem ab alio iudicare tractari [2] non licet.

Lex 10. Idem a. et c. Menodoro. Qui per [3] se non abet, interdicere non potest.

[1] *S.ª add.* iudicium. [2] iudice retractari? [3] *Spatium trium vel quattuor litterarum vacat. Iust.* qui statuendi non habet facultatem.

Digitized by Google

Lex 11. Idem a. et c. Titiano. Si iudex sacramentum iudicavit dare, et non [1] quid posteus observetur, invalidum est.

Lex 12. Impr. Archadius et Honorius aa. Iuliano proconsule Africae. Iudici liceat latine vel grece iudicare.

Lex 13. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Que contra leges iudicatae sunt a iudicibus vel a prefecto, retractari licet.

Lex 14. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Iudex publicus vel privatus si cognovit petitorem causam malam abere vel debitorem esse, adiudicat illum.

Lex 15. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Greca. [2]

Lex 16. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. Non liceat iudici ante finem per interlocutionem denuntiare, ne causiticus ante finem apellare. [f. 180 v.]

TITULUS XLVI. De sententia, quae sine certa quantitate prolata est.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. et c. Aemilianae. Si iudicavit reddi capitanea summa et non de usuris, firmum est.

Lex 2. Impr. Alexander a. Marcellino. Si iudicavit reddi debitum et summam non designavit, validum est.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Aemilio. Incertus iudicatus solvitur et non potest totam summam debiti cum usuris solvi: [3] si quantitatem in iudicio non declarata est, totum invalidum est.

Lex 4. Idem a. et c. Saturnino. Si consensisti, que iniustae iudicate sunt adimplet; si iuste iudicavit et si non apellasti, eius iudicatum confirmasti.

TITULUS XLVII. De sententiis, quae pro eo quod interest proferuntur.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Iohi pp. Ex omni contractu vel locatione que debetur cum usuris restituatur; ex aliis casibus iudici est previdere.

[1] *Spatium trium fere litterarum vacat. Supple ex. gr.* addidit. [2] *Spatium unius versus vacat.* [3] *Fortasse:* non potest dici « totam s. d. c. u. solve ».

Digitized by Google

TITULUS XLVIII. Si non a competenti iudice iudicatum esse dicatur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Sabiniano. Iudex si ea, quae illi non sunt comissa, iudicavit, invalidum est.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Liciniae. Bellator iudex si civilem causam iudicavit, absque apellationem invalidum est.

Lex 3. Impr. Dioclitianus et Max. aa. et c. Philiethae. [f. 181] Si in rem certam datus est iudex, alia iudicare non potuit.

Lex 4. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theod. aaa. ad Potitum vicarium. Si adictus es a iudice, ubi te foris non competebat, te absolveris.

TITULUS XLIX. De poena iudicis, qui male iudicavit vel eius, qui iudicem vel adversarium corrumpere curavit.

Lex 1. Impr. Antoninus aug. ad Gaudium. Si pecunias iudici dedisti, negotium ammisisti.

Lex 2. Impr. Constantinus a. ad Felicem. Iudex si corruptus premium vel amicitias preiudicavit, quantum ipsa causa est reddat quem lesit.

TITULUS L. De sententiam rescindi non posse.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Secundo. Si non apellat, alterius iudicatum retractari non licet, nec suum.

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Alexandrie. Peremptoriam exceptionem in finem obici possit: legitima aetate si non apellasti, iudicatus resolvi non potest.

TITULUS LI. De fructibus et litis expensis.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Maximianus aa. Actae. Illa expensa reddatur, que iuste expensa sunt.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens aa. Olibrio pp. [3] Causator evictus simul et dispendia reddat.

Lex 3. Impr. Honorius et Theod. aa. Asclipiodoto pp. [4] Lites expensas vel itineris et sumptibus causiticum addicere. [f. 181 v.]

Digitized by Google

Lex 5. Greca.

Lex 6. Impr. Anastasius a. Stephano magistro militi. Quidam per sacras constitutiones, alii per largitatem meruerunt. De sportulis legem ipsam lege.

Titulus LII. De rei iudicata.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Stellatori. Unde fuisti adictus, si post constiterit fraus fuisse, repeti potest.

Lex 2. Idem a. Pacatiano. Si intra certum tempus apellatum est, fines iudicati non est.

Lex 3. Idem a. Demetrio. Si iniuste adisses[1] pecunias reddere, non appellasti, persolvis.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Anthonino. Si per falsas chartas addictus es, repetere potis.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. Valentino. Si addictus fuisti et postulasti indutias, replicare non potest.

Lex 6. Impr. Honorius et Theod. aa. Iuliano procuratori Africe. Documenta gestis incertas[2] firma sunt, nec alia fide peti potest.

Titulus LIII. De executione rei iudicatae.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Iustino. Pignus absque iudicium et absenti persona vendi non licet.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Maximo. Si iudicatum est pignus vendi, si aliud inter vos non convenit, iudicium exequitur.

Lex 3. Idem a. Agrippe. Si pignus supra constitutum tempus apud te residet, absente debitorem iudex iussit vendi, si emptor non invenitur, creditor in rem introducitur. [f. 182]

Lex 4. Idem a. Marcello militi. Mercedes retinere non potis, pro quo tibi addictus est, sed iudex eum exigit.

Lex 5. Impr. Gordianus a. Amando. Quem dixisti,[3] nomen eius affige.

Lex 6. Impr. Philippus a. et Philippus c. Titiano. Iudex iudicavit et aliter exigi precepit, iudicius cessatus est.

[1] *Lege* addictus es. *H.* [2] *Lege* inserta. *H.* [3] addixisti?

Digitized by Google

Lex 7. Impr. Dioclit. et Max. aa. Theodoro. Cui restitutio sine causa remota est, postea cum fructibus restituatur.

Lex 8. Idem a. et c. Post causam iudicatam liceat executori quae iudicata sunt exigere.

Lex 9. Idem a. et c. Glyconi. Quae iudicata sunt si non abet unde reddere, res eius venundare executori facere licet ex iussione iudicis.

Titulus LIV. De usuris rei iudicate.

Lex 1. Impr. Antoninus a. procuratoribus. Quae iudicatae sunt non adimplisti, ex eo cum usuras persolvitur.

Lex 2. Impr. Iustinianus a. Moene pp. Quae iudicata sunt reddit; si post quattuor menses non adimpleverit, ex eo usuras persolvat.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Ad iudicio addictus post quattuor menses exigatur.

Titulus LV. Si plures una sententia condempnati sunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Victori. Ex iudicio debitores addicti collegas pro collega non exigitur, si singuli et in solido fidedicentes non cabuerunt.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Iohanniano. Procuratores dati a curatoribus, qui pro sua persona [1] tenetur. [f. 182 v.]

Titulus LVI. Quibus res iudicatas non nocet.

Lex 1. Impr. Alexander a. Masculino. Sine tuo consensu si quis causam tuam dixit et perdedit, tibi preiudicium non fecit.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Anthemio. Res inter alios iudicata nequae emolumentum afferet his, qui in iudicio non interfuerunt. Ipsam legem require.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Honorio. Iuris manifestum est et in accusationibus his, qui congressi iudicio non sunt, efficere non posse. Ipsam legem require.

[1] *Trium fere litterarum spatium vacat.*

Digitized by Google

Lex 4. Idem a. et c. Sotheriano. Inter aliis iudicium actum aliis non praeiudicat.

TITULUS LVII. Comminationibus epistolas programmata subscriptiones auctoritatem rei iudicatae non haberet.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Rogatiano. Iudicatus si terrorem interpositum abet, valere non potest.

Lex 2. Impr. Alexander a. Maximiano. Iudex si per epistulas iussit aliquem reddere, exigi non potest.

Lex 3. Idem a. Zotico. Subscripto iudicato ab ipso retractari non potest.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Asclepiadi. Quae addictus es, si solutionem non ostendis et si consensisti, quae iudicata sunt persolvis.

Lex 5. Idem a. Iocundo. Iudex si absque inquisitionem sententiam iussit te in fundus ingredere, validum non est.

Lex 6. Impr. Philippus a. et Philippus consul[1] *Cassiano.* [f. 183] Iudex si in pariete ponat scriptum quasi iudicatum vel terrores, invalidum est.

Lex 7. Impr. Constant. a. ad Bassum pu. Iudicatus in *paucis litteris* comprehensum *temere* non valet.

TITULUS LVIII. Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum erit.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Absaniae. Iudicata causa si ostendis falsa allegatio fuisse, petere potis.

Lex 2. Impr. Alexander a. Optato. Addictus si non apellavit et postea ostendit falsa fuisset instrumenta, agere potis.

Lex 3. Idem a. Clementi. Que iudicatum est refutare non potest, priusquam ostendat falsa.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Herennio. Iudex ignorans ex falsis actionibus te addixit, si probatum fuerit, suspenditur iudicatus et exactio.

[1] *Lege* Phil. c.

Digitized by Google

TITULUS LIX. De confessis.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Iuliano. Quot in iudicio confitetur negari non potest.

TITULUS LX. Inter alios acta vel iudicata aliis non nocere.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Ephageo. Inter aliis actum aliis non nocet; si unus debitor reddidit, alio absque probationem exigere non potest.

Lex 2. Idem a. et c. Severe. Qui sua portionem transigit, alii non preiudicavit.

Lex 3. Idem a. et c. Fortunatae. Cum fratre tuo facultate *successisti,* tu cum aliquem pactuasti, alii preiudicium non fecisti.

TITULUS LXI. De relationibus.

Lex 1. Impr. Constant. a. Profuturo prefecto annone. Iudex si non inter partes iudicavit, set arbitrare voluerit, vel si [f. 183 v.] suum iudicium retractavit, apellatio constat.

Lex 2. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Viventio pp. Sugestio presidis vel provincialium ad principem directam subscribatur.

TITULUS LXII. De apellationibus et consultationibus.

Lex 1. Sententia Divi Severi. Prius de causam intromissam iudica et post de crimen;[1] si hoc iudex pretermisit, et iuste apellatur.

Lex 2. Impr. Alexander a. Plariano. Dato iudicato apellare non proibebis.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Victori. Apellatione interposita iudex noluerit recipere, valet apellatio.

Lex 4. Impr. Philippus a. et Philippus c. Probo. Si non apellasti, iudicato resolvere non potis.

Lex 5. Impr. Dioclit. et Max. aa. Valerio. Presidi provinciae qui apellavit si tardius petiit epistolas ad ambulandum propter appellationem, mortuus est, apellatio manet.

[1] *B.* discrimen.

Digitized by Google

Lex 6. Idem a. Qui apellavit si minus in causa allegavit, liceat ei manifestare illi, cui deferet acta et iudicatum. Victor expensas recipiat. *In ea lege* [§ 5] *abet:* Qui propria causa litigavit intra biennium [1] apellet; procurator intra triduo apellet.

Lex 7. Idem a. Neoni. Qui administrationem curie addicti sunt si non apellaverint, recusare se non potent.

Lex 8. Idem a. et c. Appiano. Si non minor etati addictus es, si non apellasti, exigeris.

Lex 9. Idem a. et c. Eracleo clarissima nobis. Dominus litis. Procurator si apellavit, ante [2] procuratore agere potis dominus principalis. [184]

Lex 10. Idem a. et c. Titiano. Procurator vel actor in conputationem in iudicio fallarunt, apellare licet. Et [3] adultis si veniam postulavit, litigavit, apellari illi licet.

Lex 11. Idem a. et c. Aurelio. Cives et advenas post iudicatum si non apellaverunt, causa redici non potest.

Lex 12. Impr. Const. a. ad Catulinum. Qui apellat nullam iniuriam sustineat; si crimen obicit, si fideiussorem [4] non abet quem dare, *in* [5] *custodia* teneatur.

Lex 13. Idem a. Petronio. Litigator quovis modo apellaverit, iudicatum et acta [6] *ad comitatum* perducat.

Lex 14. Idem a. et c. ad Bassum. Apellare scriptis et in verbo licet.

Lex 15. Idem a. et c. ad Severum. Causas, que ad principem venerint, retractari non potest.

Lex 16. Idem a. et c. ad Maximum. De immagines imperatorum disceptatio, [7] si apellatio datur, recipitur.

Lex 17. Idem a. et c. Iuliano pp. Si inter pretores questio est de apellatione, ad prefectum proferatur.

Lex 18. Idem a. et c. Victori. Debitor fisci si apellavit, intra tempus constitutum non reddet rationem, debitum exigitur.

[1] *Lege* biduum. *H.: Iust.* eodem die vel altero. [2] ante *corruptum ex* absente. [3] Et *del.* [4] *B.* fideiussore. [5] *B.* nec. [6] *B.* exacta. [7] *Iust.* imaginem principalis disceptationis.

Digitized by Google

Lex 19. Idem a. et c. ad universos provinciales. Proconsulibus et comitibus et his, qui[1] *prefectorum cognoscunt. In ea lege:* Omnibus iudices vel prefectos liceat apellatione suscipere. Quod si noluerit, hic, qui volet apellare, si cognitum fuerit iniusta causa abere, reus cum infamia discedat. Quod si his, qui iusta causa,[2] his, qui apellationem non suscepit, cum gravi infamio in urbe denuncietur. [f. 184 v.]

Lex 20. Impr. Constantinus a. Albino. Omnibus litigatoribus liceat apellare, et non dicat iudex hoc sibi esse iniuria.

Lex 21. Idem a. et c. adIulianum. Iudex si apellationem suscipere noluerit, treginta libras auri det fisco, et officius idem triginta det.

Lex 22. Idem a. et c. ad Volusianum pp. Dato iudicato si apellare voluerit, audiatur.

Lex 23. Idem a. et c. ad Senatum. In designatas provincias ut apellatio suscipiatur.

Lex 24. Impr. Valentinianus et Valens aa. ordini civitatis Carthaginiensium in Africa.[3] Intra triginta dies post iudicato accipiat acta, liceat agere apellatione. Qui autem fecerit illi inpedimentum, puniatur.

Lex 25. Impr. Gratianus, Valentinianus et Theodosius aa. ad Syagrivio pp. Apellatio omnibus liceat admitti.

Lex 26. Idem a. et c. Archadius a. ad Paladium comitem rerum privatarum. Apellationem te inquiri iubemus, ne pro longinquitatem itineris ad rectorem provinciae tuae eos dirigas.

Lex 27. Impr. Archadius et Honorius aa. Henodio proconsul Africae. Apellatio vel iudicato non legibus facto valere non potest.

Lex 28. Idem a. et c. Nebrio consuli Asiae. Qui apellavit, licet illi in alio iudicio causam dicere.

Lex 29. Idem a. et c. Qui publico addicitur, apellare liceat illi.

Lex 30. Idem a. et c. Theodoro pp. Omnibus iudicibus sine dispendio liceat apellari; prefecto apellare iniuste dispen- [f. 185] dium est.

[1] *Adde* vice. [2] *Lege ex. gr.* si his, qui volet apellare, i. c. abet,... [3] in Africa *glossema.*

Digitized by Google

Lex 31. Impr. Honorius et Theodosius aa. Asclipiodoto pp. Iudex publicus sex menses abeat spatium post suscepta apellatione dare apostholos; arbitres quattuor.

Lex 32. Impr. Valentinianus et Theodosius aa. Chyro pp. Apellatio aput prefectum aut questorem discutiatur.

Lex 33. Idem a. et c. Cyro. Contra rectorem provinciae detur apellatio propter fisco vel curia, pp.[1] resideat cum mag. militi et audiat.

Lex 34. Impr. Iustinianus a. Demostheni pp. Qui ad imperatorem defert appellationem iudici, qui ut sedeant iudices.

Lex 35. Greca.

Lex 36. [37] *Impr. Iustinianus a. Mene pp.* Que poena sit, qui praeiudicat; intra biennium apellationis tue rationem reddas.

Lex 37. [38] *Impr. Iust. a. Demosteni pp.* Si quis de dignitates sunt, qui causam audierunt, apellationem suscipiant, et apud questores cartularios audiatur.

Lex 38. [39] *Impr. Iustinianus a. Iuliano pp.* Quae sit poena iudicibus potestatum, qui male iudicavit.

Titulus LXIII. De temporibus et reputationibus appellationum seu consultationum.

Lex 1. Impr. Constantinus a. ad Crispinum. Qui apellavit intra duos menses aut conquiescant aut petant apostolos, hoc est litteras ad iudicem, qui apellationem requiret.

Lex 2. Impr. Theodosius et Valentinianus aa. Cyro pp. Eunuchus[2] iudicio, vel intra quod menses post obitum eius, qui litigavit, heres eius apellet.

Lex 3. Impr. Iustinianus a. Appioni pp. Si intra biennium[3]

[1] *Scil.* praefectus praetorio. *Has litteras* pp. *ad constitutionis inscriptionem pertinere putat H.; eas autem hinc minime transferri posse in aperto est.* [2] *Pro* eunuchus *lege* ex cuius, *pro* quod *lege* quot. *Ceterum in genuina const. agitur de* die fatali, *non de* obitu *ligatoris. Cfr. etiam legem* 5. [3] *Iust.* intra statutum tempus. *Cfr. legem* 5.

Digitized by Google

apellationis tue rationem non reddideris, nulla ratio tibi subveniat. [f. 185 v.]

Lex 4. Impr. Iustinianus a. Adtiano mag. officiorum. Liceat apellare et exinde tractare et non de alia causa; sed si quid pretermisit, postea suggerat qui causam apellationis retractat.

Lex 5. Impr. Iustinianus a. Tribuniano questori sacri palatii. Que provincia et intra quod tempus vel si morso[1] occupaverit de apellatione sua agat. *In ea lege* [§ 2] *dicit:* Intra anno recolligantur acta et dentur chartulariis, simul et apellatione et iudicato, ut tractetur et intra biennium reddatur ratio apellationis; quot inevitabilis casus impediret, tertius addatur annus.

Titulus LXIV. Quando provocare necesse non sint.

Lex 1. Impr. Alexander a. Apollinario et aliis. Inter absentes iudicato absque apellatione resolvitur.

Lex 2. Idem a. Capitoni. Iudex si[2] testamentum, quem minor de quattuordecim annos fecit, infirmum est, apellatio tua iniusta est.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Ingenuo. Si addictus fuisti, ut curialis es[3] si apellasti, ea causa reteni non potis.

Lex 4. Impr. Valentinianus, Galienus et Valerianus aaa. Iuliano. Si magistratus dixit te curialem esse, si non apellasti, non tibi est preiudicium, quia sententia non est data.

Lex 5. Impr. Carus, Carinus et Numerianus aaa. Domitiano. Iudex provinciae si iniuncxit vobis aliquid contra iustitiam, si non apellasti, preiudicium tibi non fuit.

Lex 6. Idem a. Germano. Si intra dies constitutos deputatus est iudicare, post diem constitutum iudicavit, absque apellatione iudicius eius invalidus est. [f. 186]

Lex 7. Impr. Dioclit. et Max. aa. Nicanore. Iudex premium si accepit, quae iudicavit invalidum est absque apellationem.

Lex 8. Idem a. Constantino. Si pater tuus curialis fuit et te

[1] *Lege* mors (*Iust.* fatalis dies). [2] *Intell.* si pronuntiavit..., infirmum esse. [3] ut curialis, et...

Digitized by Google

propter minorem etatem dixit « dum proficeris, curialis sis », sine apellatione subvenitur tibi propter minori etate.

Lex 9. Idem a. Rufino. Miles *post vicensima stipendia,* si causarius fuit, sine apellatione in militiia eum permanere iubet.

Lex 10. Impr. Iustinianus Moene pp. Victoris causae liceat apellare propter dispendia, quia adversario non addixit reddere.

Titulus LXV. Quorum apellationes non recipiantur.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Sabino. Contumax ante iudicium si apellavit, non recipitur.

Lex 2. Impr. Const. a. ad Ieroclem. Criminosus convictus liceat illi apellare.

Lex 3. Impr. Valentinianus et Valens aa. ad Modestum pp. Officium non liceat [1] iudici suo « ad te non dico causa ». Post sententiam apellari licet.

Lex 4. Impr. Gratianus a. ad Olybrium. [2]

Si iuste debitum publicum vel canonis petatur, apel- [f. 187 v.] latio recipi non potest.

Lex 5. Impr. Valentinianus, Gratianus et Valerianus aaa. ad Thalassum proconsule Africae. Prefecto qui iniuste apellavit, quinquaginta libras argenti det pena.

Lex 6. Impr. Grat. Valentinianus et Theod. aaa. ad Ypatium pp. Qui testamento reservare [3] non permittit aut in facultatem secundum testamentum introduci non permittit, viginti libras auri det poena.

Lex 7. Impr. Archadius a. ad Palladium comitem rerum privatarum. Ante iudicium nec discussor dari licet nec apellari.

[1] *Supple* dicere. [2] *In S. a f.* 186 *r. usque ad f. 187 v. sequuntur tituli* 20-27, 12 *libri octavi. Librarius, qui a transpositione foliorum archetypi in errorem ductus* (*cfr. Praef.* § 2) *numeros titulorum ad seriem septimi libri accomodaverat, errore comperto notas apposuit* hd. hp. *Ego, Heimbachium secutus, genuinum ordinem restitui.* [3] *Lege* reserare.

Digitized by Google

Lex 8. Imp. Honorius et Archad. aa. Apollodoro comiti rerum privatarum. Si iuste ratione debetur[1] publico apparueris, apellare te non licet.

TITULUS LXVI. Si pendente appellationem mors [f. 188] intervenerit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Iuliano. Qui appellavit si mortuus est, heres eius rationem reddat aut iudicium conservet.

Lex 2. Idem a. Marcelline. Qui apellavit mortuus est, ad successores suos actio competit.

Lex 3. Idem a. Ulpio. Qui apellavit in exilio defunctus est, causa preiudicium non generavit.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Alexandro. Si pater tuus curialis adiudicatus est et apellavit, mortuus est, ratio apellationis reddi non licet.

Lex 5 Idem a. Felici. Causa, que de ancilla dicta est, si apellatio posita est et mors intercesserit, de apellatione ratio reddenda est.

Lex 6. Impr. Constant. a. ad Bassum pp. Post apellationem si unus mortuus est, heres eius alii quattuor menses supra biennium ei augeatur reddere rationem apellationis.

TITULUS LXVII. De his, qui per metum iudicis non appellaverunt.

Lex 1. Impr. Diocli. et Max. aa. Diophani. Adictus non apellavit, exigitur: apellare timere non debis.

Lex 2. Impr. Iulianus a. Germaniano pp. Qui propter timorem iudicis apellationem non posuerit, postea agere non potest. Si violentia passus est, *contestatione publice* ponat.

TITULUS LXVIII. Si unus ex pluribus apellaverit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Licinio. Si contra plures iudicatum fuerit et unus ex consensum apellaverit, omnes constat appellasse.

[1] *Lege* iusta r. debitor.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Sereno. Si contra plures iudicatum fuerit, si unus apellavit, minori aetate prodest; nam maiori etate qui non apellavit prode non est.

TITULUS LXIX. Si de momentaria apellationem fuerit apellatum.

Lex 1. Impr. Valentinianus, Theod. et Archad. aa. ad Eusignium pp. Qui de momento restitutionis litigat si apel- [f. 188 v.] laverit, momento tamen restituat.

TITULUS LXX. Ne liceat in una eademquae causa tertio provocare vel post duas sententias iudicum, qua definitio prefectorum roboravit, eas retractare.

Lex 1. Impr. Iust. a. Moenae pp. Non liceat in unam causam tertio apellare, naec prefecti iudicum secundo apellare.[1]

TITULUS LXXI. Qui bonis cedere possunt.

Lex 1. Impr. Alexander a. Hyrineo. Qui bona sua gesserit, creditores succedunt. Debitor iniuria in custodia non patiatur.

Lex 2. Impr. Philippus a. et Philippus c. Abarcionto. Pro debito fiscali condempnatus es, si reddis, cessionem rerum suarum[2] sine causa compelleris facere.

Lex 3. Impr. Valerianus et Galienus aa. et Valeriano nobies[3] *c. Lenille. Si pater tuus* pro debitum *bonis cessit,* que tibi in emancipatione antea datum est auferre tibi a creditoribus non potest.

Lex 4. Impr. Dioclit. et Maxim. aa. et c. Chilo. Nisi debitor bona sua queret, creditores non eas occupent, sed vendantur, ut, si plus valet, recipiat, et liceat contra creditore agere, si prescriptio excluserat cautionem.

Lex 5. Idem a. et c. Mironi. Non *propter honorem* curiae bona cedat, sed propter debitum.

[1] *Hanc legem om. H., una cum rubrica tituli LXXI.* [2] *Lege* tuarum. [3] *Lege* nobilissimus.

Digitized by Google

Lex 6. Apud acta impr. Theodosius dixit: Debitor creditori suo res suas quodammodo vult cedere, licet.

Lex 7. Impr. Iustinianus a. Iuliano pp. [7-8] Filios vel parentibus liceat cessionem rerum suarum facere et nullam iniuriam pati. [8] Creditor si vult quinque annis dare indutias aut cessionem accipere, abeat in potestatem. Fortior creditor aut plures quot elegerint, hoc et alii faciant. [f. 189]

Titulus LXXII. De bonis auctoritate iudicis possedisse venundis et de reparationibus bonorum.

Lex 1. Impr. Anthoninus a. Atticiae. Prius omnium ab herede legata solvantur.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Arestoni. Inter heredem et creditorem patris sit audientiam renuntiandam [1] facultatem.

Lex 3. Idem a. Claudianae. Si debitor timens cessionem fecit, licet pulsare creditorem, ita ut prius det fideiussorem.

Lex 4. Impr. Diocl'it. et Max. aa. Clearcianae. Si creditor suscepisti successionem rerum, creditor spondet.

Lex 5. Idem a. et c. Abydomo. [2] Creditor, absente debitore, iudici petat introduci se in res debitoris.

Lex 6. Idem a. et c. Agathemero. Creditor, qui pignus, [3] fortior est ab alios. Quod si absque pignus in verbo omnes crediderunt, equalemque in successionem debitoris veniunt.

Lex 7. Idem a. et c. Domno. Filius pro sua protectione [4] matri debitor extitit, si eam heredem fecit, non proibetur exigere coheredes eius.

Lex 8. Idem a. et c. Helide. In possessionem rei servandae uxor defuncti vel alii creditores missi dominium ex causa tenentes adipisci minime possunt. Sub die VI Kal. Ian. Nicena. [5]

Lex 9. Idem a. et c. Gerontio. Tutor vel curator si de administratione debitor extitit, agere potest.

[1] *Lege* renuntiandi. [2] *H.* Abydonio, *quam lectionem recepit Kr.* [3] *Lege ex. gr.* qui p. accepit,... [4] portione? *H.* [5] *Iust.* Nicomediae.

Digitized by Google

Lex 10. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Omnes tutores[1] absque epothecas equum veniant ad successionem debitoris: et si unus occupavit, alii creditores contra eum agere potest, qui in [f. 189 v.] una provincia sunt, intra biennium; qui in transmare sunt,[2] intra quadriennio. [§ 2] Si plures eas vendiderunt, quam debeantur, apud ecclesiam seponant receptas expensas.

Titulus LXXIII.[3] De privilegio fisci.

Lex 1. Imp. Antoninus a. Eutrophiae. Res mariti tui pro debito *a fisco occupata sunt,* si tibi conpetent, restituuntur tibi.

Lex 2. Idem a. et c. Valerianae. Res mariti si tibi prius sunt oblegata, quam fisco, excluditur fiscus.

Lex 3. Idem a. Iulianae. Si pro marito tuo debitum reddidisti et eius substantiam tenis, si ante fisco fuit debitum, compelleris reddi.

Lex 4. Idem a. Cohinto. Si antea fundus venditus est, quam fisco oblegaretur, fiscus excluditur.

Lex 5. Impr. Alexander a. Magnae. Creditor a debitore suo pecunias exigit, si iuste constiterit[4] eas fisco reddat, sine usuras restituit.[5]

Lex 6. Imp. Gordianus a. Severine. Qui fisco obnoxias fuit, sponsalicia, quem post fecit, nichil est.

Lex 7. Impr. Valentinianus, Galienus et Valens aaa. et c. Dyodoro. Pro maritum in fisco debitum reddidisti, a posteriores creditores mariti non inquietaris pro facultatem, quem tenis.

Titulus LXXIV. De privilegio dotis.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Firmo. Scire debis privilegium dotis, quo mulieres utuntur in actione de dotem, ad heredem non transire.

[1] creditores? [2] *Iust.* absentes. [3] *S.* LXIII. [4] *Adde* ut. [5] *S.*[a], *ut videtur,* restituis.

Digitized by Google

TITULUS LXXV. De revocandis his, quae per fraudem alienati sunt.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Cassiae. Si creditor patris fundum tradedisti, si nichil debebatur, recipere potis.

Lex 2. Impr. Alexander a. Simphorianae. Sponsalia in te [f. 190] facta, si anteriores creditores sunt, defendere ea non potest.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Acyndino. Si in hereditatem patris te[1] miscuisti, praeter[2] donatio, quae in te ante facta est, non inquieteris.

Lex 4. Idem a. et c. Ephagato. Filius debitoris res patris alienare non potest.

Lex 5. Idem a. et c. Criscentino. Non liceat dici « ignoravi apellare: non reddo ». Hic contra emptorem liceat agi, si sciens dum[3] alienum comparavit.

Lex 6. Idem a. et c. Menander. Venditori poteris refutari documentum intra annum, si tibi dolo aut fraudem fecit.

EXPLICIT LIBER VII ADNOTATIONUM
DOMINI IUSTINIANI.

[1] *Adde* non. [2] propter? [3] sciendum (*pro* sciens)? *Iust.* sciens fraudem.

Digitized by Google

INCIPIT LIBER VIII CONSTITUTIONUM
DOMINI IUSTINIANI, UT SUPER.[1]

TITULUS PRIMUS. De interiectis.

Lex 1. Impr. Alexander a. evocato. Si arbor aliena fundamenta aut domum ledet, tollatur.

Lex 2. Impr. Valerianus et Galienus aa. Messiae. Ex alterius provinciae iudex electus ad definiendum licet.

Lex 3. Impr. Dioclit. et Max. aa. Pompeiano. Qui interdixit, provet ipse suum aesse.

Lex 4. Impr. Archadius et Honorius aa. Hemiliano pp. Qui interdixit, ipse probet quod potest.

TITULUS II. Quorum bonorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Iusto. Possessionem patris tui, te filium probasti, recipis. [f. 190 v.]

Lex 2. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Marco. Soror tua intestata sine liberi decessit, illi heres succedis.

Lex 3. Impr. Archadius et Honorius aa. Petro vicario. Uxor intestata sine filii decedens, excluso marito parentes succedant.

TITULUS III. Quod legatorum.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Latinae. Heres scriptus in falcidia non vendat legata solus, sed vel redimet. Heres prius quis succedat, det fideiussore, ut adimpleat legem.

TITULUS IV. Unde vi.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Theodoro. Recte possidet, si non est pulsatus.

[1] *Cfr.* p. 259 *adnot.* 5.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. et c. Alexandro. Violenter expulsus intra anno restitutio.[1]

Lex 3. Idem a. et c. Ulpie et Proculinae. Violenter res occupate a iudice vobis dominus[2] non firmatur.

Lex 4. Idem a. et c. Igino. Vim tenta possessio cum retro temporum fruges postulare licet.

Lex 5. Impr. Const. a. ad Tertullianum. Res locatas si alius vim non[3] occupavit, cum poena restituat.

Lex 6. Impr. Valentinianus, Grat. et Theodosius aaa. Pancratio pu. Tutores vel curatores dolo fecerint de pervasam rem minoris, exilio deportentur; causa minoris pervasio[4] restituitur.

Lex 7.[5] *Impr. Valentinianus, Theodosius et Archadius aaa. ad Messianum com. rerum privatarum.* Si quis ausu[6] proprio rem occupavit, si suam[7] est, amittit; alienam ipsam et[8] estimationem rei reddet.[9] [f. 191]

Lex 8. Impr. Archad. et Honorius aa. Pasifilo. De momento et que sine violentia fiet occupatio restitui iubetur.

Lex 9. Impr. Zeno a. Sevastiano pp. Cui res pervasas vel violenter tultas sunt, quod simul perdedit, iuraverit, recipiet.

Lex 10. Idem a. Sevastiano pp. Possessio alii locata alius invasit, puniatur et dominus possessio restituatur.

Lex 11. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Absque iudici auctoritate qui proprio ausu rem alienam tenuit, predo dicitur: intra XXX annos dupplum reddat domino, qui tunc presenti non fuit.

TITULUS V. Si non[10] per vim aliove modo absentis perturbata sit possessio.

Lex 1. Impr. Constantinus a. Severo. Qui rem absenti occupavit, reddet: absenti prescriptio temporum non est, sed momentum reddat.

[1] restituitur? [2] dominium? [3] non *del.* [4] pervasa? [5] *Hanc legem servat « Lectio legum » cod. ms. Vallicelliani* B. 32, *praefixo titulo:* Incipit liber VIII codicus Iustiniani augusti. cap. VIIII. Lex rerum privatarum. [6] *Lectio legum* ausus. [7] *Lectio legum* sua. [8] *Lectio legum* aliena et ipsam. [9] *Lectio legum add.* quadruplum, *quod tamen postea deletum videtur.* [10] non *del.*

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Archad. et Honorius aa. Petronio ricario Spaniorum. Iuste petisti, restituet[1] tibi possessionem, que per absentiam abstulta est.

TITULUS VI. Uti possiditis.

Lex 1. Impr. Dioclit. et Max. aa. et c. Cyrillo. Iuste possedisti sine pervasionem et violentiam, nam[2] de propietate requirendum est.

TITULUS VII. De tabulis exibendis.

Lex 1. Impr. Valentinianus et Galienus aa. Germano. Si substitutus patris es, post eius obitum tu uteris testamentum.

TITULUS VIII. De liberi exibendi seu deducendis et de homine libero exibendo.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Iustino. Si filii sunt comendati,[3] matrem convenire eos potis.

Lex 2. Impr. Max. et Dioclit. aa. Cyrille. Liceat ma- [f. 191 v.] trem convenire filium.

Lex 3. Idem a. et c. Evvodie. Licet matre convenire, ut presente filium.

TITULUS IX. De precario et de Salviano interdicto.

Lex 1. Imp. Gordianus a. Aristoni. Quae tibi obnoxia sunt, debitor alii eas vendedit, repetere qui se tenet qui consensum non prebuisti.

Lex 2. Imp. Diocli. et Max. aa. et c. Fabricio. Res alteri obnoxias comparasti, et ab herede tuo restituere potest.

TITULUS X. De edificiis.

Lex 1. Impr. Antoninus et Severus aa. Tauro. Balneum edificari non in altitudinem licet.

[1] petisti restitui? [2] nam, *ortum ex praecedenti* tiam, *del.* [3] condemnati?

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Alexander a. Diogeni. Ita distrue domum, ut publicum aspectum non deformes.

Lex 3. Idem a. evocato. Domus in civitate in ruina posita, aspectus eius pro ornatus civitatis conservetur.

Lex 4. Impr. Phililpus a. et Philippus c. Victori. Socius communem edificium restauravit, si intra quatuor menses non recipisti expensas, propietas tibi effecta est domus.

Lex 5. Imp. Diocli. et Max. aa. Octavio. Si communem balneo inconscio socio quasi suum restauravit, amittat expensas.

Lex 6. Impr. Const. a. Aelpidio pp. Si quis de ornatu civitatis marmora vel columnas tulerit et in villa[1] posuerit, infiscetur ipsa possessio; similiter si de possessionem in aliam possessionem ponitur.

Lex 7. Impr. Iulianus a. ad Vitianum vicarium Africae. Nulli liceat columnas vel statuas alibi transferre.

Lex 8. Imp. Valentinianus, Valens et Grat. aaa. ad [f. 192] *Domestum pp.* Curialium[2] in civitate in ruina posita compellantur restaurare; possessores in civitate in ruina positas compellantur restaurare.

Lex 9. Impr. Honorius et Archadius aa. et Theodosius aa. Emiliano pp. Qui a publico muro decem[3] pedes longius non edificavit, destruatur eius edificium.

Lex 10. Impr. Honorius et Theodosius aa. Molaxio pp. Muralia deserta per provincias si quis edificare voluerit, liceat.

Lex 11. Idem a. Severo pp. Longius ab orrea publica, ubi triticus ponitur, decem pedes edificet.

Lex 12. [13] *Impr. Iustinianus a. Ioh. pp.* Lex Zenoniana ad Amantium data de servitutem valere iussit: omnes leges, qui in urbe recipiuntur, ita et *in omni loco.*

Lex 13. [14] *Imp. Iustin. a. Ioh. pp.* Qui interdicit edificare intra tres menses finiat certamen; si non potuerit, qui edificat det fideiussore, ut, si edictus[4] fuerit, suis operibus illud destruat.

[1] *S.*[a] via. [2] Curiales domum? [3] *Iust.* quindecim. [4] evictus? addictus?

Digitized by Google

TITULUS XI. De operibus publicis.

Lex 1. Impr. Constantinus et Constans aa. ad Catulinum. Ad iudicem iniunctas operas obediantur publico fieri, non dum[1] post fuerit privatus.

Lex 2. Idem a. Marcello comiti orreorum.[2] [4] Preturia publica fisco vindicentur.

Lex 3. [4] *Idem a. Ecdicio.* [2] Que in utilitate publica expenduntur, previdendum est.

Lex 4. [5] *Impr. Valentinianus et Valens a. ad Simachum pu.* Nova et vetera edes iudex sibi non applicet, sed suum [f. 192 v.] edificet.

Lex 5. [6] *Impr. Valentinianus, Grat. et Theod. aa. ad Proculum.* Res publica vel distructa vacantes publico prescriptio non fiet.

Lex 6. [7] *Idem a. Cindino pp.* Portas civitatis et aqueductum restaurando nullus se excuset.

Lex 7. [8] *Idem a. Cinidio pp.* Qui de solidos publicos res publicas fecit, murus intra quindecim annis si lapsus est, de suo illud refaciat.

Lex 8. [9] *Impr. Theodosius et Archadius et Honorius aaa. Aureliano pp.* Ad construenda iussione principis res publicas ad alia ruina non distraatur absque iussione principis, usque ad quinquaginta libras argenti qui valet.

Lex 9. [10] *Idem aa. Rufino pp.* Iudex perfecta opera publica sub ipso nomen in privato operavit, tenetur obnoxius multando.[3]

Lex 10. [11] *Imp. Honorius a. Eusebio comiti stab.*[4] Moenia publica et terma de tertia parte redi tibi[5] publicis reparetur.

Lex 11. [12] *Idem aug. Cesario pp.* Mura civitatum nova vel vetera restaurata a civibus fiant possibilitate previdenda.

Lex 12. [13] *Idem a. Theodoro pp.* Si iudex inconsulte iussit et nova aliquid fieri vel distrui et alibi transferri, sex libras auri det multa.

[1] *S.* nondum. [2] *Iust.* Orientis. [3] *Iust.* maiestatis teneantur obnoxii. [4] *Iust.* sacrarum largitionum. [5] *Lege* reditibus.

Digitized by Google

Lex 13. [14] *Idem a. Severo pp.* Iuxta moenia publica domos vel porticas non sint; si fuerint, retrahantur.

Lex 14. [15] *Idem a. Eutichiano pp.* Nullus ab impe- [f. 193] rio petat sibi opus publicum tribui, nisi ruinatas et parvas.

Lex 15. [16] *Impr. Honorium et Theod. aa. Emiliano pp.* Si ex ruina aut vetustas edes publicas distractas reparentur, et imagines releventur.

Lex 16. [17] *Imp. Hon. et Theod. aa. Menatio pp.* Nullus in palatio propria sibi defendat abitando.

Lex 17. [18] *Idem a. Anthemio pp.* In cuius terra turris publica fiet, beneficius illi repensetur.

Lex 18. [19] *Imp. Theod. a. Severino pp.* Reditus portici ad luminaria publica et restauratione proficiat.

Lex 19. [20] *Imp. Theod. et Valent. aa. Cyro pp.* Qui portaticum [1] publico vel ex parte sui domus occupaverit, L.ta lib. auri multetur.

Lex 20. [21] *Idem a. Cyro pp.* Publici labites [2] deauratos et marmara nullus ad usus aecclesiae tollant, nuptias inibi exerceant.

Lex 21. [22] *Impr. Leo a. Eritrio pp.* Novum opus iudex non iniungat fieri.

Titulus XII. De ratiociniis operum publicorum et de patria [3] civitatum.

Lex 1. Imp. Zeno a. et Archad. a. Aedificantes opus publicum ratiociniis eorum discussio fiat. Qui discutit fraudem fecerit, quinquaginta auri libras multetur. *In ea lege:* Qui opus publicum de suo pollicitus est facere, compellitur.

Titulus XIII. De pignoribus.

Lex 1. Imp. Severus et Antoninus aa. Timotheo. Debitor pignus cessit, absolutus est.

[1] *Iust.* porticus. [2] lapides? *Iust.* Basilicam inauratam et marmoribus decoratam... [3] *Lege* patribus.

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Lucio. Qui omnem substantiam obligavit vivendum; quod enim tradidit, iuris creditoris effectus est.

Lex 3. Idem a. ad Maximum. Creditor, *non reddita sibi pecunia* per iudicem in rem oppositam introductus, vim non fecit.

Lex 4. Idem a. Bellio. Pignus datus reddito recipis.

Lex 5. Imp. Antoninus a. Domitio. Pignus tibi ob- [f. 193 v.] positum, si perscriptio te munet, absque iudicio iuris tui effectum est.

Lex 6. Idem a. Quinto. Possessio pignoris tenta, quod pro ea in publico dedit debitori reputetur.

Lex 7. Imp. Gordianus a. Marciano. Ususcapionem temporum pignus non abent.

Lex 8. Idem a. Festo. Creditor pignus propter debitore vel fideiussore convenire potest.

Lex 9. Idem a. Attico. Possessio pignoris obposita alii a debitore, cum creditore ratione ponis de fructibus.

Lex 10. Imp. Diocl. et Max. aa. Alexandro. Creditor debitore convenit pro pignus sibi oppositum definiri.

Lex 11. Idem a. Euphrosino. Creditor sine iudice res sibi oppositas occupare non licet.

Lex 12. Idem a. Eusebio. Ad uxores res creditori obpositas, maritus in quem [1] donata sunt restituto debito succedit.

Lex 13. Idem a. Matrone. Si non minor XXV annis que opposuit, valet.

Lex 14. Idem a. Appiano. Oblegatas res alii venditas, creditori est potestas in rem aut in emptorem actio.

Lex 15. Idem a. Basilide. Res obnoxias nec vendi nec donari nec fideicommisso [2] liceat.

Lex 16. Idem a. Eranidi. Non cui pecunia fuit, sed qui feneravit, est ipsi oblegatio.

Lex 17. Idem a. Pontie. De mutuas pecunias rem comparavit, emptoris est.

[1] *Lege* in ea, quae. [2] relinqui *add.?*

Digitized by Google

Lex 18. Idem a. et c. Evodio. Actio creditori in rem oblegatam competit.

Lex 19. Idem a. et c. Maximo. Si violenter maiorem pignus opposuisti pro conservando minori, debis.

Lex 20. Idem a. et c. Alexandro. Creditor non compellitur, ut exigat: debitore signatas pecunias sequestret, si creditor non vult recipere.

Lex 21. Idem a. et c. Reddito debitor [1] pignus compelle [f. 194] restituere.

Lex 22. Idem a. Anthiotiano. Creditor conaluere debitum reddens a debitore eorum restituitur ei.

Lex 23. Idem a. Machedonio. Legitima etate si debitum concessit, valet.

Lex 24. Idem a. et c. Marco. Debitor creditore compellere non potest pignus persequi.

Lex 25. Idem a. Dracontio. Servus pignus datus mortuus est, debitor non est absolutus.

Lex 26. Idem a. Mauricio. Servus oppositus ab alio absolutus est, debitum pete.

Lex 27. Imp. Iust. a. Moene pp. Debitor si post militiam filio suo vel cuilibet comparavit, creditori est obnoxium.

Titulus XIV. In quibus causis pignus tacitae contraitur.

Lex 1. Imp. Antoninus a. Sperato. Censitoribus bona oblegata sunt, si fraudem fecerint.

Lex 2. Idem a. Proculo. Qui res fiscales fragiavit, bona eius obnoxia sunt.

Lex 3. Pars ex rescripto impr. Alexander a. Si redditus possessionis pignus opposuisti vel non, reputandum est. Quod exinde creditor comparavit, ipsius est.

Lex 4. Imp. Carus, Carinus et Numerius aa. Si ante vota bona mariti sint oblegata, mulier adquisiit.

[1] debito?

Digitized by Google

Lex 5. Imp. Diocl. et Max. et c. Currentie. Si mancipia pignoris obposita tenuisti, mulier eas in dote posite fuerint, pensionem reputas.

Lex 6. Imp. Theod. et Valentinianus aa. ad Florentium pp. Mulier si legibus tutela ministravit, si, antequam ad secundas nuptias migravit, tutorem non ordinavit, res mulieris obnoxia sunt.

Lex 7. Imp. Iust. a. Ioh. pp. Conductores si pensiones non solverint, bonis eorum obnoxia sunt. [f. 194 v.]

TITULUS XV. Si aliena res pignoris data sit.

Lex 1. Imp. Antoninus et Severus aa. Carpo. Procurator domum oppositam de suo debitum reddidit, recipere potis.

Lex 2. Idem a. Latinae. Res tuas alii [1] ab alio oblegari non potuit, te ignorante.

Lex 3. Imp. Antoninus a. Marcie. Tutor vel curator res pupilli alio oblegari pro sua utilitate non potuit.

Lex 4. Impr. Alexander a. Secundo. Filius legitima etate vivos parentes res eorum alii oblegara [2] non licet.

Lex 5. Imp. Diocli. et Max. aa. Euthicio. Debitor que non possidit oblegavit, si posteus quam rem adquisit, pignus tenetur.

Lex 6. Idem a. Zosimo. Filius viventes parentes creditori suo aliquid donavit, invalidum est, quia servus familiae fuit.

Lex 7. Idem a. Corniliae. Si tutor pro sua utilitate mancipium pupilli donavit et pupillus consentit, nichil est.

Lex 8. Imp. Honorius et Theod. aa. Ioh. pp. Res domini per servo aut colono vel procuratore obligari non potest.

TITULUS XVI. Que res pignoris obligari possit vel non et qualiter pignus contrahatur.

Lex 1. [3] *Impr. Antoninus a. Restuto. Si monumentum corpus filiae tuae intulisti, religiosum fecisti; quo pacto oblegari a quoquam prohibentem iuris religione non posse in dubium* [3] *venit.*

[1] *B. om.* alii. [2] *Lege* oblegari. [3] *Adde* non.

Digitized by Google

Lex 2. [1] *Imp. Severus et Antoninus aa. Optate.* Quem nutristi res tuas pignus ponere non potis.

Lex 3. [2] *Idem a. Rogato.* Qui documenta agros pignus ponit, ipsa agra oblegavit. [f. 195]

Lex 4. Imp. Alexander a. evocato. Debitor pignus obligari licet, et si post alii hoc obligavit, nisi anterior creditor tibi obnoxius est, oblegatio novissima nichil est.

Lex 5. Idem a. Septimio. A colonis[1] res obligari non licet.

Lex 6. Im. Dioc. et Max. aa. et c. Rupho. Filium vel ingenuum hominem pignus poni non licet.

Lex 7. Imp. Constan. a. ad universos provinciales. Executores pro debito pignus tulerit servum aratorem aut bovem vel ferramentum, tormentis adfligatur.

Lex 8. Imp. Honori. et Theod. aa. comiti c. Pignus, unde agro coluntur, tolli non licet.

Lex 9. Im. Iust. a. Moene pp. Debitor si in cautionem obligavit « res, quas abere videor et non que abetturive ero » hoc est oblegato quot in presenti tempore abuit, nam non que posteus adquisivit.

Titulus XVII. Qui potiores pignore abeantur.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Secundo. Novissimus creditor firmam causam habet, si priori creditoris satisfecit.

Lex 2. Imp. Antoninus a. Chresto. Si antequam legatariis demisit, in iudicio debitor addictum est, iudicius potior abetur.

Lex 3. Idem Uvarro. Si prius tibi pignus obligavit quam publico, precedis.

Lex 4. Idem a Silviano. Si res post privatam publicum fuerint oblegatas, publicus reputetur.

Lex 5. Imp. Alexander a. Septemio. Prior debitor posteriore repelli non potest, quamvis pignus teneat.

Lex 6. Imp. Valerius et Galienus aa. Phyloximo. Generaliter bona oblegata abet, precedet illi, qui postea specialiter obligata accipiet.

[1] *Iust.* spem .... pro coronis.

Digitized by Google

Lex 7. Imp. Dioc. et Max. aa. Iuliano. Dum una pos- [f. 195 v.] sessio plurimis sit opposita, prior creditor preponitur [1] maxime si invenitur, de cuius solido empta est.

Lex 8. Idem a. et c. Fabricio. Duobus creditoribus res obligatas prioris satisfiet, nec potest distrai quidam, nisi debitus restitutus fuerit.

Lex 9. Idem a. et c. Asclipiodoto. Si quis pignus a debitorem suum accepit, preponitur aliis creditoribus.

Lex 10. Idem a. et c. Polideuciae. Maritus uxori pro dote se obligavit, posteriores creditores et [2] precedere non possunt.

Lex 11. Impr. Leo a. Eritrio pp. Cautio secretis subscripta valet: quod [3] a tabellione facta est trium testium firmam valet.

Lex 12. Impr. Iustinianus a. Ioh. pp. Dos mulieris preponatur anterioribus creditoribus mariti.

TITULUS XVIII. De his, qui in priorum creditorum locum succedunt.

Lex 1. Imp. Severus et Antoninus aa. Marcelline. Posterior creditor epothecarius anteponitur priorum creditorum, qui non abuerunt rem oppositam.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Felici. Filius liber a patre in fisco pro patre reddidit, omnibus creditoribus patris anteponitur.

Lex 3. Impr. Alexander a. Valenti. Si anteriori creditori qui pecunias in se transtulit, aliis preponitur.

Lex 4. Impr. Dioc. et Max. aa. Carpophoro. Si publico possessio opposita est, novissimus creditor si debitum restituit publicum, firmatur.

TITULUS XIX. Si antiquior creditor pignus vendiderit.

Lex 1. Impr. Alexander a. Athenioni. Anterior creditor possessionem sibi traditam vindicet, firmum est.

Lex 2. Impr. Diocl. et Max. aa. et c. Hendemie. Creditor [f. 196] rem obligatam recte possidet.

Lex 3. Idem a. et c. Theophilo. Secundus creditor anteriori debitum non auferet.

[1] *S.*[a] *add.* aliis creditoribus. [2] ei? [3] *B. om.* quod.

Digitized by Google

TITULUS XX.[1] Si communes res pignorate sint. [f. 186]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Venusto. Rem communem qui pignus posuit, socii portionem non tenetur.

TITULUS XXI.[2] De preturio pignore et ut in actionibus etiam debitorum missio preturii pignus procedat.

Lex 1. Impr. Iustinianus a. Mene pp. Ex iudici iussione pignus traditum firmum est.

Lex 2. Idem a. Iuliano pp. Oblegatio rerum fiat, si per executorem pignus opponas, si ex pacto, si in iudicio spondeat.

TITULUS XXII.[3] Si in causa iudicata pignus captum sit. [f. 186 v.]

Lex 1. Impr. Antoninus a. Galbinio. Ex iudicio addictus pignus obliga, valet.

Lex 2. Impr. Alexander a. Valerio. Ex iudicio pignus venundari licet, non ipsi creditori, si[4] extraneo.

Lex 3. Impr. Gordianus a. Anthicono. Ex iudicio pignus vendi licet, non pro calliditate.

TITULUS XXIII.[5] Si pignus pignori datum sit.

Lex 1. Impr. Gordianus a. Lampronio. Creditor quem accepit, alii opponere licet, reddita pecunia.

Lex 2. Imp. Dioclit. et Max. aa. Gemello. Possessione creditor pignus quem tenuit, alii creditori eam tradidit pro suo debitum, licet.[6]

Lex 1. Impr. Alexander a. Mestriano. Pignus ex placito positus, valet placitus.

Lex 2. Impr. Diocli. et Max. aa. et c. Nonnoso et Antonino. Mancipia pignus opposita, operas eorum pro[7] usuras proficit.

[1] *S.* LXVI. *Vide* p. 252 *adnot.* 2. [2] *S.* LXVII. [3] *S.* LXVIII. [4] sed? *H.* [5] *S.* LXVIIII. [6] *Supple* Titulus XXIV. De partu pignoris et omni causa. [7] *B.* per.

Digitized by Google

TITULUS XXV.[1] De remissione pignorum.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus a. Proculo. Si post manumissionem pignus te obligavit, libertati non impedit.

Lex 2. Impr. Antoninus a. Materno. Possessione, quem comparasti, sicut[2] competebat sciens consensit, recta est emptio.

Lex 3. Impr. Alexander a. Tauro. Si tibi debitor omnia obligavit, postea publico, tibi non impedit publicus.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Aquilino. Si debitorem[3] alii oppositam comparasti, si consensus creditoris non ostenditur, infirma est emptio.

Lex 5. Idem a. Asclipiadi. Si debitum inutiliter remisisti, repetere potis.

Lex 6. Impr. Dioclit. et Max. aa. Argio. Creditor possessionem sibi obnoxiam distrai vidit tacens, te[4] admisit oppositionem. [f. 187]

Lex 7. Idem a. Paulino. Creditor si heredi iussit reddi cautionem, debitor absolutus est.

Lex 8. Idem a. Apollonio. Fisco comparantem creditor presens tacuit, ammisit oblegationem.

Lex 9. Idem a. Ermiano. Si pro socero condam reddidisti, recipis. Nam ipse pignera sua recepit, iniuste reddidisti.

Lex 10. Idem a. et c. Quintille. Debitor *citra consensum* debitoris res positas vendere non potest.

Lex 11. Impr. Iustin. a. Ioh. pp. Oppositio renovari licet, et sine censu[5] creditori a debitore alii vendi non licet, nec presto[6] consensu replicare debitore.

TITULUS XXVI.[7] Etiam ob chirographaria[8] pignus teneri.

Lex 1. Imp. Gordianus a. Festo. Pro solidis mutuis oblegatio rerum fiet, et si secundus creditor cum pretio recomparavit, valet. Non redditas pecunias, anterior debitor[9] firmus est.

[1] *S.* LXX. [2] *Lege* si cui. [3] *Lege* a debitore rem *H.* [4] te *del.?* [5] *Lege* consensu. [6] *Lege* praestito. [7] *S.* LXXI. [8] *Adde* pecuniam. [9] creditor?

Digitized by Google

TITULUS XXVII.[1] De distractione pignorum.

Lex 1. Impr. Alexander a. Pagate. Creditor si de redditus pignoris debito sibi satisfecit, pignus vendi non potest.

Lex 2. Idem a. Maximo. Creditor pignus vendere licet.

Lex 3. Idem a. Luciano. Creditor res oppositas vendidit, quot minus fuerit, exigit debitor et heredes eius.

Lex 4. Idem a. Criscenti. Creditor in fraudem venditionem pignorum fecit, debitor dicere potest.

Lex 5. Idem a. Sociano. Si pro reliqua parte debiti creditor pignus vendidit et reliquo pretio debitor nolens accipere rem[2] distractam recipiet. [f. 187 v.]

Lex 6. Impr. Gordianus a. Rogato. Maiorem pignus quam debito vendi non licet.

Lex 7. Idem a. Caro. Cessante debitores[3] eius a creditore debitas fraude[4], contra creditore competit actio.

Lex 8. Idem a. Maximo. Oblegatas pecunias creditor noluit accipere, si eas sequestrati,[5] pignus non licuit a creditore vendi; antea licuit.

Lex 9. Impr. Dioclit. et Max. aa. Cyrillo. Debitor res oppositas vendidit, pretium pro debitum reddidit, valet venditio.

Lex 10. Idem a. Rufino. Liceat per subpositam[6] sibi rem obligari. A venditore[7] vendita emptor non inquietetur a creditore, si eum scientem comparavit.

Lex 11. Idem a. Rufinae. Si mulier pro alio pignus obligavit, absque marito suo vendere non potest.

Lex 12. Idem a. et c. Debitor rem tibi obligatam alii vendidit, est actio contra emptorem.

Lex 13.[8] *Idem a. et c. Theodole.* Pignus a creditore[9] [f. 196] emptor firmus est.

[1] *S.* LXXII. [2] *Intellige:* vendidit reliquum pretium nolens accipere, debitor rem .... [3] *Lege* debitore res. [4] *Adde ex. gr.* alienatae sunt. [5] sequestrasti? [6] *Add.* personam? [7] A debitore re? [8] Cfr. pag. 252 adn. 2. [9] Pignore a cred. distracto et tradito?

Digitized by Google

Lex 14. Idem a. et c. Modesto. Si debitum tibi non redditur, iudex iubebit pignus vendi.

Lex 15. Idem a. et c. Avinae. Oblegato pignori mancipius a debitore alii venditus fuerit, contra emptore actio competit.

Lex 16. Idem a. Silvano. Si heres uni ex debitores [1] res oblegatas alii vendidit, creditori nocere non potuit.

Lex 17. Idem a. et c. Agape. Res oblegatas alii vendi a debitore non licet.

Lex 18. Idem a. et c. Gaiano. Pignus qui a creditore emit, recte possidet.

Lex 19. Idem a. et c. Libiae. Si maritus uxori pecunias alii mutuavit, si illi heres non est, pignus eius vendere non potis.

Lex 20. Id. a. et c. Sabino. Si creditor pignus plus debitum vendidit et terra comparavit, non est actio in rem, quem comparata est, set contra creditorem.

TITULUS XXVIII. Debitorem venditionem pignorum impediri non posse.

Lex 1. Imp. Serverus et Antoninus aa. Marcello. Si debitor res, quas oblegavit, in alio transferre voluit, creditori non impedit.

Lex 2. Imp. Gordianus a. Nepoti. Si debitum oblegatum vel fideiussorem creditor non accepit, sequestrato debito, pignus a debitore recte venditur.

TITULUS XXIX. Si vendito pignore agatur.

Lex 1. Impr. Alexander a. Agrippe preside provincie. [2] Creditor pignus plus quam debetur vendidit, cum usuris ipse autem [3] emptor reddet debitor. [4]

Lex 2. Idem a. Emiliano. Si creditor servos tuos, quae illi non competebant, vendidit, emptor tibi eos restituit, si an- [f. 196 v.] nositas illum non munet.

[1] *Iust.* unus ex multis debitoris .... heredibus. [2] praes. prov. *ex initio constit.* [3] *Lege* aut. [4] *Lege* debitori.

Digitized by Google

Lex 3. Idem a. Claudio. Si uxor tua pro XXX solidos duos servos plus valentes in XX solidos dedit, restituat[1] pecunia, servos recipis a creditore.

Lex 4. Impr. Gordianus a. Evodomio presidi provinciae.[2] Creditor si plus quam debetur pignus vendidit, debitor contra creditorem vel emptorem petere potest.

Lex 5. Impr. Dioc. et Max. aa. et c. Nomne. Pignus a creditore emptum sine conludium, inquietari non potest emptor debitore.

TITULUS XXX. De solutione pignoris.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Antiochie. Qui pro parte heres est, nisi totum debitum solvet, adire non potest.

Lex 2. Impr. Gordianus a. Domitio. Debitus in persona heredes consistat.

Lex 3. Im. Dioc. et Max. aa. et c. Floro. Reddito debito aut sequestrato, petere potis a creditore pignus ab auctore tuo opposito.

TITULUS XXXI. Si unus ex pluribus heredibus creditores vel debitores partem suam debiti solverit vel acciperit.

Lex 1. Imp. Valerianus et Galienus aa. Tauro. Defuncto creditore si uni ex plures heredes solserit, licet.

Lex 2. Imp. Dioc. et Max. aa. et c. Claudiae. Si uni heredi debitum reddidisti, rem tibi restituta ab aliis heredibus peti potest.

TITULUS XXXII. Si pignori conventionem numeratio secuta non sit.

Lex 1. Severus et Antoninus aa. Elasio. Dato pignus, solidos non te accepisse pro[3] pignus exigis. [f. 197]

Lex 2. Impr. Alexander a. Peregrino. Si uxor tua pignus posuit et solidos non accepit, eius cautione et res exigi potest.

TITULUS XXXIII. De iure dominii impetrando.

Lex 1. Impr. Alexander a. Nicolae. Dominii iure pignora possi-

[1] restituta? [2] praes. prov. *del.* [3] pro(basti,)?

Digitized by Google

dere desideras, nomina debitorum, quot in solutione cessare dicis, exprime.

Lex 2. Imp. Gordianus a. Iustae. Si ab imperio creditor speravit[1] sub suis iuris firmare, post usuras exigit, soluta est imperialis.[2]

Lex 3. Impr.[3] *Iustin. Demosteni pp.* A creditore pignus non vendatur, nisi data auctoritate a iudice et post biennium vendatur; et post iurat absque fraudem tantum pretium accepisse.

TITULUS XXXIV. De pactis pignorum et de commissuaria lege in pignoribus rescindenda.

Lex 1. Im. Alexander a. Victorino. Si ex pacto de solidis accepisti et de pignus pactuavit, si intra tempus certum de non accepta pecunia egit, firmatur pactus.

Lex 2. Im. Dioc. et Max. aa. et c. Dionisio. Pro fundo, quem vendidisti, opposuisti alio fundo, si eviceris, tenetur.

Lex 3. Im. Constant. a. ad populum. Causatio pignoris evolare fecit debitum.

TITULUS XXXV. De exceptionibus sive prescriptionibus.

Lex 1. Imp. Antoninus a. Claudio. Creditorum heredes unus,[4] quam illi competit, agere potest.

Lex 2. Idem a. Iulio. De domo, quem tibi competit, si non est iudicatum vel si iudicatum est contra iustitia, petere potis.

Lex 3. Idem a. Vitali. Contra quondam frater tuus legitimus tutor tuus non[5] litigavit, tu petere potis. Quod si[6] liti- [f. 197 v.] gavit, tu petere poteris. Quod si litigavit sine fraudem, finitum est.

Lex 4. Imp. Alexander a. Iunio et aliis. Dicta causa et non finita integra est.

Lex 5. Imp. Dioc. et Max. aa. et c. Eroti.[7] Per usum intra annum est de momentu, post de perpetua erit actio.

[1] pignus *add.?* [2] *Adde ex. gr.* concessio. [3] *S.* *add.* de. [4] *Supple* (unus)quisque pro portione. [5] *B. om.* non. [6] *Adde* cum fraude, *vel dele verba* tu petere poteris. Quod si litigavit. [7] *Iust.* Basilio. *V.* Eroti *sumptum est ex inscript. const.* 7 *C.* 8, 40.

Digitized by Google

Lex 6. Impr. Alex. a. Longino.[1] De pacti querella *de dolo*[2] *replicari potest.*

Lex 7. Idem a. Aristograti.[3] De pacto si minus quam tibi debetur accepisti, contra agere potis.

Lex 8. Idem a. Vitali.[4] Prescriptio temporum ante denuntiationem dici licet non potest.[5]

Lex 9. Sallustio.[6] Actor si de probationem defecit, cessit pretium.

Lex 10. Idem a. Theodoto.[7] Non sola allegatio petitori videndum est, set et pulsati.

Lex 11. [12] *Imp. Iulianus a. Iulianum comitem ordinarium.*[8] Advocatus si ad pretermissa redit, libra auri multatur.

Lex 12. [13] *Imp. Honorius et Theod. aa. Symmacho proconsuli Africae.* Prescriptio fori in principio litis obici licet.

Lex 13. [VIII, 40, 16] *Idem a. Fuit integrum, antequam adversus omnes fideiussores litis contestetur, unum eorum eligere creditori.* Lege ipsa lege.

Lex 14. [5] *Imp. Dioc. et Max. aa. et c. Basilio.* Hic de violentia unius anni dicit. Lege ipsa lege.

Lex 15. [6] *Idem a. et c. Elene. Si pactus intercessit, in exceptionem*[9] *temporis prefinitionem de dolo replicari non potest.*

Lex 16. [7] *Idem a. et c. Manundre. Si ex maiore debiti quantitate minor tibi soluta est, intentionem* tuam *minime proiberis.* Lege ipsa legem.

Lex 17. [8] *Idem a. et c. Aurelio. Perscriptionem perempturiam, quam ante contestari sufficit, vel omissam, priusquam sententiam feratur, obicere quandoque liceat.* [f. 198]

Lex 18. [9] *Idem a. et c. Muciano. Si quidem intentionem actoris probationem defecit*[10] *confidis, nulla tibi defensio necessaria est.*

Lex 19. [10] *Idem a. et c. Aquilianae. Non exceptionibus actoris,*

[1] *Est inscriptio const.* 8 *C.* 8, 40. [2] *B.* doli. [3] *Est inscriptio const.* 9 *C.* 8, 40. [4] *Est inscriptio const.* 10 *C.* 8, 40. [5] potest *corruptum ex* postea? [6] *Ex inscript. const.* 11 *C.* 8, 40. [7] *Est inscriptio const.* 12 *C.* 8, 40. [8] *Iust.* Orientis. [9] *Adde* sine. [10] *Lege* deficere.

Digitized by Google

quibus rei auxilium tribuitur certis ex causis, set replicationibus suam intentionem, si qua[1] *muniunt.*

Lex 20. [11] *Idem a. Nicomenia Neoni.*[2] *Defensiones sive exceptiones ad intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat. Sub die XV Kl. Ian.*

Lex 21. [12] *Impr. Iustinianus a. Iulianum comiti*[3] *ordinarium.*[4] *Si quid advocatus* pretermiserit *inter exordia litis,* unam libram auri condempnationem multatur.[5]

Lex 22. [13] *Imp. Honorius et Theodosius aa. Symmacho proconsuli Africe. Prescriptionis fori in principio litigatoribus opponenda esse legum decrevit auctoritas. Dat. Kal. Septb. Honorio XI. et Theodosio VI. aa. cons.*

Titulus XXXVI. De litigiosis.

Lex 1. Imp. Severus et Antoninus aa. Paulinae. Pignus inter se dicitur[6] venditas fuerit, invalidum est, si neget.

Lex 2. Imp. Const. a. ad provinciales. Res, unde litigatur, ante fine extraneari non licet.

Lex 3. Imp. Grat. Valent. Theod. aaa. Tatiano pp. Rem litigiosam distrai nec[7] per testamentum relinqui[8] set *heredes peragunt.*

Lex 4. [5] *Imp. Iust. a. Ioh. pp.* Rem litigiosam sciens comparavit, pretium ammittat; qui vendidit vel donavit ignoravit[9] estimationem rei cum tertiam partem restituat. *In ea lege ad locum: Si quis sciens.* Haec lex non solum de venditionem loquitur, set et si quis donaverit vel in nuptias fecerit.

Titulus XXXVII. De contraenda et committenda stipulatione.

[f. 198 v.]

Lex 1. Imp. Severus et Antoninus aa. Secundo. Qui per servo tuo vel libellus dedit, velut stipulatio tenetur eius presentia.

[1] *Lege* si quam habent. [2] *Iust.* Idem aa. et cc. Neoni. *V.* Nicomenia (*lege* Nicomediae) *corruptum ex subscriptione const.* 10. [3] *B.* comitem. [4] *Lege* Orientis. [5] *Iust.* unius librae auri condem. multetur. [6] inter se dicitur *corruptum, ut videtur, ex* interdicitur. (*Iust.* et debitor interdicat.) *Pro* venditas *lege* venditus. [7] vel? [8] licet *add.?* [9] ignoranti?

Digitized by Google

Lex 2. Idem a. Diocleti. Filiae tuae quod pollicitasti, adimplis.

Lex 3. Impr. Antoninus a. Adriano. Si alii pecunias dedisti mutuas, alius sponte suam exigit, quasi actor tenetur.

Lex 4. Impr. Alexander a. Sabine. Mulier dotem suam, quando moritur sine filiis, exinde medietatem deliberavit, valet.

Lex 5. Impr. Dioc. et Max. aa. et c. Ysidore. Rem iniuste promissam exigi non potest; nam, si pacto promisisti refundere, exigeris.

Lex 6. Idem a. et c. Herotio. De certas vel incertas res stipulatio fuerit, adimpletur.

Lex 7. Idem a. et c. Antonino. Minor etati absque tutore et curatore stipulari non potest.

Lex 8. Idem a. et c. Posydonio. Si tibi spondit servum dare, et mox mortem eius exigere potis.

Lex 9. Idem a. et c. Capitoni. Si quis per cruciatum mortis stipulatur, invalidum est.

Lex 10. Impr. Leo a. Eritrio. Stipulatio si sollempniter fiat, consensus profecta [1] stipulatione valet.

Lex 11. Impr. Iust. a. Moene pp. Ante pridem [2] mortis sue que stipulantur, valet.

Lex 12. Idem a. Moene pp. Si quis spondet dare aut facere, minime adimplere tenetur, [3] adimple.

Lex 13. Idem a. Iuliano pp. Stipulatione sua auctor non adimplevit, heres teneatur.

Lex 14. Idem a. Iuliano pp. Ex iussu domini servus spondet, valet; qui servus spondet, domino adimplet.

Lex 15. Idem a. Ioh. pp. Qui spondit edificium facere non fecit, heres eius tenetur.

Titulus XXXVIII. De inutilibus stipulationibus. [f. 199]

Lex 1. Imp. Antoninus a. Paulino. Minor etate sine tutore quot spondit, nichil est.

[1] perfecta? [2] *Iust.* pridie quam morietur. [3] minime admonetur?

Digitized by Google

Lex 2. Impr. Alexander a. Moenophylo.[1] Dotis stipulatio non valet, qui divortium fecit.

Lex 3. Impr. Dioc. et Max. aa. Hysidore. Inter absentes stipulatio inutilis est.

Lex 4. Idem a. et c. Domne. Pacta violenter facta inutiles sunt.

Lex 5. Idem a. et c. Aquilinae. Stipulatio per dolum et metum factus inutilis est.

Lex 6. Idem a. et c. Septimo et Eustolio. Subiecto suo si non stipulavit, set libero, solvet.

XXXIX. De duobus regis stipulandis et de duobus reis promittendis.

Lex 1. Imp. Dioc. et Max. aa. Dyogenyo. Duo debitores si unus pro ambos exactus fuerit, pro quo exsolvet, exigit illum.

Lex 2. Idem a. et c. Fabricio. Expremere debuerat tuis precibus, utrum in parte an in solidum; req. leg.

Lex 3. Idem a. et c. Andronico. Si unus accepit pecuniam mutuum, et alius, qui simul non accepit, oblegavit se reddere, absolvitur.

Lex 4. Imp. Iustin. a. Ioh. pp. Plures creditores et plures debitores unicuique reddat vel exigat.

TITULUS XL. De fideiussoribus et mandatoribus.

Lex 1. Impr. Severus et Antoninus aa. Alisiae. Qui pro alio spondit, exigitur.

Lex 2. Idem a. Plutio. Creditor si accepit pignus et fideiussore, restituit ei pignus.

Lex 3. Idem a. et c. Maximo. Creditor fideiussore tenet, si non est debitor presens; et si duo fideiussores[2] sunt, unus pro alio in absenti tenetur.

Lex 4. Imp. Antoninus a. Rufine. Innovatio cautionis fideiussoris nomen[3] fiet, prior fideiussor absolutus est.

[1] *Iust.* Menophilo: *S.* moeno phylodotis. *Ego v.* dotis *ab inscriptione alienum summae iungendum duxi.* [2] *S.* fidei'ussores *scil.* fideiussores. [3] non *add.?*

Digitized by Google

Lex 5. Idem a. Posamoni.[1] Licet creditori relicto fideiussore exigere.

Lex 6. Idem a. Polle. Quod pater tuus pro alio spondit, tu contra obviare non potis.

Lex 7. Idem a. et c. Heroti. Qui ex alterius mandato [f. 199 v.] pecunias[2] non est oblegatus.

Lex 8. Impr. Alexander a. Longino. Filiusfamilias in venditione pro patre spondit, tenetur.

Lex 9. Idem a. et c. Arestograti.[3] Fideiussor sub pignus spondit, non absolvitur.

Lex 10. Idem a. et c. Vitali. Fideiussores duo ambo conveniantur et non unus pro alio.

Lex 11. [10] *Idem a. et c. Vitali.* [11] Fideiussores duo, si unus persolsit, non recepit: qui pro[4] alio fisco reddidit, recipere potis a socio suo.

Lex 12. Idem a. et c. Theodoto. In verbo qui spondit, tenetur.

Lex 13. Pars epistole. Gordianus a. Bassogara.[5] Qui latrone[6] spondet presentare, compellitur.

Lex 14. [15] *Idem a. Claudio.* [14] Qui mandat[7] actione ad exigendum litigat, det fideiussorem.

Lex 15. [16] *Idem a. et c. Maximo.* [15] Si per errore que non debebatur fideiussor reddidit, recipitur.

Lex 16. [17] *Idem a. et c. Baside.* [16] Duos fideiussores, antequam ambos in iudicio pulset, si vult unum in integrum tenere, non potest.

Lex 17. [18] *Imp. Philippus a. et Philippus c. Mirnae.* [17] Creditor si emisso pignus fideiussore exigere licet.

Lex 18. [19] *Imp. Dioc. et Max. aa. Sabiniano.* [18] Fundum pignori oblegatum si minor pretium iniuste vendidisti, de minore pretium petere non potis.

[1] *S.*[a], *ut videtur*, Potamoni. [2] *Quaedam exciderunt.* [3] *B.* Aristograti. [4] *B. om.* pro. [5] Bassog. *ex initio constitutionis. B.* Bassagora. [6] *B.* latrones [7] *Lege* mandati.

Digitized by Google

Lex 19. [20] *Idem a. et c. Aurelio.* [19] Si sciendo res alienas pignus accepisti, post non potest dicere « quia alienum est, tolle illum ».

Lex 20. [21] *Idem a. et c. Iuliano.* [20] Debitor per arbitrium addicitur, a creditore exigitur.

Lex 21. [22] *Idem a. et c. Hermiano.* [21] Fideiussor a creditore non prius compellitur, antequam de pignus oblegatum videatur.

Lex 22. [23] *Idem a. et c. Antipatro.* [22] Fideiussor si plus spondit, quam illum rogasti, tu non reddis.

Lex 23. [24] *Idem a. et c. Pergamo.* [23] Creditor quem vult fideiussore aut debitore. [1]

Lex 24. [25] *Idem a. et c. Philippo.* [2] A creditore pignus vendito, reliquo quando vult exigit fideiussoris. [f. 200]

Lex 26. Imp. Iustinianus a. Iuliano pp. Fideiussor pro absentia debitoris sex menses indutias abet. [§ 5] Si ante constituto debito moritur, fideiussor absolvitur; et vult pro eo litigare, licet. Hoc intelligitur sex menses, ut, quantum spatium temporum pulsetur, medietatem, quam constitutum fuerat, accipit indutias.

Lex 27. Imp. Iust. a. Iuliano pp. Fideiussor sine scriptura post alios duos menses absolvitur; si reoccupatis publica occupet fideiussor absolvitur.

Lex 28. Idem a. Ioh. pp. Duobus personis causa si unum contestasti, alii non est preiudicium; vel si unum fideiussorem absolsisti, alii prode non est.

Titulus XLI. De novationibus et delegationibus.

Lex 1. Impr. Alexander a. Timotheo. Debitor pro anteriore debito spondet reddere, firmum est.

Lex 2. Imp. Gordianus a. Firmino. Qui anteriore debito promisit reddere, si non debebantur, soluta est pensio. [3]

Lex 3. Idem a. Muciano. Si debitor creditore contestaret « nichil tibi debeo » si [4] solutionem ostendat, nichil est contestatio.

[1] *Adde ex. gr.* eligat. [2] *S.* Philipp. *fortasse pro* Philippo pp. [3] promissio? [4] nisi?

Digitized by Google

Lex 4. Idem a. Stratonico. Debitor si per procuratore pulsetur, non est absolutus, si ei innovatione et solutio facta est citra creditori voluntate.

Lex 5. Imp. Dioc. et Max. aa. et c. Septime. Si pater tuus pro alio spondit, excusare te a debitum non potis.

Lex 6. Idem a. et c. Ziparo. Creditor creditori invitus reddere pecunias non potest.

Lex 7. Idem a. Zoilo. Si solvere tibi pecuniam delegas eum carpus[1] *dare spopondit vel debitum constituit, suo nomine conveniri potest; alioquin adversus eum experiri pro chirographario debitore tuo frustra conaris.*

Lex 8. Imp. Iust. a. ad Senatum. Innovatio confirmat anteriore pacto.

Titulus XLII. De solutionibus et liberationibus.

Lex 1. Imp. Anton. a. Aristinete. Debito quo reddidit, si non dixit in capitaneum eos reputare, et tunc creditor in [f. 200 v.] usura eos reputat.

Lex 2. Impr. Alexander a. Basse. Fideiussores tunc absolvuntur, quando fiscus creditori succedit.

Lex 3. Im. Gordianus a. Apollonio. Servus a libero mutuas pecunias accepit, si peculium suum ante non distraxit, reddet dominus.

Lex 4. Idem a. Rufinae. Debitor si creditori reddit vel servo, cuius sit, absolutus est.

Lex 5. Idem a. Celso. Alterius debito exigere non potis, si eius non abis mandatum.

Lex 6. Idem a. Alexandro. De dubia rem transactio non fiet.

Lex 7. Imp. Philippus a. et Philippus c. Antiocho. Si pro debitorem compensasti, usuras non exigeris.

Lex 8. Idem a. et c. Rufo. Usuras, sicut in urbe, et in alio loco exigitur.

Lex 9. Idem Dioc. et Max. aa. Cassio. Pecuniam quem debis absente creditore si es sequestrati, absolutus est.[2]

[1] *Lege* delegatus Eucarpus. [2] *Lege* sequestratus, abs. es.

Digitized by Google

Lex 10. Idem a. Ambrosio. Si legitima etate pro soluto dedit, heres eius solvere non potest.

Lex 11. Idem a. et c. Capituline. Dum tu minor etate sis, maritus tuus debitore tuum citra tuo voto exigi, tibi non preiudicavit.

Lex 12. Idem a. et c. Euticio. Invitus vel absente creditore qui reddit, non est absolutus.

Lex 13. Idem a. et c. Phylotemo. Si per mandatum te obligasti et post innovatione fecisti et post solvisti, si creditor de una ratione duas scribsit, veritas inquirenda est.

Lex 14. Idem a. et c. Gotheti. Creditor si confessus fuit recepisse se pecunias, plus est quam scriptura.

Lex 15. Idem a. et c. Quadrationi. Si debitori tuo invitus cautionem reddidisti, manet tibi debitus.

Lex 16. Idem a. et c. Caridimo. Creditor a debitore in soluto noluit accipere debitum, licet exigi.

Lex 17. Idem a. et c. Cassio. Qui pro alio debitum solsit, ipsi est pignus obligatus. [f. 201]

Lex 18. Idem a. et c. Domitio. Si procurator tuus pro te debitum reddidit, absolutus est.

Lex 19. Idem a. et c. Diogeni. Actor si per fraudem aliquo fecit, domino impedire non potest.

Lex 20. Idem a. et c. Eugratidi. Debitor creditori servi operas pro debito compensavit, valet.

Lex 21. Idem a. et c. Rupho. Quod minori pretio vendidisti, firmum non est, ut tibi reliquo pretio iusto adimpleat.

Lex 22. Idem a. et c. Grato. Charta caraxata recipienda non est.

Lex 23. Idem a. et c. Probatio. Si restituta pecunia non ostendis, sponsa peccunia reddis.

Lex 24. Idem a. et c. Ruphino. Fundum, quem pignus posuisti, de meliorato dicere potis, sed plus vendita.

Lex 25. Idem a. et c. Antelliano. Solutio si non ostenditur, debitus persolvitur.

Digitized by Google

Titulus XLIII. De acceptilationibus.

Lex 1. Impr. Antoninus a. Apronio. Si auctor tuus pecunias recipit, heres debito exigere non potest.

Lex 2. Im. Dioc. et Max. aa. et c. Claro. Donator si accepta pecunia innovatione donationis fecit, replicari non licet.

Titulus XLIV. De vectionibus.

Lex 1. Imp. Severus et Anton. aa. Monachio. Qui fundum emit, ipse fructus consequitur, si aliud non convenit.

Lex 2. Idem a. et c. Quarte. Avus tuus quod tibi do- [f. 201 v.] navit, contra coheredes tuos sub evictione agere potis ad exigendum.

Lex 3. Idem a. et c. Aureliano. Emptor, antequam evincatur, auctore convenire non potest.

Lex 4. Imp. Gordianus a. Georgio. A debitores alterius [1] oblegatas tibi pignus obposuit, actio tibi est contra debitore.

Lex 5. Idem a. et c. Patroniane. De res oblegatas alii emisisti, [2] de pretio agis.

Lex 6. Impr. Alexander a. Octario. Qui alienum vendidit dupplum reddit, vel si non promisit.

Lex 7. Idem a. Elario. Qui absque auctore litigat, perdet, sibi reputat.

Lex 8. Idem a. Clementio. Emptor si auctore vel herede pretermisit, in lite perdet, sibi reputet.

Lex 9. Idem a. Terrentio. Emptor contestat venditore, in lite inter noluit esse, [3] victus est, recipit secundum documentum et rem melioratam.

Lex 10. Idem a. Largo. Venditor si *fines demonstravit* et alienos constiterit, tenetur.

Lex 11. Idem a. Clementi. Rem, quem tu comparasti, venditorem tuum consensisti eam alii vendere, doli actio tibi impedit.

[1] Debitor res alteri? [2] *Lege* emisti. [3] *Lege* interesse noluit.

Digitized by Google

Lex 12. Impr. Gordianus a. Philippo. Servo, quem emisisti,[1] liberum se ostendit, pretium legibus recipit.

Lex 13. Idem a. Zoilo. Qui ex iudicio res refundit, eas res ab ipsa comparasti et victus fueris, recursum non habes ad auctorem. [f. 202]

Lex 14. Idem a. Secundo. Pater si suo fundus vel filii vendidit, contra agere filius non potest, si heres est.

Lex 15. Imp. Philippus a. et Philippus c. Menandro. Si iuste iudicatum est, pignus exsequi potest.

Lex 16. Impr. Diocli. et Max. aa. et c. Alexandro et Diogeni. Qui alienum tradidit meliorationem rei recipit, sed rationes reditibus faciat.

Lex 17. Idem a. et c. Muciano. Pro rem, quem comparasti, ab alio damno passus es, venditor tibi satisfaciat.

Lex 18. Idem a. et c. Eutychio. Servo, quem comparasti, si liberum se ostendit, ad auctorem reddis. Quod si servus est, non inquietabis auctorem.

Lex 19. Idem a. et c. Theodoro. Si rem alterius abuisti oblegatam, alii vendidisti et emptor legitimum tempus possidit, ab emptore non inquietetur de evictione.

Lex 20. Idem a. et c. Oligio et alii. Si parentes vestri rem vendiderunt, emptor evictus est sciente vos vel parentes vestros, evictioni poena teneris.

Lex 21. Idem a. et c. Eliodoro. Quocumque tempore ostensum fuerit hac liberum esse, quod vendidit, exigitur venditor ab emptore.

Lex 22. Idem a. et c. Iulio. Fundum, quem comparasti, si alii oppositum fuit, si debitum reddis, iuste possedis.

Lex 23. Idem a. et c. Eustochia. Res, quas comparasti, [f. 202 v.] antea alii obnoxias fuerunt, evictus fueris, heres venditoris exigis.

Lex 24. Idem a. et c. Eutichio. Res venditas si alienas vel liberas constiterit, absque evictione non absolvitur.

Lex 25. Idem a. et c. Saturninae. Ignorans liberum mancipium vendidisti, dupplum pretium reddis.

[1] *Lege* emisti.

Digitized by Google

Lex 26. Idem a. et c. Neoni. Servum, quem vendidisti, si non definieris, periculus venditoris est.

Lex 27. Idem a. et c. Theophilo. Emptor sciens alienum comparavit, contra venditore non abet actione.

Lex 28. Idem a. et c. Maximiano. Emptor res venditori abet obnoxias: si quid vendidit, non defendit, tenetur.

Lex 29. Idem a. et c. Hetreso. [30] Si sciendum alienum mancipium comparasti, ad auctorem recursum non abes.

Lex 30. [31] *Idem a. et c. Agatho.* Heres fideiussoris exigitur pro vendictione.

Lex 31. [30] *Idem a. et c. Astio.* [29] Curator quem commutavit non defendet, dupplum reddet.

TITULUS XLV. Creditore evictione non debere.

Lex 1. Impr. Alexander a. Publicio. Pignus sibi obpositum publicus vel privatus a creditore vendito, si alieno constiterit esse, simplum reddit.

Lex 2. Imp. Gordianus a. Sabino. Pignus tibi obpositum si sub evictione vendidisti, ita teneris, si evictus fueris.

TITULUS XLVI. De patria potestate. [f. 203]

Lex 1. Imperator Severus et Antoninus aa. Titio. Si pater filium suum dicat esse [1] familias, qui iam tutela administravit, iudici est previderi.

Lex 2. Imp. Antoninus a. Patrone. Eius, quod impotestate [2] *patris agens habuisti, dominium ad patrem tuum pertinebit extra ea, que non adquiruntur.*

Lex 3. Imp. Alexander a. Artemidorum. Quod filius adquisivit pater non vendidit, si ei non est contumax.

Lex 4. Impp. Valerius et Galienus aa. et Valerianus c. Galle. Maternas iniurias requirentur, si filius superstis est, qui fecit.

Lex 5. Impp. Diocl. et Maximinianus aa. Donatio. Filii matri [3] reverentia et administrationem te prestent.

[1] filium *add.?* [2] *Lege* in potestate. [3] *B.* mariti.

Digitized by Google

Lex 6. Idem a. Hermogeni. Filius abnegari non licet.

Lex 7. Idem a. Dupliane. Filius si ex voto[1] filius habeat, in avi potestate est.

Lex 8. Idem a. c. Hemiliane. Libertus si ex iustis nuptiis filios habet, in ipsius est potestate.

Lex 9. Idem a. Nichagore. Parentes *filium negare* non licet, nec a nutrimen repelli.

Lex 10. Imp. Constantinus a. ad Maximum pu. Libertas[2] *a maioribus tantum inpensum est.*

Titulus XLVII. De adoptionibus. [f. 203 v.]

Lex 1. Imp. Gordianus a. Martiae. [1] Extranea persona adoptare filium sibi apud publicum iudicem fiet. [2] Filium, quem tibi naturalem dicis, si parentes sui testentur de libera eum habere, falcidia competit.

Lex 2. Imp. Diocl. et Max. aa. Themotheo. Impuberem, quem ad vicem naturalis subulis adrogare desideras, si hii, qui sanguinis necessitudinem iniunguntur, id ei expedire apud praesidem provinciae confirmaverit, filium habebis, sit autem[3] *bonorum quarta pars postremo iudicio tuo, quam si agere*[4] *emancipatus fuerit, prebeatur.*

Lex 3. Idem a. et c. Martiano. Quem dicis libertum tuum esse, si non probas, vana est petitio.

Lex 4. Idem a. Procliano. Adoptare sibi alienum filium non per chartula tabellionis, sed a iudice publico.[5]

Lex 5. Idem a. et c. Sire. Mulier filiastrum suum sibi adoptare filium licet coram iudice.

Lex 6. Idem a. et consul[6] *Melitoni.* Criminosa persona absque sacra persona absque sacra[7] adoptare sibi filium licet.

Lex 7. Idem a. et c. Attico. Per legem homo filium sibi legibus adoptare licet.

Lex 8. Idem a. et c. Ysidoni. Liberte[8] suae filia sibi adoptare licet.

[1] *Iust.* legitimis nuptiis. [2] *Lege* libertati. [3] *Lege* ita ut. [4] *Lege* a te. [5] *S., ut videtur,* publicω: *B.* publiciω: *H.* publicio. [6] *Lege* etc. [7] persona absque sacra *perperam iteratum, del.* [8] *S.*[a] *add.* sibi.

Digitized by Google

Lex 9. Idem a. et c. Marciano. Dominus servum si vult filium sibi adoptari licet. [f. 204]

Lex 10. Imp. Iustinianus a. Ioh. pp. Naturalis filius, si in testamentum pretermissus fuerit, agere potest. Hec lex et de nepotes et pronepotes naturalis loquitur.

Lex 11. Imp. Iustinianus a. Libertari et adoptari licet filio apud iudicem fieri.

TITULUS XLVIII. De emancipationibus liberorum.

Lex 1. Impp. Dioclitianus et Max. a. Herennio. Si alius emancipatus, et suos filios licet emancipari.

Lex 2. Idem a. Genadie.

Lex 3. Idem a. Heliodoro. Emancipatio solemnes scriptura queritur.

Lex 4. Idem a. et c. Coloniae. Nepus non ad avo emancipatus, sed a patre, si superstitis[1] est.

Lex 5. Imp. Anastasius a. Constantino pp. Avo et proavo defuncto patre liceat nepote emancipare.

Lex 6. Imp. Iustinianus a. Ioh. pp. Emancipare liceat absque principis auctoritate.

TITULUS XLIX. De ingratis liberis.

Lex 1. Impp. Valentinianus, Valens et Gratianus aag. ad Pretextum. Emancipatio resolvitur ab ingrato.

TITULUS L. De postlimio et de redemptoris ab ostibus.

Lex 1. Impp. Severus et Antoninus aag. Arnio. Filium de captivitate reversus est, exhereditari non potest; in captivitate filii procreati heres esse non licet.

Lex 2. Imp. Cordianus ag. Pupliciano.[2] Coniugium tuum ab hostibus redemisti, a te separari non potest. [f. 204 v.]

[1] *B.* superfutis? superfinis? *H.* superfutis. [2] *S.*, *ut videtur* publicium tuum, *omm. scilicet litteris....* ano coniugi.

Digitized by Google

Lex 3. Imp. Dioc. et Max. aa. Ucaro. Cognatus tuus ab hostibus captus dum vivet, res eius sub idonea fideiussione conservetur.

Lex 4. Idem a. Hermogeni. Ab hostibus captus priusquam congnoscatur [1] mortuus, nec nec [2] a filiis eius distrahatur eius bona.

Lex 5. Idem a. et c. Ursae. A captivitate reversus a successione non fraudetur.

Lex 6. Idem a. et c. Iusto. Redemptus pretium restituat.

Lex 7. Idem a. et c. Claudium. Fili nobili [3] redempta in prostitum posuerit, sine pretio libera effigitur.

Lex 8. Idem a. et c. Matrone. Captiva reddita partim [4] fecerit, quod natum est. [5]

Lex 9. Idem a. et c. Gregorio. Filius de captivitate reversus hereditare non fraudat. [6]

Lex 10. Idem a. et c. Apollodore. Servi de captivitate reversi suis domini serviant.

Lex 11. Idem a. et c. Eutychio. Liber ab hostibus redemptus reddito pretio liber est.

Lex 12. Idem a. et c. Quintianae. Miles, qui de manu inimici retulit, sine pretio eos amittat.

Lex 13. Idem a. et c. Aurelio. Ab hotibus [7] liberam redemptam eam sociavit, fili nati liberi sunt et mater.

Lex 14. Idem a. et c. Severe. De captivitate regressus ab hereditate non fraudatur. [f. 205]

Lex 16. Idem a. et c. Basiline. Originalius tuus ab hostibus redemptus reddito praetio recipis.

Lex 17. Idem a. et c. Diogenio. Liber redemptus restituto pretio liber efficiatur et parentum substantia consequatur.

Lex 18. Idem a. et c. Triphoniano. A captivitate regressus res, quas amiserat, intra anno erit repetitio.

Lex 19. Imp. Valentinianus, Valens et Gratianus a. ad Severia-

[1] *B. H.* cognosc. [2] *B. H. omm. secundum* nec, *quod del. videtur, nisi potius quaedam excidisse putes.* [3] *Iust.* filiam tuam. [4] *Lege* partum (*H.* partum). [5] *Nonnulla desunt.* [6] *Lege* hereditate non fraudatur *H.* [7] *Ita S.: lege* hostibus.

Digitized by Google

num ducem. Qui non ex voluntate apud gentes fuit, sed captivus, sed,[1] postquam regressus fuerit, res, quas illi ab alio tenetur, recipiat.

Lex 20. Imp. Honorius et Theodosius aa. Theodoro pp. Liber redemptus, pretium restituto aut quinquenio obsequii operis prestito, liber efficiatur.

Titulus LI. De infantibus expositis liberis et servis et de his, qui sanguinolentus emptos vel nutriendas.

Lex 1. Imp. Alexander a. Claudio. Partus ale vel latine[2] si ab alio tenetur, recipis; pro sumptus et artificium pretium restituis.

Lex 2. Impp. Valentinianus, Valens et Gratianus a. ad Probum pp. Suum vel ancille filium proiectum qui colliget et nutriet servum illum non tenet; nec qui eum proiecit recipit.

Lex 3. Impp. Iustinianus a. Demosteni pp. Qui infantem proiecto collegit et nutriet, nulla conditione eum teneat; nec his, [f. 205 v.] qui eum proiecit.

Titulus LII. Que sit longa consuetudo.

Lex 1. Imp. Alexander a. Ambro. Consuetudo rationalis custodienda est.

Lex 2. Imp. Constantinus aa. ad Proculus. Consuetudo illa servanda est, rationi et legi concordant.

Lex 3. Impp. Leo et Antoninus a. Alexander. Iusta consuetudo pro lege servetur.

Titulus LIII. De donationibus.

Lex 1. Impp. Severus et Antoninus a. Lucio. Res donatas si reteneantur, exigi potest.

Lex 2. Impp. Gordianus a. Leoni. Quod tibi pater per emancipationem donavit, heres eius te exigere non potest.

[1] sed *del.* [2] *Iust.* partus ancillae vel adscripticiae.

Digitized by Google

Lex 3. Impp. Decius a. Marcellino. Res donatas perpetua firmitas est.

Lex 4. Imp. Probus a. Marciae. Donatio non per actore, set per dominum fiet.

Lex 5. Impp. Carus et Carinus et Numerius aa. Falconellae. Libertatis donatio et per epistolam fiet.

Lex 6. Imp. Diocls. et Max. aaa. Arestiano. Donatio absente firma est.

Lex 7. Idem a. Iulio. Census est, preiudicium non facit. Quod si te presentem mancipata[1] alius suum nomen discribat, se eas adquireret.[2]

Lex 8. Idem ag. Flore. Si te absen . . . . . [3]

[1] mancipia tua? [2] *Intellige* sibi ea adquiret. [3] *Reliqua desunt.*

Digitized by Google

APPENDIX

I.

[*Ex codice ms. biblioth. Casanatensis* B, v, 17 (2010), *olim Farfensis coenobii, saec. XI ex.*, f. 20-21].[1]

[1][2] *Inperator theodosius.* Si quis scripserit in carta testi et postea ascenderit ad sacerdotium, sicut scripsit ita debet iurare et defendere sicut laicus, si ille voluerit cuius est placitum.

[2][3] *Constantinus imperator.* Omnis homo quando moritur quantum voluerit de sua substantia dimittat ad eclesiam.

[3][4] *Meltiadis pp.*[5] Placet nobis, ut nulla molestia patiatur ecclesie extra quod nos posuimus[6] in lege, et qui fecerit contra hoc perpetuo habeat exilio.

[1] *Cf.* F. Patetta *in* Bull. dell'ist. di dir. rom. III, 300-301; IV, 285: P. Fournier *in* Mélanges d'arch. et d'hist. XIV, 150-151, 285-288, *et in* Nouv. revue histor. de droit français et étranger, XXIII, 1899, p. 60: I. Giorgi *in* Archivio della r. soc. romana di storia patria, XX, 1897, p. 278 *et seqq. In indice canonum collectioni praefixo quatuor tantum capitum initia recensentur:* si quis scripserit: Constantinus imperator: in lib. Codico: in lib. Restituta. [2] *Ut videtur, ex Cod. Iust.* I, 3, 8 « ceteri vero clerici, qui eorum (*presbyterorum*) gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges praecipiunt, audiantur. Salva tamen sit litigatoribus falsi actio.... ». [3] *Ex Cod. Iust.* I, 2, 1. [4] *Ex Cod. Iust.* I, 2, 5. [5] *Ex inscriptione:* Idem AA. Melitio pp. [6] *Cod. ms.* n' (*corr. ex* ñ) p'suimus.

Digitized by Google

[4] [1] *In lib. codico.* Miles quomodocumque in exercito faciat testamentum stabile est; et si in bagina aut clippe litteris sanguine suo rutilantibus adnotaverit aut in pulvere aut in gladio et mortuus fuerit, stabile est.

[5] [2] *In lib. Restituta.* [3] Si famularum [4] meritis iuste compellimur debite compensare lucra mercedis, quantum iam cum operibus [5] pro remediis animarum divinis cultibus et terrena debemus inpendere et inpensa legum solitate [6] servare . quapropter quacumque res sanctis da [7] basilicis aut per principum aut per quorumlibet fidelium donationes collate repperiuntur votive ac potentialiter, pro certo censetur, ut in earum iure vocabuli legum modo eternitate firmetur. [8]

II.

[*Ex codice ms. Vercellensi CXXII saec. X-XI, f. 5-6*]. [9]

[1] Lex est sive ad legendo sive ab eligendo. [10] Lex est constitutio populi et maiorum. [11] Ea, que in legibus non invenitur, ad memoria dicatur.

[2] Nec maiori persona blandatur iustitia, nec minori sileat iudicium. Nam secundum gradum dignitate, more, viteque honeste abdicatur. [12]

[1] *Ex Cod. Iust.* VI, 21, 15. [2] *Ex legibus Wisigothorum* V, 1, 1 (Reccessvindus). [3] *Corrup. ex* Reccessvindus? Instituta? [4] *Wis.* famulorum. [5] *Wis.* iam copiosius. [6] *Lege* soliditate. [7] *Lege* Dei. [8] *Lege* iure inrevocabili m. l. e. firmentur. [9] *Cf.* G. Haenel, Epitome Iuliani, p. VII-VIII, n. 6 *et* 7: A. Gaudenzi, Appunti per servire alla storia dell'Università di Bologna, 1889, p. 11-12, *n.* 3: M. Conrat, Geschichte der Quellen, I, 490, *n.* 4: F. Patetta *in Bull. dell'Ist. di dir. rom.*, IV, 254-259. [10] Cicero, *de legibus*, I, 6 « lex, quae scripto sancit quod vult, aut iubendo aut vetando, a delectu » — Isidori *orig.* II, 10; V, 3 « lex a legendo vocata, quia scripta est ». [11] Isidori *orig.* II, 10; V, 9 « Lex est constitutio populi, qua maiores natu.... aliquid sanxerunt ». [12] honestate dicatur? iudicatur? *Cf.* Iustiniani *instit.* IV, 4, 7 « nam secundum gradum dignitatis vitaeque honestatem crescit aut minuitur aestimatio iniuriae ».

Digitized by Google

[3] Kp. Aliquando enim iustitia sine pietate perfecte stare non potest.

[4] Edictum est quando imperator ex (s)uo [1] iudicio facit constitutiones ad utilitate republice. [2] Edictum regis tantum sententia est dicta inpersonale. [3]

[5] Lex est omni populo scriptum ius, quod cavere vel quid obserbare [4] debeat.

[6] Iudices dicti quasi ius dicentis. [5]

[7] Lex ad omnes pertinet, testamentum ad unum.

[8] [6] *Abitis* id est quod fecit. *Intercessisses* id est rogasse. *Rem ferriana* [7] id est tradita. *Nove foves alienum* [8] id est pretium alienum. *Quos devitandi* [9] id est excusandi. *Tirocinii* id est militiae. [10]

[9] *Glosa.* [11] Si socruo defunctus fuerit et debitum a suo genero debuerit, postea genero [12] dimisit ei hereditatem suam, deinde interpellavit genero « volo ego antea accipere de ipsa hereditatem quod mihi debuit », dixit imperator « si socerum successisti, malum est, ut antea tibi debitum persolbas, set in quantum in hereditate invenisti et propter debitum et omnia ipsa hereditate conputare debes, sive minus sive plus fuerit ».

[10] *Alia.* [13] Si dixerit debitor ad suum ad suum [14] creditorem, ut non haberet unde eum solvere « set dabo tibi meum debitorem, ut bicem eam [15] tibi solvet », firmum est.

[11] [16] *Alia.* Ablata pecuniam a patre creditores tulerunt pro filio suo, quem in potestate habeat, contra leges fecerunt.

[1] *Cod. ms.* uo. [2] *Cf.* Isidori *orig.* V, 13 « constitutio vel edictum quod rex vel imperator constituit vel edicit »: Theoph. *paraphr. ed.* Ferrini, p. 12 « καὶ τί ἐστιν édicton; πᾶν ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς ὁρίσῃ ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν ». [3] *Cf.* Isid. *orig.* II, 11 « sententia est dictum impersonale ». [4] *Librarius scripserat* observare, *ut in cap.* 9 persolvas *pro* persolbas. [5] Isid. *orig.* IX, 4 « iudices dicti quasi ius dicentes populo ». [6] *Glossae in Cod. Iust.* IV; 12, 1; 10, 14; 10, 12; 7, 3. [7] *Lege* in rem Serviana (*Cod.* IV, 10, 14). [8] *Lege* ob aes alienum (*Cod.* IV, 10, 12). [9] *Lege* quod evitandi (*Cod.* IV, 7, 3). [10] *Extat haec glossa et in cod. ms. Darmstadiensi. Cf.* Conrat, Gesch. der Quellen, I, 178, *n.* [11] *Ex Cod. Iust.* IV, 16, 5. [12] genero *del.* [13] *Sc.* glosa. *Ex Cod. Iust.* IV, 10, 6. [14] ad suum *del.* [15] *Lege* bice (vice) mea. [16] *Ex Cod. Iust.* IV, 13, 1.

Digitized by Google

III.

[*Ex eodem codice Vercellensi, f.* 163, *adnotatio ad Mosaicarum et Romanarum legum collationem,* I, 7. *Edidit, post Blumium, Mommsen in collect. librorum iuris anteiustiniani,* III, 111].

Impr. Iustin. A. [1] Si quis cum telo ambulaverit hominis negandi causa, sicut his qui hominem occiderit pena subiacet.

IIII.

[*Ex codice ms. biblioth. Vallicellianae B. 32, olim, ut videtur, Verulano, saec.* XI, f. 158]. [2]

Lectio legum brebiter facta a leone sanctisimo papa et constantino sapientissimo et piissimo Imperatore . ab instutoribus . ex libro novelle magni Iustiniani . dispositionis . ad directionem humanitatis. [3]

[1] [4] *Titulus* XXIII. Abactor [5] si usque ad unum equum, id est caballum, [6] et duas equas, id est iumentas, [7] totidemque boves, et

[1] *Ex Cod. Iust.* IX, 16, 6. *C. Iust. habet* Idem AA *idest* Diocletianus et Maximianus. [2] *Cf.* L. Bethmann *in* Archiv der Gesell. für aelt. d. Geschichtsk. XII, 422: M. Conrat *in* N. Archiv, XIV, 211; Zeits. der Savigny-Stiftung, G. A., X, 230 *seqq.;* Geschichte der Quellen, I, 268-74: A. Gaudenzi *in* Riv. ital. per le scienze giurid. VI, 1888, 234 *seqq.:* V. Scialoja *in* Bull. dell'ist. di dir. rom. I, 258-259: Esmein *in* Nouv. rev. histor. de droit XIII, 420-435: A. Schmidt *in* Zeits. der Savigny-Stiftung, G. A., XI, 213 *seqq.:* F. Patetta *in* Bull. dell'ist. di dir. rom. III, 301-310; Archivio giurid. LIII, 1894, 3 *seqq.:* P. Fournier *in* Nouv. rev. histor. XXIII, 70. [3] *Ex inscriptione Eclogae Leonis et Constantini* « Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ γενομένη παρὰ λέοντος καὶ κωνσταντίνου τῶν σοφῶν καὶ φιλευσεβῶν ἡμῶν βασιλέων ἀπὸ τῶν ἱνστιτούτων, τῶν διγέστων, τοῦ κώδικος, τῶν νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον.... *Verba* ἡμῶν *et* τῶν διγέστων *desunt in nonnullis codicibus mss.* Pro ἐν συντόμῳ *cod. ms. Monacensis* 307 habet ἐνσυντόμως: *pro* ἐπιδιόρθωσις *idem codex habet* ἐπὶ διορθώσει *et Vallicellianus* F. 47 ἐπὶ διώρθωσι. *In duobus codd. Eclogae privatae, scil. in cod. Vatic.* 1168 *et Cryptoferr.* V, 60, *inscriptio desinit in v.* φιλανθρωπότερον. [4] *Est cap.* 57 *edicti Theuderici regis.* [5] *Librarius scripserat* abauctor. [6] idest c. *glossa.* [7] idest i. *glossa.*

Digitized by Google

usque ad X capras et V porcos tulisse tam de stabulo quam de pascuis fuerit approbatus, sive per subreptionem sive ea violenter, id est virtute,[1] alibi duxerit,[2] severissime puniatur. Quicquid vero intra suprascriptum numerum animalium vel pecorum[3] a quocumque[4] sublatum fuerit, tamquam furtum sub quadrupli pena persolvat.[5]

[2][6] *Incipit liber VIII codicus Iustiniani augusti. cap. VIIII.* Lex rerum privatarum.[7] Si quis ausus proprio rem occupavit, si sua est ammittit, aliena et ipsam estimationem rei retdet.[8]

[3][9] *Constitutio dom. Iustiniani Imperatori . quod ille solus culpavilis erit qui culpa*[10] *committit.* Omnia crimina suoque[11] sequatur[12] auctores, nec pater pro filio, nec filio pro pater, nec uxor pro marito, nec marito pro uxore, nec fratre pro fratre, nec propinquu pro propinquus, nec vicinus pro vicinus,[13] ullam calumnia pertimescat; set ille solus iudicetur culpaviles, qui culpa[14] committit, et crimen cum illo qui fecerit moneatur,[15] nec successores aut heredes pro facti parentum vel amicos[16] ullum periculum pertimescat.

[4][17] *Al. cap.* Si quis caballum vel bobem aut quolibet animalium genus[18] ad custodiendum susceperit[19] et rem mortua esse provaverit vel perdita,[20] nec ab illo aliquid requiratur et[21] tamen

[1] idest v. *glossa.* [2] alibi d. *Ed. Th.* abduxerit. [3] *Ed. Th.* porcorum *sed editio princeps habet in marg.* vel pecorum. [4] *Librarius scripserat* quoucumque. [5] *Ed. Th.* solvatur. [6] *Est inscriptio libri VIII et lex* 7, VIII, 4 *Epitomes Perusinae.* [7] *Ex inscriptione legis* Lex.... ad Messianum com. rerum privatarum. [8] *Librarius addiderat* quadruplum, *quod postea deletum videtur.* [9] *Inscriptio et textus est legum Wisigothorum* VI, 1, 7 (*ed.* K. Zeumer), *sed inscriptioni praefixa sunt verba* C. d. I. i. [10] *Wis.* culpanda. [11] *Wis.* suos. [12] *Sic, ut videtur, codex pro* sequantur (seq^{a}t$^{\bar{}}$). [13] *Wis.* nec v. pro v., nec p. pro p. [14] *Wis.* culpanda. [15] *Wis.* moriatur. [16] *Wis. omm.* vel amicos. [17] *Leges Wisig.* V, 5, 1. *In margine codicis librarius minio pinxit verba* volumus atque iubemus. al. cap. [18] *Wis. add.* placita mercede. [19] *Wis. add.* si id perierit, aliud eiusdem meriti ille, qui commendata vel commodata suscepit, exolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus vel pro conducto. Quod si ille, qui nullum placitum pro mercedem susceperat, rem m. e. p. [20] *Wis. omm.* vel perdita, *add.* nec ille mercedem accipiat. [21] *Lege* ea.

Digitized by Google

ratione, ut prebeat sacramentum ille qui in custodiam [1] susceperit, quod non per suam culpam aut [2] neglegentia animal perdita sit. [3]

[5] *Al. cap.* Volumus atque iubemus, ut si mulier post obitum viri sui in viduitate permanere voluerit, abeat ipsa quar. par. sicut in morg. fuit inchoata, [4] et si ad [5] alium virum ambulare voluerit, de res mariti priori sui nichil succedat.

[6] [6] *Al. cap.* Si quis iubilius aut iubilias aliena, quod est mercennariis, [7] aut complacitum [8] aut sine placitum abuerit, si quis eum suaserit, [9] id est si ei munimen dederit, [10] aut infugaverit et de servitio eiusdem mercediosi sui eum distulerit, quod est sustensor, [11] ille, qui eum suaserit vel infugaverit, sit culpavilis pro ipsu banum monimen solidos duodecim ad ille, cui iubileus fuit; et ille, qui eum suaserit, replicentur [12] ipsum iubileus aut unum de propriis suis in servitium illius, cui iubilius fuit, replicentur [13] et amplius calumnia non generentur. [14]

[1] *Wis.* qui commendata. [2] *Wis.* neque per. [3] *Wis.* morte consumtum sit. [4] in charta? *Cf. Summaria capitum Iuliani* 385 et aliam quartam partem, quanta eius chartula legitur. [5] *Librarius scripserat* siaad, *sed prior* a *deleta videtur.* [6] *Ex verbis, quae librarius minio in margine scripserat* (si quis iubilius?), *iam nihil fere legi potest, praeter* iubi... [7] quod est m. *glossa?* [9] *Intell.* cum placito. [8] *Librarius scripserat* suerit. [10] id est si ei m. d. *glossa?* [11] q. e. s. *glossa?* [12] replicet? [13] rep. *del.?* [14] *Lege* generetur.

Digitized by Google

INDEX[1]

a *et* u *errore librarii permutatae:* α) a *pro* u: eam 5, 51, 4; 7, 8, 1: ratam 2, 45, 1: iudicatam (?) 3, 1, 15: factam 3, 12, 6: legatam 6, 46, 3: venditas 8, 36, 1: comparandam 4, 35, 16: exigendam 4, 61, 10: damnas 2, 24, 5: feneas 5, 51, 10: libertas 6, 6, 4; 7, 3, 1 (?): obnoxias 7, 73, 6: porticas 8, 11, 13: dare 1, 14, 10: manet 7, 38, 3, *etc.* (*Cf. etiam* 3, 12, 5 quia aspicio *pro* qui auspicio). *Cum autem* m *finalis saepe exciderit, facile potuit ex* um (am) *tandem* a *oriri. Hinc, ex. gr.*, 4, 32, 26 sponsum est et non est soluta; 5, 21, 3 si quid.... remota est; 7, 30, 2 mancipium.... non est nata; *etc.* (*Cf.* 3, 28, 30 ea *pro* eo, eum). *Hac etiam ratione fieri potuit, ut neutrius generis nominativus et accusativus plurales e singularibus orirentur. Ita, ex. gr., Cod. Iust.* 4, 22, 4, *habet*: Plus actum quam scriptum valet, *Summa autem*: Plus acta quam scripta valet. *Vid. infra s.* « *numeri permutati* ». — β) u *pro* a: illum 2, 58, 2 *pr.*; 6, 26, 7: damnas 2, 24, 5: mutuum 8, 39, 3 (*contra* 8, 42, 3). *Cf.* 2, 4, 7 mandatum est actio.

a, ab *pro* ad: a deo converti 1, 3, 15: a Christianitate converti 1, 9, 2: ab obsequio.... prestita ancilla 4, 23, 2: a domino non revertitur 4, 39, 8: a conditione reportare 6, 4, 1: (*res*) eius a creditore debitas (?) 8, 27, 7. *Cf. App.* II, 9 debitum a suo genero debuerit.

[1] *In indice, praeter notas quae in communi usu sunt, has adhibui: App.* = *Appendix: Ind.* = *Index titulorum libro Perusino praemissus: Iust.* = *Codex Iustinianus ex recensione Pauli Krüger: SI.* = *Summaria capitum codicibus Vindobonensi et Haenelii I. adscripta, quae extant in* « Iuliani Epitome latina novellarum Iustiniani... rec. G. Haenel » *p.* 208-217.

Digitized by Google

a, ab: *usus notabilis:* ab inimicis perdidit 4, 24, 6 (*cf. s.* « ad *pro* a, ab » si ad latrones ex ea aliquid periit 4, 65, 12): fortior est ab alios 7, 72, 6: dominus a servo suo non tenetur 2, 4, 13 (*cid.* « a, ab *pro* ad » *et* « ad *loco dativi* »): ab his.... unum quem elegeris 2, 54, 1.

ablativi forma pro nominativo vel accusativo: bonis suis amittat 1, 30, 4: bonis eius infiscetur 2, 6, 8: qui bonis paternis repudiat 2, 11, 7: bonis eius fisco societur 3, 26, 2: tres unciis ex omnibus detur 3, 28, 6: creditor.... legatis implet 4, 16, 7: solidis reddet 4, 50, 6: bonis eorum obnoxia sunt 5, 37, 26; *etc.*

ablativus loco accusativi vel coniunctus cum accusativo post praepositiones ad, ante, apud, citra, contra, inter, intra, per, post, propter: *passim. Cf.* Heimbachii *Prolegomena,* p. XX.

abnegare: filius abnegari non licet 8, 46, 6.

aborsum: 6, 29, 2.

absentare se: 7, 17, 1; 7, 43, 2.

absque *usurpatur saepius quam* sine: *ex. gr.* 1, 2, 26; 1, 11, 3, 4; 1, 22, 6 (a. leges iudicare); 1, 23, 4; 1, 24, 1; 1, 28, 4; 1, 31, 4; 1, 39, 15; 1, 52, 1: *et saepius.*

abstinere: valnea nullis dignitatibus abstineantur 1, 46, 1: cholonos publicos ab angarias abstineantur 3, 26, 7.

abstollere, abstultum: 3, 32, 22; 5, 51, 4; 6, 2, 10 (violenter abstulta mancipia); 6, 36, 2 (testamentus non abstollitur); 6, 57, 10; 7, 19, 6-7; 7, 39, 8; 8, 5, 2: *et saepius.*

acceptor: a. publicus (*Iust.* nullum ex officio rationalis, qui exactioni vel chartis inserviat) 3, 26, 10: mandatum a. (mandati a.? mandato accepto?) 4, 35, 20.

accusare: si accusatus fuit testamentus 6, 11, 1.

accusativus absolutus pro ablativo absoluto vel cum ablativo absoluto coniunctus: oblatas preces imperatori et dato rescripto 1, 20, 2: restituto documento traditas pecunias 2, 4, 24: intervenientes amicos 2, 4, 35: te absente.... presentem uxorem tuam 2, 12, 4: vos ignorantes 2, 25, 1: deputatos arbitros 3, 3, 3: res tibi donatas 4, 6, 2: *et sim. saepius.*

Digitized by Google

accusativus loco ablativi causae, instrumenti, temporis etc., vel cum verbis ablativum requirentibus: domum privetur 1, 2, 15: infamiam decoloratus 1, 2, 29: infamiam notatur 1, 16, 1: multatur quinquaginta auri libras 1, 48, 1: decem libras auri multetur 1, 50, 5: kalendas Ianuarias 2, 7, 21 (*cf.* 6, 38, 3 *subscr.*): suum nomen comparavit 3, 32, 6: non hereditario nomen tenet facultatem 6, 31, 1: legatario nomen ab herede precipiet 6, 37, 16: qui instrumentum falsum utitur 4, 21, 2: honores utantur 7, 16, 11: legitimam etatem 6, 31, 4: dotem uxoris mancipium comparavit 7, 8, 7: nullum titulum iustum ..... ingressus est 7, 32, 5; *etc. Cf. s.* « *declinatio* ».

accusativus loco ablativi vel cum ablativo coniunctus post praepositiones a, ab, absque, coram, cum, de, ex, in, pro, sine: *passim. Cf.* Heimbachii *Prolegomena,* p. XIX-XX.

accusativus loco praepositionum de, in: fideicomissum si transegisti 2, 4, 11: non successit hereditatem 2, 21, 2: si mater tuam dotem posuit possessionem 4, 47, 1: *et saepius.*

accusativi forma pro dativo vel cum dativo coniuncta: hominibus debiles curas agant 1, 2, 18: omnibus debiles tutelam inpendere 1, 2, 40: deum servire 1, 2, 42: episcopum.... porrigat 1, 3, 21: iussionem obtemperaris 2, 6, 1: arbitres... obtemperare 2, 55, 4: res suas uni donavit filium 3, 29, 7: servum mutuavit 4, 26, 6: servum creditum est 4, 26, 7: filium preiudicium non facit 4, 51, 4: si quis se dicit competere facultatem 6, 33, 2: me competebant 7, 33, 12: servum.... cura(m) adibuisti 7, 34, 5: res mariti pignus posuit 4, 51, 4: servus pignus datus 8, 13, 25: si redditus possessionis pignus opposuisti 8, 14, 3: *et simil. saepius. Cf. App.* II, 9 si socerum successisti. (*Cf. s.* « *declinatio* »).

accusativus pro nominativo: memoriam laudetur 1, 2, 23: hereticum ad publicum pertinet 1, 3, 1: debitorem.... si abeat actionem 1, 3, 21: iudeus.... non inquietetur nec sinagogam eius 1, 9, 12: honoratas personas.... non resideant 1, 41, 1: honoratas persona.... non conveniantur 1, 47, 2: dotem.... exigitur 2,

Digitized by Google

3, 10: omnem scripturam.... extortam non valet 2, 19, 12: medietatem illi efficitur 3, 32, 8: res commendatas.... perierint 4, 34, 1: commendatas res restituantur 4, 34, 10: alias res interierint 4, 34, 11: res alienas tibi data sunt 5, 12, 1: si (*dos*) minuatam fuerit 5, 12, 10: res minorum que.... venditas sunt 5, 71, 10: si rem adquisitam dicitur alienam 6, 33, 3: domos vel porticas non sint 8, 11, 13: edes publicas distractas reparentur 8, 11, 15: *et simil. saepius.*

actio: si servum tuum in actionem constitueris (*Iust.* cum eum officio alicui vel negotiationi exercendae praeponeres) 4, 25, 1: ancillam tuam in turpem actionem positam (*Iust.* in turpi quaestu) 4, 56, 1: tutor usque dum refundat actionem curatori (*Iust.* tutores, qui necdum administrationis rationem ad curatores transtulerunt) 5, 48, 1.

actor: actori fiscali (*Iust.* dispensatore nostro) 2, 36, 1: qui.... sales tulerit inconscio actore (*Iust.* sine persona mancipum, id est salinarum conductorum) 4, 61, 11: potentiorum actores (*Iust.* potentium procuratores) 1, 39, 11: creditori(s) actor 4, 30, 15: actor (*Iust.* procuratorem) 4, 35, 11.

ad *loco dativi:* ad potentes eas dant 2, 13, 2: ad heredes competit et non ad parentes 3, 43, 8: ad inimicus vendit 4, 41, 2: ad heredibus reliquid 6, 49 (50), 18. *Cf. App.* II, 10 si dixerit debitor ad suum creditorem.

ad *pro* a, ab: ad aparitoribus exigantur 1, 33, 2: si ad latrones ex ea aliquid periit 4, 65, 12 (*cf. s.* « a, ab: *usus notabilis* » ab inimicis perdidit 4, 24, 6): ad superstitem conservetur 5, 14, 9: excusare te ad gubernanda tutela 5, 62, 23: ad iudice detur 5, 63, 1: si ad erede neglegatur 6, 23, 12: ad iniustos detentatores.... exigere 6, 30, 14: qui ad servis occisus est 6, 35, 3: ad hostibus tultus est 6, 46, 6: que ad dominum accipiet 7, 14, 1: nec ad dividendum repellitur 7, 34, 3: ad administrandum.... non defendit 7, 39, 5: *et saepius.*

ad: *usus notabilis:* laterculi minores ad curam esse questoris, media ad magistri militum potestatem 1, 30, 2: nec ad iniuriam re-

Digitized by Google

putetur 1, 39, 5: ad nomen matris tue 3, 31, 3: ad tuum nomen 3, 32, 8: ad nomen domini 4, 39, 3: ad suum nomen 5, 12, 12 (*cf. SI.* 217 *et* 222 ad suum nomen): non est tibi actio contra emptorem, sed ad quem commutasti 4, 64, 4: si ad denuntiationem se absentaverit 7, 43, 2.

adfiscare: medietas bonorum adfiscetur 2, 6, 8. *Cf.* fiscare, infiscare.

ad(*h*)ibere *i. q.* adire: sororis tue facultatem adibisti 6, 30, 14: intra anno adire debet, et si non adibet ammisit illa 6, 30, 19: adibisti hereditatem 6, 42, 23: patris substantia, que adibisti 6, 49 (50), 14. *Cf.* adibisci.

adiacere: adiacet heredi perscrutare 6, 42, 17.

adibisci *i. q.* adire *vel* adipisci: si vult adibisci (*hereditatem*) 6, 31, 6. *Cf.* ad(h)ibere.

adiectivum loco adverbii: turpe se egerit 1, 3, 3: equalaemque cum ea divident 3, 28, 30: equalemque in successionem debitoris veniunt 7, 72, 6: aequum succedant patri 5, 27, 10: equum succedant 6, 28, 4 (*cf. SI.* 380, 394 equum succedunt): equum dividant 6, 20, 11, 15, 17, 18, 20: aequum dividantur 6, 20, 20: ut omnia equa dividatis 6, 20, 13: equum veniant ad successionem 7, 72, 10: *et saepius.*

adiuratio: ne tu graveris adiurationibus (*ut videtur errore librarii pro* a curationibus) 5, 31, 7.

adimplere: a. pretium 4, 32, 2; 4, 44, 2 *et* 8; 4, 49, 5; 4, 54, 3-4 *et saepius:* si transigere promisisti et non adimplisti, poenaque spondidisti, adimplis 2, 4, 37: si usuras promisisti, adimplis 4, 32, 21: si non adimpleto placito 4, 39, 8. *Vid. s.* implere. *Cf. SI.* 1,198.

administrare, administratio: domestici vel cancellarii qui in provinciam administraverunt 1, 50, 4: curialis inluster factus.... non administrat I, 2, 21: quia administrat 3, 11, 3: curialis.... administret 3, 23, 2: magistratus.... removere se ab administratione non potest 5, 34, 13: curialis ad administrandum... non defendit 7, 39, 5. *Adde* 1, 2, 21; 3, 11, 13; 6, 61, 1; 7, 62, 7 *etc. Cf. SI.* 125, 127, 353-355.

Digitized by Google

admutescere: admutescit 6, 23, 11.

adpretiatus: dotem.... accepisti adpretiatam 5, 12, 10.

adquestus: adquestum advocationis 2, 7, 8.

adquisitio *i. q.* res acquisita: de adquisitione sua deliberet quomodo vult 1, 2, 38: adquisitio filiorum.... non dividantur, sed unusquisque suam adquisitionem abeant 6, 20, 21.

adscribere: tertiam partem bonorum adscribantur (*Iust.* proscriptionis poena pro parte bonorum tertia constrigatur) 1, 44, 3.

adsertio: non per epistolas sanguinitatis probatur, sed per adsertionem (*Iust.* non epistulis necessitudo consanguinitatis, sed natalibus vel adoptionis sollemnitate coniungitur) 4, 19, 13.

adsufficiens: reditus habeat adsufficientes *SI.* 225.

adulterius (*errore librarii*) *i. q.* adulterinus: ex libera et servo natus a. est 6, 54, 5.

adversus *i. q.* adversarius: res adversi 2, 16, 1.

ae *et* e *permutatae:* α) ae *pro* e: aecclesia 1, 2, 6 *et* 10: aepiscopum 1, 3, 20: interpraetatus 6, 35, 9: naec 7, 70, 1: aesse 8, 1, 3: *in acc. sing., abl. sing. et nom. plur. 3 declinationis:* equalaemque 3, 28, 30: iurae 2, 3, 25: fratrae 6, 20, 5: libertatae 7, 2, 4: fratraes 6, 20, 12: *in verbis:* reddaet 3, 35, 4: daet 7, 4, 2: *in adverbiis:* iniustae 7, 46, 4: — β) e *pro* ae: *passim.*

agere: si turpe se egerit 1, 3, 3: nichil presumere agat (?) 1, 39, 9: nullum commertium agat 1, 39, 10: pro utilitate publica agendum 1, 41, 2: (*nec*) suas nec alienas utilitates agere potest 5, 34, 11: in civitate.... ubi egit (*i. e.* in cingulo fuit) 1, 48, 1: neglegentia in amministrando non agat 5, 44, 5: litem pupilli a. 5, 45, 2: pro administrationem, que egerunt 5, 51, 5: curationem egit 5, 51, 11: tutela vel cura egit 5, 53, 2: non agat tutela vel cura 5, 66, 1: *et simil. saepius.*

agnatio *i. q.* fructus *vel* fetus: gregarius servus peculii sui agnatione vendere licet (*Iust.* equas cum feto) 4, 26, 10.

agrammatus: *SI.* 27.

ale *errore librarii:* partus ale (*Iust.* ancillae) 8, 51, 1.

Digitized by Google

alibi *pro* alio: 1, 28, 4; 4, 33, 4; 8, 10, 7; 8, 11, 12. Cf. *App.* IV, 1 alibi duxerit.

aliena (?): *vid. s.* linea.

ambulare: ad maiorem iudicem a. aut aput municipes 3, 1, 15: filiusfamilie.... ambulans (*Iust.* studiorum vel legationis causa alibi degens) 4, 28, 5: credita pecunia nauclerio, ut in Africa ambularet, et ille alibi ambulavit 4, 33, 4: epistolas ad ambulandum propter appellationem 7, 62, 5. *Cf. App.* IV, 5.

amita: amitis (*Iust.* materteris) 6, 54, 8.

ammissio: pro criminale ammissionem servus tenetur 3, 41, 4.

amplecti: nam poena amplectitur (*errore librarii: l.* poena plectitur) 1, 2, 17.

amplius; non a. condempnatur.... preter ut compleat 5, 18, 8: non a. exigitur quam ut dictum est 5, 18, 9: in quantum pater tuus heres scriptus est, a. capere non potest 6, 24, 2.

angaria: credita pecunia nauclerio, ut in Africa ambularet, et ille alibi ambulavit et a. tentus est (*Iust.* illicitis comparatis mercibus quae navis continebat fiscum occupasse) 4, 33, 4: angarias (*non*) incommode ad aparitoribus exigantur (*Iust.* expositis suis incommodis, quibus a vicarianis apparitoribus urguebatur) 1, 33, 2: cholonos publicos ab angarias abstineantur (*ex male intellectis verbis* gravitatem tuam) 3, 26, 7.

annositas: si a. emptorem munit 4, 52, 1: a. illi non opponitur 5, 12, 30: a. illi prode est *vel* non est *vel* prodest 5, 73, 1; 5, 74, 2; 6, 2, 8; 7, 26, 7; 7, 27, 1: a. illum non excludit 6, 9, 6 (7); 6, 30, 8: a. pensionis (possessionis?) te non nocet 7, 32, 5: si a. illum non munet 8, 29, 2: *et saepius.*

apparitor: adparitores (*Iust.* iudices eorumque officia) 2, 15, 2.

aptum habere *i. q.* ratum habere: et coheredes tuos a. habuit 2, 18, 19: et pater a. abuit 6, 20, 10.

apud, aput: non vocentur in longinquiora terra, set a. locum propinquum 1, 2, 31: a. episcopum determinent causas 1, 3, 13: a. locum accedatur 3, 19, 3: a. locum est agendum 3, 22, 5: a. curiam loci iuret 4, 1, 12: *et saepius.*

Digitized by Google

arbitrare: iudex arbitret quod des pretium 3, 43, 1: iudex si non inter partes iudicavit, set arbitrare voluerit.... apellatio constat 7, 61, 1. *Cf.* 8, 40, 20 debitor per arbitrium addicitur.

artifex navium (*Iust.* magister navis): 4, 25, 4.

asto animo: ut principalis persona iuret non per calumnia petere, ut pulsatus non a. a. reluctare 2, 58, 2.

au *pro* a: praugmaticis 1, 22, *Ind.:* praugmaticam 1, 23, 7.

au *pro* u: *vid.* excausare, inclaudere.

auctoritas *i.* q. edictum *vel* rescriptum imperatoris: absque die auctoritates legitur, nichil est 1, 23, 4.

audientia (*Iust.* iudicium): 7, 72, 2.

auditor: licet iudici.... auditore deputari (*Iust.* praesides.... iudices dandi habeant potestatem) 3, 3, 2.

auferre: *v.* abstollere.

augmentare: si augmentasti (*dotem*) 5, 12, 10: excusare te non potes, quia in testamentum augmentatum est 5, 51, 1.

avitio (?): non illi abstollatur a. (*Iust.* legitima iura *liberorum*) 6, 57, 10.

b *et* p *permutatae:* b *pro* p: scribserit 1, 5, 6: scribsit 8, 42, 13 (*cf.* adibisci) — p *pro* b: optulerit 2, 30, 4: capuisti, capuerunt *vid. s.* « *coniugatio: praeterita:* cavere ».

b *et* v *permutatae:* b *pro* v: iubator 1, 54, 8: adiubari 2, 17, 2: adiubat 7, 26, 6: provaberis 2, 4, 13: probaberit 2, 19, 2: abunculos 2, 4, 25: pribatus 2, 15, *rub.*: mobantur 7, 39, 4. *Cf. App.* I, 4 bagina: II, 5 obserbare: II, 9 persolbas: II, 10 bicem: IV *rub.* brebiter: IV, 4 bobem: IV, 6 banum. — v *pro* b: guvernante 1, 3, 5: hyverno 1, 39, 6: valnea 1, 46, 1: provaberis 2, 4, 13: provationibus 4, 19, 25: provet 8, 1, 3: leverti 2, 18, 5: arvitres 2, 55, 3: deliveravit 3, 28, 32: movilibus vel inmovilibus 3, 34, 14: movilia 6, 38, 2: inpuverum 6, 26, *rub.: et saepius. Cf. App.* IV, 3 culpaviles; IV, 4 provaverit; IV, 6 culpavilis.

beneficium: α) *i. q.* rescriptum *vel* privilegium ab imperatore concessum: concessa beneficia penitus retractari non liceat 1, 14, 2 (*cf. Iust.* 1, 23, 4) — β) *i. q.* patrocinium: debitor creditori parte

Digitized by Google

pecuniae reddidit, de reliquo beneficia prestari promisit (*Iust.* creditori tuo si partem pecuniae exsolvisti, de parte vero non petenda inter te et eum convenit ob causas negotiaque eius tuo patrocinio fideque defensa) 2, 3, 5: dato et non prestito beneficio recipit (*l.* recipis. *Iust.* si sub specie honorarii, quod advocato usque ad certum modum deberi potuisset *etc.*) 2, 6, 3: propter quod tibi aliquo beneficio prestaret (*Iust.* eo quod tibi patrocinium adversarius repromitteret) 4, 6, 4 — γ) b. *scil.* in integrum restitutionis: restitui non possit illi b. 2, 27, 1: etatis b. tibi subvenit 2, 38, 1: b. legis 2, 40, 1: illi b. minoris non subvenit 2, 44, 1: minoris b. ei conservatur 2, 52, 1.

c *et* g *permutatae:* c *pro* g: precesserunt 1, 44, 3: cesserit 4, 26, 1: cessit 4, 32, 23. *Cf. SI.* 159 bicamus — g *pro* c: gessit 1, 2, 37: gesserit 7, 71, 1: greg. 3, 44, *rub.*: gregis 5, 28, 8: gogi 5, 37, 19: effigitur 8, 50, 7. *Cf. App.* III negandi.

c *et* qu *permutatae:* c *pro* qu: exsecuntur 6, 44, 1 — qu *pro* c: quoherede, quoheredibus 3, 36, 3, 19: quoram 6, 9, 8; 6, 23, 28, 31; 7, 6, 1.

c *male addita:* trancsactionem 2, 4, 3: coniuncxerit 6, 1, 7-8: iniuncxit 7, 64, 5: vendictione 8, 44, 30. *Cf.* « ch *pro* h ».

caballum: *App.* IV, 1 *et* 4.

canaba, canava, cannava *i. q.* horrea: in canaba debitoris 4, 24, 9: locatam cannavam.... per desertam canavam 4, 65, 1.

canon: cannone (*Iust.* vectigal) 4, 61, 5: canonem vel alia utilitatem (*Iust.* vectigalia) 4, 61, 10: canonis 7, 65, 4.

canonicarius: cannonicario (*Iust.* cum.... vectigal octavarum.... conduceret) 4, 65, 7.

capitaneum, capitaneus: prius.... quam capitanea persolveret 4, 32, 18: reddi capitanea summa 7, 46, 1: in capitaneum eos reputare 8, 42, 1.

caraxare: charta caraxata recipienda non est 8, 42, 22.

cassare: beneficia legis non cassentur 1, 14, 6: emptio cassatur 4, 44, 5: libertas servi cassatur 7, 2, 11: iudicius cessatus (*l.* cassatus) est 7, 53, 6.

Digitized by Google

casus *i. q.* mors: post casus eius 4, 10, 8.

causa: si post aliam causam redierit (*Iust.* ad aliam se condicionem transtulerint) 1, 2, 35: in eius causis expendisti (*Iust.* negotium eius gerens) 5, 16, 9.

causare, causari: dominus cum servo non causatur 4, 14, 6: si adversarius.... contestavit vel causavit 7, 32, 10.

causatio: c. fiet 4, 49, 15: c. non oriatur 6, 37, 20: c. pignoris (*Iust.* quoniam inter alias captiones praecipue commissoriae pignorum legis crescit asperitas....) 8, 34, 3: causationem *errore librarii pro* cautionem 2, 13, 2.

causator: causatores quod minus allegaverint 2, 10, 1: contra causatores ipse litigat 4, 39, 2: c. evictus 7, 51, 2.

causaticus, causeditus, causeticus, causidicus, causiticus *i. q.* litigator: 2, 12, 25; 2, 55, 4; 5, 58, 1; 6, 33, 3; 7, 45, 16; 7, 51, 3: *et saepius. Cf. SI.* 247 causidicus.

cautio: cautionem te debere solidos spondisti 2, 4, 2: si cautionem emisisti 2, 6, 3: vim sibi extortam cautionem 2, 19, 2: debitor ex cautione 4, 20, 15: secundum cautionem suam complet 4, 33, 4: faciat cautione sacramentaria 5, 35, 2: iuratoria cautionem faciat 7, 17, 1: cautionem facit 6, 42, 24: cautio epothicaria 7, 39, 7: innovatio cautionis 8, 40, 4. *Cf. s.* causatio.

cautis *ut videtur errore librarii pro* cartis (*Iust.* instrumentis): 4, 32, 7.

celebrare: traditionem celebravit 3, 32, 15: traditio celebretur 4, 3, 1: si non celebrentur vota 4, 6, 1.

censitor, censualis 6, 23, 18; 8, 14, 1.

census *i. q.* tributum: censum dare, exigere, solvere *passim:* novum censum fieri non licet 4, 62, 1: novum censum cives facere non possunt 4, 62, 2: novus c. inconsulte non fiat, et si inconsulte exactum est, recipiatur 4, 62, 3: censusque te scriptus est (*ex male intellecto verbo* tributa) 7, 16, 33.

certamen *i. q.* causa: finiat c. 8, 10, 13.

cessare: *v. s.* cassare.

ch *pro* h *semper in v.* michi (3, 26, 4; 6, 44, 1; 6, 49 (50), 19), nichil.

Digitized by Google

charaxare: *v.* **caraxare.**

charta, chartula: **emancipatio chartule periit** (*l.* **emancipationis chartula**: *Iust.* **emancipatione facta, etsi actorum tenor non existat) 4, 21, 11: chartula tibi facta est** (*ex male intellecto verbo* **scriptae) 7, 16, 23: per falsas chartas** (*Iust.* **instrumentorum) 7, 52, 4: per chartula tabellionis** (*Iust.* **tabulis) 8, 47, 4:** *et sim. saepius. Cf. SI.* 385. *Vid. etiam s.* **cautis.**

christianitas: **a christianitate converti 1, 9, 2.**

cingulum: **omnes qui in cingulo fuerint 1, 48, 1: post cingulo** (*Iust.* **post depositam administrationem) 1, 50, 3: qui in cingulo dignitatis sunt constituti 2, 12, 25: omnes iudices in cingulo positos 3, 2, 2: post expleto cingulo vel militia** (*Iust.* **post depositum c.) 3, 21, 2: aput iudicem, qui in cingulo positus est.... non apud arbitrem 7, 17, 1.**

collegas: **c. 6, 24, 8; 7, 55, 1: colleganti 6, 24, 8: colligante 4, 2, 12.**

collegium, collegius: **si auctor tuus a collegio se solsit, heres non tenetur** (*Iust.* **ex persona collegae avi vestri) 4, 19, 3: si alius in comune ponat solidos, alius opera abet, collegius est** (*Iust.* **societatem) 4, 37, 1: qui iure enphiteutico accepit, si quod evenerit, sibi reputet, si dator sibi collegium non abet** (*Iust.* **si interdum ea, quae.... eveniunt, pactorum non fuerint conventione concepta) 4, 66, 1.**

collocare: **si ante cuidam res fuerat conlocata** (*Iust.* **cuidam legaverit) 6, 37, 22.**

colludium: **sine conl. 8, 29, 5.**

comate (?): **sin autem artifices sint c. LXX solidos 6, 43, 3.**

comitatus: **advocatus si intra biennium in comitatum non fuerit** (*Iust.* **sine commeatu), amisit honorem gradus sui 2, 7, 25.**

comendati, *ni fallor errore librarii pro* **condemnati,** (*Iust.* **condemnati): 8, 8, 1.** (Cf. Conrat, *Geschichte der Quellen,* I, 185, *n.* 1).

commendare (comendare) *i. q.* **deponere**: **apud quem pecunias commendasti** (*Iust.* **pecuniam quam deposueras) 3, 32, 6: res, quas commendasti, si amicus ea alii feneravit.... quod si tuum** (*l.* **tu non) commendasti sed fenerasti.... 3, 42, 8: aliis eas** (*pecu-*

Digitized by Google

nias) commendavit (*Iust.* sortem deposuisti) 4, 32, 9: res commendatas (*Iust.* ornamenta deposita) 4, 34, 1. *Simil.* 4, 34, 2-7, 9-11; 4, 35, 1; 6, 2, 18; *et saepius.*

commiscere: qui se ibi commiscuerunt (*Iust.* qui eis auxilium.... praebuerint) 1, 2, 41. *Cf.* 1, 44, 1 in causa privata non se misceat: 2, 18, 20 in tutelam gubernandam se miscuit.

committere: que legati titulo commissa sunt (*Iust.* indebito legato.... soluto) 2, 32, 2.

commodare: commodatas pecunias (*Iust.* pecuniam quam deposuisse te dicis) 2, 1, 1.

commodum: non det.... procuratori suo amplius commodo 1, 2, 25: ubi nullum c. dat patronus fisci 2, 7, 23. *Cf. SI.* 51 magistratus sine commodo fiat.

commutare, commutatio *ubi Iust. habet* « permutatio »: 4, 64, 1-4.

comparativi usus notabilis: in longinquiora terra 1, 2, 31: potentiorum actores 1, 39, 11: spectabiliorum militiam 1, 44, 3: quod ius tardius detur 1, 19, 2: si tardius accedat 5, 43, 1: si tardius adierit 6, 30, 8: tardius occupavit 6, 30, 9: in una causa sepius introductio possessiones fieri non potest 2, 43, 3: sepius vim faciat 3, 27, 1: sepius pro alio debito reddidisti 3, 32, 24: finis vicinorum sepius mutantur 3, 39, 2: si longius est qui iuret 4, 1, 12.

complere: arbitres deputati si.... non prehendunt iudicare, alios ei adhibeatur c. iudicium 3, 3, 4: secundum cautionem suam complet 4, 33, 4: legatariis omnino ab heredes compleatur 6, 43, 2.

composita librarius persaepe rescidit, ut in praefat. iam monui. Hinc magna orta est varietas in terminationibus uniuscuiusque partis compositorum: habemus enim ex. gr. fideiussorem *et* fidemiussorem, fidemiussionem (1, 3, 19; 1, 19, 4; 3, 40, 2; 5, 42, 1-5; *et saepius*): filiusfamilia (*nom.* 3, 31, 10), filiusfamiliae (*nom.* 2, 2, 3; 2, 22, 1-2; 4, 28, 5-7: *dat.* 4, 28, 1 *et* 3), filiofamiliae (*nom.* 4, 28, 4): manusmissus (3, 41, 1): manum mittuntur (1, 12 *ind.*): matremfamiliam 1, 47, 1: rata abitionem (3, 40, 2): usumcapio (2, 35, 1): usufructum, usumfructum,

Digitized by Google

usumfructus, usufructuarius, usumfructuaria, usumfructuarium (3, 33, 1-10 *et* 12-16): *et sim. passim.*

comprehendere: non conprehensit iudicare 3, 8, 1. *Cf.* prehendere.

compromissarius (?): qui in iudicio cumpromissariis non observabit, pena exigitur 2, 55, 2.

comprovincialis (?): et conprovinciales (ne p.? non p.?) ledantur. 1, 26 (27), 1.

conaluere (?): creditor c. debitum reddens (*ut videtur errore librarii*) 8, 13, 22.

conclusio *i. q.* collusio: 7, 4, 1; 7, 20, *rub.*

concuba *pro* concubina: *fere.*

concubere *pro* concumbere: 5, 17, 10.

condicio, conditio *pro* condictio: 4, 5-9, *rub.*

condictio *pro* conditio: absque condictione donasti 4, 6, 8: sub condictione relictis fideicommissis 6, 53, 8.

conditio: libertus sub conditione factus, ut heredi eius serviat 6, 3, 10: (*manumissum*) a(d) conditione(m) reportare 6, 4, 1: si libertus est sub conditione 7, 14, 1: liber sine conditione mercennarius se locavit 7, 14, 11: libertina sub conditione 7, 20, 2. (*Cf.* Troya, *Cod. dipl. long.* DCLXIX liberam fulfreal constituere idest sine conditione).

conditionalis: servus vel c. (*Iust.* servi vel adscripticii) 7, 24, 1. *Cf. SI.* 136 c. (*Iulianus* adscripticius) liberam mulierem non ducat uxorem: 481 servus aut c.

